


I. GAUDIN

FLORA HELVETICA.

VOL. VII.

TOPOGRAPHIAM BOTANICAM,

S. LIBRUM MANUALEM IN USUM VIATORIS BOTANOPHILI

HELVETIAM PERAGRANTIS, COMPLECTENS.

LIBER MANUALIS

HELVETICO-BOTANICUS,

IN USUM VIATORIS BOTANOPHILI

HELVETIAM PERAGRANTIS.

AUCTORE I. GAUDIN, V. D. M.

ECCLESIAE NEVIDUNENSIS PASTORE, IN ACADEMIA LAUSANNENSI BOTANICES PROFESSORE HONORARIO, SOC. SCIENT. NAT. HELV. — VAUD. — TIGUR. — SOC. REGIAE. RATISB. — PARIS. LINN. — ALTENB. SOCIO.

TURICI

SUMPTIBUS ORELLII, FUESSLINI ET SOCIORUM.

MDCCCXXXIII.

FLORA HELVETICA

SIVE

HISTORIA

STIRPIUM HUCUSQUE COGNITARUM

IN

HELVETIA

ET

IN TRACTIBUS CONTERMINIS

AUT

SPONTE NASCENTIUM AUT IN HOMINIS ANIMALIUMQUE USUS VULGO CULTARUM

CONTINUATA.

AUCTORE I. GAUDIN, V. D. M.

ECCLESIAE NEVIDUNENSIS PASTORE, IN ACADEMIA LAUSANNENSI BOTANICES PROFESSORE HONORARIO, SOC. SCIENT. NAT. HELV. — VAUD. — TIGUR. — SOC. REGIAE. RATISB. — PARIS. LINN. — ALTENB. SOCIO.

VOL. VII.

TOPOGRAPHIAM BOTANICAM,

S. LIBRUM MANUALEM IN USUM VIATORIS BOTANOPHILI HELVETIAM PERAGRANTIS, COMPLECTENS.

TURICI

SUMPTIBUS ORELLII, FUESSLINI ET SOCIORUM.

MDCCCXXXIII.

L. B. S.

En tibi, Helvetiae Floraeque eius ditissimae amator, libellus, cuius ope, ut spero, adiutus, campos nostros fertiles pulcherrimosque montes non sine fructu perlustrare, ac in amabilis scientiae incrementum novos thesauros colligere possis. In hocce enim opello Alpes, regiones, urbes multosque vicos cum nobiliores, tum minus notos adcurate descripsi, stirpes cuique loco proprias, quae mihi innotuerunt, recensui, et omnia, quae attentionem studiaque tua mereri videbantur, sollicite conquisivi. Vale, labori nostro fave et pura voluptate, qua Dei operum mirabilium contemplatio sapientis praecordia pertentat, laetus fruere.

A

Aar. V. **Arola.**

Aarau. V. **Arovia.**

Aargau. V. **Argovia.**

Aarberg, oppidulum pagi Bernensis inter Bernam et Neocomum ad Arolam situm. Ibi proveniunt: *Hieracium fallax* Willd. I *exstolonosum*, *Lepidium latifolium*, *Scrofularia canina.*

Aarburg, oppidulum Argoviae ad Arolam inter Solodurum et Olten situm. Arx antiqua musis propugnaculisque munita alto colli insidet; ibi longum Alpium iugum optime prospicitur. Prope hanc arcem *Barbareae vulgaris (Erysimi Barbareae L.)* varietas β fl. pleno lecta est.

Abbatiscellanus pagus, (Canton **Appenzell**), in Helvetia orientali septem triones versus situs, circumcirca pago Sangallensi velut zona cingitur. Territorium eius, alte supra planities ei subiectas elatum, decem fere milliaria quadrata geographica complectitur, et quoad maximam partem collibus, valleculis montibusque minoribus constat. Sed austrum versus altissimo montium iugo a Rheguscorum et Toggiorum vallibus separatur. Inter quos praecipue memorabiles sunt montes *Kamor* et *Sentis*, cui decus molium glacialium non deest. Pagus in duas civitates liberas ac segregatas dividitur: altera minor, altissimorum montium iugum complectens ac vulgo *Inner-Rhoden* dicta, partem regionis australem occupat et religionem catholicam profitetur. Eius cives pecorum educationi et alpestri industriae penitus dediti, ceteras artes ac plerasque vitae commoditates ignorant, adeo

ut ante nostrum seculum Solani felix tuber nondum colere coeperint. Oppidum Appenzell istius pagi partis caput est. Altera *(Ausser-Rhoden)* longe ditior populoque frequentior partem pagi septentrionalem efficit, atque tum ad occidentem, tum praesertim orientem versus ulterius extenditur. Pulchrum oppidum Herisau istius reipublicae praecipua est sedes. Eius regionis cives fidei evangelicae addicti sunt: praeter agriculturae fructus et utilitatem, quam ex suis Alpibus percipiunt, praecipuum ex commercio fabricisque quaestum conquirunt. Eorum scholis primariis honorificae laudes tribuuntur. Ceterum totius pagi incolas indoles animosa, alacris et ingeniosa singulariter commendat.

Alpes abbatiscellanae Halleri tempore a nostro venerando magistro I. Gesnero, tum a rev. Kitt, vallis Rheni incola, et nuper a VV. Cl. Wahlenberg, Custor, Zollikofer et Meyer exploratae fuerunt. Ibi Flora dulces suos thesauros manu benigna sparsit. *Petrocallis pyrenaica*, *Dentaria bulbifera*, multa rara *Hieracia*, v. gr. *hyoseridifolium* Vill., *Saxifraga stenopetala* N., *S. mutata* (var. ad *aizoidem* accidens) et nostra *patens* *)*, quae hucusque nonnisi in M. Fouly inventa fuerat, in hacce libertatis terra classica laetae vigent et botanophilos invitant. Reliquae pagi partes minus cognitae sunt. Ceterum citari merentur: *Achillea atrata*, *Ach. macrophylla*, *Alchemilla pentaphyllea*, *Allium Schoenoprasum β alpinum*, *All. Victorialis* (in M. Oehrli) *Androsace carnea*, *Andr. helvetica* N. *(Aretia L.)*, *Anthericum serotinum*, *Arabis coerulea* Wulff., *Avena fatua* (in agris montanis), *Betula viridis* Chaix (in subalpinis infra et fere usque ad Fagi limitem sc. inter 3300 et 3500 p. s. m. frequens), *Biscutella laevigata*, *Bupleurum ranunculoides*, *Carex brachystachys* Schrank, *C. curta* Good. α et β, *C. ericetorum* Poll. (prope urbem Sancto-Gallum),

*) Eam nempe in Alpe Widder, qua ad Bötzel-Alpe adscenditur, delexit honoratiss. Custor. Eo monente flores *S. bryoidis*, quae nusquam in istis Alpibus provenit, ex asse refert.

C. mucronata All. (in M. Lützelflue et Bötzleralp), *C. stellulata* Good. (in M. Hochalp), *Chrysanthemum Halleri* Sut., *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L. ad M. Hochalp), *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Convallaria verticillata*, *Dianthus sylvestris* (in monte Ebenalp), *Draba nivalis* Liliebl., *Dr. tomentosa* Wbg., *Elymus europaeus*, *Erigeron alpinus*, *Er. uniflorus* *Eriophorum Scheuchzeri* Hoppe (*triquetrum* Hoffm.), *Festuca nigrescens* Lam., *F. pumila* Vill., *F. Scheuchzeri* N., *Galium helveticum* Weig. (*saxatile* Sut.; forma maior), *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Gentiana asclepiadea*, *Gladiolus communis*, *Gnaphalium alpinum β elatius* (*carpathicum* Wbg.), *Hieracium alpinum* III *Halleri* (reliquae formae desiderantur), *H. angustifolium* Willd., *H. pilosellaeforme* Hoppe, *H. valde pilosum* Vill., *Iuncus triglumis*, *Kobresia scirpina* Willd. (*Elyna spicata* Schrad.), *Lepidium alpinum*, *L. petraeum*, *Lilium bulbiferum*, *Luzula* (*Iuncus* L.) *spadicea* DC., *L. spicata* DC., *Neottia cordata* Rich. (*Ophrys* L.), *Orchis albida* All. (*Satyrium* L. ad M. Hochalp), *Pedicularis foliosa* (in M. Oehrli), *P. versicolor* Wbg. (*flammea* Sut.), *Pinus Larix* (inter Gäbris et Vögeliseck sylvam efficiens), *Plantago montana* Lam., *Pleurospermum austriacum* Hoffm. (*Ligusticum* L.), *Poa distichophylla* N., *P. laxa* Haenke, *P. minor* N., *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Ser.), *P. aurea* (*P. Halleri* Ser.), *P. minima* Hall. fil., *Rumex arifolius* All., *Salix herbacea*, *Senecio abrotanifolius*, *S. Doronicum*, *S. sylvaticus* (in sylvis), *Sibbaldia procumbens*, *Spergula saginoides* (in M. Hochalp et aliis Alpibus), *Stachys alpina*, *Trifolium badium* Schreb. (*spadiceum* Sut; in M. Hochalp), *Valeriana montana*, *Veronica montana* (prope Oberegg), *Zollikoferia Peltidium* N. (*Hieracium stipitatum* Jacq.). — OBS. *Gladiolus communis*, *Crocus luteus* Lam., *Androsace carnea*, *Alchemilla pentaphyllea*, *Apargia Taraxaci* Willd., *Achillea moschata*, *Leontodon Taraxacum* III *palustris* γ (*alpestris* Hoppe), *Bupleurum petraeum* (olim a C.

Gesnero citatum), *Hieracium Schraderi* Schl. et *Valeriana ciliata* Clairv. (*V. saxatilis* Jacq.) saltem nunc, ut videtur, in pago Abbatiscellano nusquam occurrunt.

Abbaye (l'), vicus pagi Vaudensis in valle montana Iugensi, fere ad terminum orientalem majoris lacus situs et monti Dent de Vaulion subiectus. Ibi proveniunt: *Antirrhinum alpinum*, *Iuncus ustulatus* Hoppe, *Sisymbrium supinum* (ad lacus littora glareosa; etiam circa proximum vicum *le Pont;* ceterum in Helvetia nusquam alibi), *Verbascum Thapsus* (in hortis et alibi) *Vicia Cracca β nana.*

Abondance (vallée d'), vallis subalpina, urbi Sabaudae *Thonon* et lacui Lemano supereminens. Pulchrae raraeque stirpes hanc amoenissimam regionem exornant. *Hieracia* rariora (v. gr. *H. flexuosum β*) et *Salviam verticillatam* ibi invenimus. Haec vallis montibus altissimis *des Granges* et *Dent d'Oches* 6 fere millia pedum supra mare elatis subiicitur, quos *Thalictra* alpina, *Avena versicolor* Vill., *Centaureae phrygiae* var. uniflora multaeque aliae plantae non minus rarae incolunt.

Achsenberg, mons praeruptus lacui Lucernensi, in ejus australi sinu, inter Flüelen et Brunnen, impendens, et verticaliter in undas descendens, ut per longum tractum lacus omnino ripa careat. Ex Tellii sacello ad istius montis pedem sito per semitam arduam neque tamen difficilem, ad casas rusticas inter arbores domesticas latitantes, unde pulchrum lacum ac praecipue ripam oppositam commode contemplari queas, conscenditur. Tempestate per lacum grassante, trames longis gyris taediosus viatorem intra diei unius spatium super utrumque (majorem et minorem) Achsenberg a Flüelen ad vicum Suitensem Brunnen ducit. Per magnos imbres e parietibus huius montis haud raro magna saxi fragmenta solvuntur, et in lacum ruunt; idcirco nautae sub iove pluvio haecce rupestria littora vitant et medium tenent.

Supra Tellii sacellum leguntur: *Arundo montana*

N. (*varia* Schrad., *Agrostis arundinacea* Sut.), *Athamanta Libanotis*, *Cyclamen europaeum*, *Potentilla caulescens*, *Rhamnus pumilus*, *Stipa Calamagrotis* Wahlenb. (*Agrostis* L.), *Trifolium rubens*.

Adelboden, vallis Oberlandiae Bernensis inter Kanderae vallem orientem versus, atque Simmiae vallem tum superiorem tum inferiorem, ad occidentem sita. Summam eius partem montes nivales a vicina Valesia separant. Eam amnis Engstlen dictus fere integram percurrit, et paulo infra Frutigen, ubi vallis aperitur, cum Kandera confluit. Istius vallis longitudo 6-8 l. constat.

Plantae rariores: *Rosa rubrifolia*, *Thesium alpinum β*.

Adula; sensu latiore sic dicitur iugum Alpium orientem versus a Gotthardo usque ad Bernardinum sese porrigens, cuius elatissima cacumina sunt montes Vogelberg (10280 p. s. m.), Moschelhorn (9610 p.) et Avicula (10220); strictiori autem sensu pars istius iugi inter M. Vogelberg et Bernardinum contenta vallibusque Calancae et Rheinwald interposita.

Plantae rariores: *Avena versicolor* Vill., *Caricis foetidae* var.? (Scheuchz. agrost. 493., *C. tripartita* Sut., in M. Vogelberg), *C. ericetorum* Poll. (*ciliata* Willd., perinde), *Luzula nivea* DC. (ibidem).

Aesch, vicus ditionis Basileensis ad viam, qua in vallem Monasteriensem itur, situs. Plantae rariores: *Galium tricorne* With. (*Valantia Aparine* Sut.), *Lithospermum purpureo-coeruleum*, *Peucedanum Chabraei* N. (*Selinum* L.), *Sedum Telephium*.

Agaunum (St. Maurice), oppidum Valesiae inferioris ad pedem montis aetherei, nive perenni glacieque rigentis, *Dent de midi*, e regione cuius mons perinde praealtus *Dent de Morcles* sese extollit, ad Rhodanum, qui in eo tractu arctissimis angustiis coactus, et utrinque rupium parietibus ingentibus subiectus est, situm. Ibi iam divitiae Florae valesiacae adparere incipiunt et haud procul ab urbe legitur *Buffonia tenuifolia*, quae hucusque intra limites patrios nusquam

observata est, sic et *Sorbus hybrida* supra arcem. Etiam occurrunt: *Allium sphaerocephalum*, *Anthericum Liliago*, *Arabis muralis* Bert., *Ar. Turrita*, *Aspidium fontanum* Sw. (*Halleri* Willd., ad eremitae cellam), *Biscutella saxatilis* Schl., *Campanula rapunculoides*, *Cheiranthus Cheiri*, *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Colutea arborescens*, *Coronopus Ruellii* All. (*Cochlearia Coronopus* L.), *Draba muralis*, *Echinospermum Lappula* Lehm. (*Myosotis* L.), *Erica carnea* (au Bois-Noir), *Eruca sativa* Lam. (*Brassica Eruca* L.), *Euphrasia alpina* DC., *Genista ovata* W. et. K. (à la Crotta), *Hieracium amplexicaule*, *H. glaucum* All. *H. Jacquini* Vill., *H. staticefolium* Vill., *Inula Britannica* (ad Rhodani ripas), *Lamium hybridum* Vill. (*incisum* Sut.), *Laserpitium Siler*, *Lathraea Squamaria*, *Limodorum abortivum* Sw. (*Orchis* L.), *Mespilus Oxyacantha* Willd. var. mutica, *Muscari comosum* Mill. (*Hyacinthus* L.), *Oxytropis pilosa* DC. (*Astragalus* L.), *Pinus Larix*, *Potentilla caulescens*, *Rhamnus alpinus* (prope sacellum), *Rumex scutatus*, *Ruta graveolens*, *Salix triandra* β *stipularis* (*amygdalina* Heg.) *Scorzonera austriaca* Willd., *Seseli bienne* Crantz (*annuum* L.) *Sinapis nigra*, *Spiranthes aestivalis* Rich. (*Ophrys* Balb.), *Stipa pennata*, *Trochiscanthes nodiflorus* Koch (*Smyrnium* All., ad rupes supra viam regiam circa Epenassay inter Agaunum et Pissevache), *Verbascum thapsiforme* Schrad. β *bicolle*, *Veronica montana*, *V. prostrata*.

Agier, pagulus prope *Urbam* in agro Vaudensi. V. Urba.

Agno (Lago d'), sinus parvus occidentalis lacus *Cerisii* s. *Luganensis*, cui nomen a vico *Agno*. In eo sinu crescit *Trapa natans*.

Airolo. V. Lepontia (vallis).

Albius (Der Albis), mons. Nomen iugi montium inter pagos Tigurinum et Tugenum sitorum, quorum altissimus est *Uetliacus* (*Hütli*. v. *Uetliberg*: 2790 p. s. m.) prope Turicum occasum versus sese extollens.

Ad extremitatem meridionalem iugi, prope pagulum Albis, nec procul a via, qua Tugium et Lucernam itur, viatores montem *Schnabelberg (die Hochwacht)* a taberna nonnisi dimidia leuca distantem (2613 p. s. m.) conscendere solent. Ibi enim Alpes totius fere Helvetiae per immensum terrarum tractum porrectae, nec minus regiones ipsi monti subiectae pulcherrimum celeberrimumque prospectum efficiunt. Ibi olim lecta est *Rosa cinnamomea*, atque a nobis *Scabiosa Columbaria β prolifera.* Frequentes etiam ibi occurrunt: *Sesleria coerulea* Ard., *Campanula patula*, *Scorzonera austriaca* Willd., *Cervaria glauca* N. (*Athamanta Cervaria* L.), *Sambucus racemosa*, *Dentaria digitata* Lam., *Centaurea montana.* Hi montes stratis fere horizontalibus lapidis arenarii et margae constant; summus autem Uetliacus brecciam s. Nagelflue ostendit.

Albona (Aubonne), oppidum pagi Vaudensis ad terminum orientalem pulcherrimae ditissimaeque regionis *la Côte* dictae, in colle vineis consito, et circiter dimidia leuca a Lemano distante situm. Tum ex pulchro urbis ambulacro, tum praecipue e colle proximo vico Bougis supereminente maxima et ornatissima pagi pars, totus lacus et Alpes cum Sabaudae, tum Valesiacae, inter quas giganteus Montblanc velut montium rex coelum ipsum petere videtur, spectaculo sunt. Paulo supra urbem *Hippophaë rhamnoides* legitur. In arvis: *Chaerophyllum aureum*, *Lotus siliquosus*, *Rubia tinctorum*, *Scirpus Holoschoenus* (ad ostium rivi *Aubonne*), *Stellaria graminea β intermedia*, *Tussilago Petasites* Hoppe. — Au signal de Bougis: *Arenaria rubra*, *Polytrichum piliferum* Schreb. *Ulex europaeus* (olim visus). — Circa Féchy: *Anthemis nobilis*, *Pulicaria vulgaris* Gaertner (*Inula pulicaria* L.).

Albula, mons Alpium Rhaeticarum, Oeni superioris et Albulae (fluminis) valles seiungens. Diversorium in clivo boreali prope lacunam alpestrem situm, vix una leuca ab altissimo viae puncto, 7320 p. supra m. elevato, distat. Tristes et melancholicas solitudines

istius montis sempiternis nivibus subiectas exornant tamen non paucae rariores stirpes et in descensu austrum versus supra pagum *Ponte* elegantissima *Linnaea* in sylvis laricinis abunde crescit. Cacumen australe rupibus graniticis, boreale autem saxo calcareo primario, gypso schistisque constat; fluvius Albula per longum tractum hasce duas formationes seiungit. Plantae rariores: *Achillea macrophylla*, *Aconitum Napellus* β *trichocarpum*, *Anemone vernalis*, *Arnica Doronicum* Jacq., *Atragene alpina* (in montis vicinia), *Blitum capitatum* (ad viam quae ad montem ducit), *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Hedysarum obscurum*, *Hieracium albidum* Vill. (*intybaceum* All.), *Hypochoeris maculata*, *Lycopodium Selago*, *Oxytropis campestris* DC. (*Astragalus* L.), *Polemonium coeruleum*, *Salix glauca* β *Lapponum*, *S. helvetica* Vill., *S. myrsinites*, *Saxifraga aspera* II *bryoides*, *S. caesia*, *Senecio Doronicum*, *Sesleria disticha* Pers. (*Poa* Wulff.).

Alesse, mons paulo altiori Valesiaco Fouly contiguus. Ex eius vertice facile ad casas pastorias M. Fouly descenditur. In ipsius Alessae clivis editioribus inter plurimas alias plantas insignes leguntur: *Carex ericetorum* Poll., *C. frigida* All., *C. rupestris* All., *Kobresia scirpina* Willd. et *Salix serpyllifolia* Scop. — Infra Alessam legitur rarissimum *Geranium bohemicum*. — Etiam in eo monte observatae fuerunt: *Achillea moschata* Jacq., *Androsace carnea*, *Anemone alpina* II *sulphurea* (*apiifolia* Wulff.), *Bupleurum stellatum*, *Centaurea Rhapontica*, *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* Lin.), *Hypochoeris uniflora* Vill. (*helvetica* Iacq.), *Iuniperus Sabina*, *Laserpitium Halleri* All. (*hirsutum* Sut.), *Phyteuma betonicaefolium* Vill., *Ranunculus pyrenaeus*, *Senecio incanus*. — Aux Gorges versus le creux de Jeman: *Hieracium multiflorum* Schl. V. Jeman.

Alevais (les). V. Trêlex.

Allamand, vicus amoenus pagi Vaudensis, inter Rotulum, Albonam et Morgias, haud procul a pulchro Lemani sinu situs. Ad rivulum molam agentem

Sium repens, in terris nostris rarissimum, a b. Lorimier primum detectum fuit. In sylvula elegantissima huic pago contigua *Genista Scoparia* Lam., ceterum apud nos etiam infrequentior, abundat; sic et *Campanula persicifolia β uniflora* atque *Luzula nivea* DC. (*Iuncus* L.). — *Syringa vulgaris* sepes vicinas exornat. Denique passim occurrunt: *Diplotaxis tenuifolia* DC. (*Sisymbrium* L.), *Lotus siliquosus*, *Scirpus Holoschoenus* (ad Albonae rivuli ostium).

Allée blanche (l'), pylae frigidissimae pedi montis Albi austrum spectanti subjectae, et inter montem Col de la Seigne lacumque alpinum Combal, in Pedemontio, sitae; undique molibus glacialibus a lateribus praeruptis gigantei montis dependentibus rigent, et botanicis peramplam messem suppeditant. In ea glaciali regione proveniunt: *Achillea nana*, *Eriophorum Scheuchzeri* Hoppe (*capitatum* Hoffm.), *Heracleum Sphondylium* II *stenophyllum* (in valle Véni), *Hieracium florentinum* All. II *piloselloides*, *Iuncus arcticus* Willd., *Laserpitium Halleri* All., *Ornithogalum fistulosum* II *Ramondi*, *Salix reticulata β sericea*, *Saxifraga aspera* I *elongata* et II *bryoides*, *S. cuneifolia*, *Statice plantaginea* DC.

Allmogell. V. Saas, Mackmar et Zwischbergen.

Alpensimmen. V. Saas.

Alpes. Sic jam ab antiquissimis temporibus nominatur illud altissimorum montium ingens cingulum, quod Italicam peninsulam a regionibus conterminis, scilicet Gallia, Helvetia Germaniaque dissociat. Altissima totius Europae cacumina ad istud immensum iugum, cuius longitudo 180 et latitudo saltem 30 milliariis geographicis constat, pertinent, et quidem in eius cinguli parte, quam, tum Helvetia, tum prope fines nostros hinc Sabaudia, inde comitatus Tyrolensis continent, sita sunt. Tota fere Helvetia australis ad Alpium regionem pertinet.

Celeberrimus Ebel, qui cum Viris immortalibus

de Saussure et Escher tantum ad Alpium notitiam contulit, eas in tres magnas regiones dividit. Prima summas comprehendit Alpes constatque talibus montibus, qui sese ultra nivium perennium limitem, id est ultra 8 ad 9 millia pedum supra mare interius extollunt. In hac regione, cuius altissimi montes 13 ad 14 millibus pedum elati sunt, plantae nonnisi paucissimae phanaerogamae crescunt, vel potius ventis, frigoreque perpetuis percussae, tristissime languescunt. Ibi nihil nisi rupes horrendas humo plane destitutas tantumque lichenibus nonnullis vestitas, ubi propter earum abruptam declivitatem nives desinunt, videres. Ab istis altissimis tractibus undique moles glaciales in valles eis subiectas dependent.

Mediae Alpes a limite nivali usque ad 6500 p. s. m. descendunt. Pascua illa alpina laetissima, quae per totam Helvetiam nostrates nomine generico Alpium (Alpen, Alpi, Alpages) nuncupant, in hac regione, cuius pars ima etiam sylvarum oram superiorem comprehendit, reperiuntur, et tum in illis pascuis, tum in rupibus et clivis praeruptis, armentis pecudibusque inaccessis, tum in illis regioni altissimae conterminis solitudinibus, ubi ad loca depressa radiisque solaribus minus obvia nives saepius per totum annum perdurant, dulcissimos suos thesauros spargit Flora. Ibi plantae, quae etiam in planitie degere solent, humiliores quidem deprehenduntur; sed florum magnitudine, fragrantia coloribusque vividissimis in tractu campestri omnino insolitis luxuriant. Quin imo plantae mere alpinae magnas per totam Alpium mediarum regionem variationes ostendunt, prout in vicinia nivium perpetuarum, in pascuis mediae altitudinis, aut prope sylvas in hoc tractu incipientes nascuntur. In his diversis stationibus sibi adeo dissimiles evadunt, ut a a multis auctoribus unae eaedemque stirpes pro multis distinctis speciebus saepissime habitae fuerint, imo et adhuc habeantur. Exemplo sint Aconita, Saxifragae, Salices etc. Testante Wahlenbergio *Rhododendrum*,

illud magnum Alpium decus, usque ad 7000 p. s. m. observatur. *Pinus Cembra* ad altitudinem absolutam 6580 pedum adtingere dicitur.

Tertiam Subalpes regionem consituunt, et omnibus infra 6500 p. s. m. montibus in tractu alpino contentis constant. Etiam in eis innumera sunt pascua, pinguissima quidem, sed herbis minus exquisite sapidis instructa, bovilibus undique consita, quae armenta pecudesque per magnam aestatis partem nutriunt.

In ea regione secundum Cl. WAHLENBERG *Pinus Abies* usque ad 5800 p. s. m.*), *Larix* in Helvetia septentrionali **) tantum ad 5200 p., *Fagus* ibidem vix ultra 4600 p. ***), *Cerasus* ad 4160 p., *Pyrus* et *Malus* ad 4050 p. et *Iuglans* ad 3500 p. altitudinem, ubi cerealium ****) cultura incipit, adscendunt.

Manu docta solertissimaque totum Alpium nostrarum systema in immortalis stirpium historiae prefatione determinavit HALLERUS. Ex illa primordialium, olim absque dubio multo quam hodie altiorum, sed quibusdam naturae horrendis subversionibus insigniter comminutorum, quibus Gotthardus constat, montium stupenda mole, tanquam e centro seu foco communi tot tantaque Alpium dorsa undique quasi radiantia per totam australem Helvetiam discurrunt. Et primum quidem illud longissimum „ centum leucis non multo brevius ", quod Vir summus meridionale dicere solebat, tum occasum versus per Furcam, inter magnam Rhodani vallem et valles minores laterales Antigoriam, Anzascam, Sessiam, Val Tornanche

*) Limitem tamen solitum *Abietis* Vir Cl. ad 5500 pedum altitudinem absolutam statuit, eumque paucissimas admittere exceptiones testatur.

**) In Sabaudia usque ad altissimarum Alpium limitem inferum ubique adscendit.

***) In valle *Hasliana* ad 3000 p. in vicinia vici *Guttannen*, et in ipsius Gotthardi adscensu supra *Wasen* iam ad 2900 p. crescere desinit.

****) In Valesiae iugo australi arva cerealibus consita multo altius deprehenduntur. V. *Valesia* et *Zermatten*.

et Praetoriam usque ad montem Penninum et inde per montem *Dent-de-Midi* in Sabaudiam secus Lemanum lacum extenditur, tum ad eurum per Locumonium et Adulam, inter Rhaetiam vallesque Brenniam, Calancam et Misaucinam, Clavennensem et Praegallensem usque ad montem Septimium atque inde inter Oeni vallem, vallesque septentrionales laterales rhaeticas porrigitur, atque per Comitatum Tyrolensem longe lateque continuatur. „ Haec tota Alpium longitudo passim quidem aliquantum deprimitur, ut vias praestet in Italiam transituris. Sed et eae valles peraltae sunt, et asperae veraeque Alpes, neque usquam rota ex Helvetia ad Italos accessum invenit " HALLER. Nunc autem nemo nescit vias stratas, vere regias, per horrendas illas montium Sempronii, Gotthardi, Bernardini et Spelugae rupes, quae non solum carris omnigenisque vehiculis, sed etiam tormentis bellicis perviae sunt, a principio huius seculi usque ad nostros dies apertas fuisse.

Ex eodem foco principe etiam per Furcam aliud dorsum eurum versus, sed boreale, per maximam sui longitudinem pagum Bernensem a Valesia dividens, usque ad Agauni claustra extenditur, et inde in vicinia lacus Lemani cum illo montium humiliorum iugo, cui nomen est Ioratum, sese quasi confundit: ad hocce dorsum boreale pertinent M. Grimsula, moles istae stupendae rupium excelsissimarum, nivibus aeternis rigentium, Finsteraarhorn (13234 p. s. m. Sylvio monte excepto, qui in iugo australi situs et 13854 p. altus est, totius Helvetiae altissimum cacumen), Iungfrau (12872 p.), Mönch (12666 p.), Schreckhörner (12560 p.) etc., tum minores montes, ut Gemmius, Sanetsch et Dent-de-Morcles e regione montis Dent-de-Midi, quocum radicibus suis claustra valesiaca efficit.

„ Boreale illud iugum " in Lemani vicinia subito septentriones versus convertitur et „ numerosa brachia exporrigit", quorum pagi Friburgensis Alpes, pas-

cuis uberrimis ditissimae continuatio sunt; „ primum ad Aquileienses, et breve, quod valli Ormonds ad meridiem adiacet; alterum ad septentrionem eidem valli obiectum; tertium inter Etivaz et les Mosses; quartum inter Gsteig, Etivaz et vallem Saanen; quintum inter Gsteig et Lauenen; sextum inter Lauenen et vallem Simmiam: idem inflexum ad orientem longe inter hanc et vallem Adelboden (illud tamen proprium et a priori plane distinctum est brachium); septimum inter Adelboden et Canderae vallem; octavum inter Candersteg et Lauterbrunnen montes vallis Kienthal educit: aliud per Scheideck vallem Grindelwald a lacu Brienz dissepit; maius aliud a Furca longe inter Bernenses, Uranios et Subsylvanas porro, hinc inter Lucernenses et Subsylvanos ad orientem, inde ad boream inter vallem Emmiam et lacum Thunensem productum, in sylva Grauholz prope Bernam denique planitiem adtingit. Eius rami valles Subsylvanorum distinguunt, et ad eos Pilatus nititur." HALLER.

Ex ipso Gotthardo per montes Badutz, Oberalp et Crispaltum, dorsum altissimum ad euro-boream excurrens Rhaetos ab Uranensibus et Glaronensibus dissepit et in plures ramos divisum, usque in Sarunensium regionem penetrat. Illud iugum nonnulla brachia maiora septentriones versus, praecipue per montem Dödi in pagum Glaronensem emittit, ubi glaciales illas Alpes Claridas efficit, Glaronenses ab Uranensibus Suitensibusque dividit, in pagum Suitensem excurrit et inde semper mitescens Albium montem generat et inter Tigurinos et Suitenses Tugenosque continuatur.

Ex iugo praecipuo australi emittuntur innumera pene dorsa secundaria tum boream versus per totam Rhaetiam, quae istis montibus vallibusque eis interiectis integra constat, tum ad meridiem et per Septimium Maloiamque ad eurum, ubi valles Brenniam, Calancam, Misaucinam, Praegalliensem ipsamque longam Oeni vallem distinguunt.

Focus centralis ad austrum duo iuga praecipua inter se magnam vallem Lepontiam comprehendentia emittit, orientale nempe brevius parumque ramosum; occidentale autem multo longius productum in numerosos diffinditur ramos, quibus pagi Ticinensis valles interponuntur. Istorum ramorum praecipuus inter eum pagum et valles Pedemontanas Formazzam et Antigoriam limitem efficit. Neque australis iugi principis pars occidentalis pauciores austrum versus generat ramos quam orientalis. Ex montibus Moro et Rosa duo brachia ad orientem extenduntur; iugum, quod Rosa generat, iterum in sex ramos plus minusve longos, austrumque petentes dividitur, qui valles Stronensem, Mastalonensem, Sermentam, Dobbiam et Gressoney, omnes in Pedemontio sitas, distinguunt. Porro inter Rosam et Sylvium e iugo principe, duo alia brachia in eadem directione sita magnam vallem Challent comprehendunt. Ad pedem australem M. Sylvii perinde extenditur vallis Tornanche, quae prope Châtillon cum valle Praetoria sese confundit. Eam ramus geminus a valle Pellina separat, quam nonnisi arista tenuis a valle Praetoria, Alpibus Penninis subiecta, distinguit. Ex altissimo monte Dronaz, qui ad magnum Bernardum pertinet, ramus exit multifidus, qui hinc vallem Praetoriam, illinc vallem Ferret et Courmayeur terminat. Ex eodem fere foco et ex ipso Monte Albo, qui a M. Dronaz paucis tantum leucis distat, innumeri pene discurrunt rami, quibus Alpium Sabaudarum maeandri inextricabiles constant.

Et, quod notatu certe dignissimum quisque indicabit, ille primarius focus Gotthardensis etiam omnium Helvetiae fluviorum maximorum fontem continet, et aquarum suarum praecipuis Europae maribus tributum pensitat.

Occidentem in stupendis molibus glacialibus Furcae natus Rhodanus petit, et in mare mediterraneum effunditur; Boream et Eurum Arola, Ursa et ingens ipse Rhenus, qui duos priores amnes prope nostros

septentrionales fines in sinum accipit, atque cum eis coniunctus in Germaniam et Bataviam festinat et in Oceanum defluit; Oeni fontes in M. Maloia et in summa vallis, cui nomen suum dat, parte scaturientes, longius quidem a foco centrali distant, sed tamen per iugum princeps haud interruptum cum eo coniuncti sunt. Hoc flumen etiam eurum versus sese dirigit, comitatuque Tyrolensi percurso, apud Germanos in Istrum sese effundit, et simul cum eo thesauros montium nostrorum glacialium denique cum Euxini Ponti undis commiscet. Ticinus tandem in ipso Gotthardo ortus semper meridiem petit, et traiecto lacu Verbano, Papiae seu Ticini in Eridanum cadit, qui orientem petens cursum suum in Hadriae fluctibus terminat.

„ Alpes denique nonnullae ex se ipsis exstant undique profundis vallibus interceptae " (Haller) atque penitus a centrali foco disiunctae. Eius modi sunt montes Regius et Rossberg, in pagis Suitensium Tugenorumque siti, atque iugum longum Toggios a Sarunensibus, Castris Rhaeticis pagoque Tigurino disiungens, et ad orientem brachio paulo humiliori cum illa catena montium alpinorum vallibus Toggicae et Rhenanae hinc atque inde Abbatiscellanis interiectorum cohaerens. — Nomina specialia nonnullae Alpium catenae acceperunt: sic tractus montium, qui inter Sylvium et Rosam usque ad Bernardinum porrigitur, nomine Alpium Helveticarum S. Summarum cognitus est; iugum a Bernardino eurum versus continuatum Alpes Rhaeticas efficit; Alpes Penninae a Sylvio Rosaque usque ad M. Bernardum occidentem versus protenduntur. Alpes Graiae et Cottiae ad Sabaudiam et Pedemontium, Maritimae ad Galliam, Noricae, Carnicae et Iuliae ad Germaniam pertinent.

In Alpibus fere omnibus passim inveniuntur: *Achillea atrata*, *Ach. macrophylla*, *Aconitum Lycoctonum*, *Ac. Napellus*, *Agrostis rupestris* Willd., *Aira flexuosa*

α alpestris (montana Sut.), *Alchemilla alpina*, *Allium Victorialis*, *Androsace Chamaeiasme* Jacq. *(villosa* Sut.), *Anemone alpina*, *An. narcissiflora*, *Anthericum Liliastrum*, *Anth. serotinum*, *Antirrhinum alpinum*, *Arabis alpina*, *Arenaria ciliata*, *Arnica montana*, *Arn. scorpioides*, *Aster alpinus*, *Astrantia maior*, *Astr. minor*, *Athamanta cretensis*, *Avena flavescens γ variegata (sesquitertia* Sut.), *Av. pubescens β alpina*, *Azalea procumbens*, *Cacalia albifrons (hirsuta* Sut.), *Calamintha alpina* Lam. *(Thymus* L.), *Campanula pusilla* Haenke, *C. valdensis* All., *Carex atrata γ nigra*, *C. caespitosa β alpina*, *C. Scopolii* N., *C. sempervirens* Vill., *Centaurea montana*, *Cerastium arvense* II *strictum*, *Cerinthe glabra* Mill. *(alpina* Kit.), *Chrysanthemum alpinum*, *Cineraria cordifolia* Gouan (circa bovilia), *Crocus vernus* Ait., *Draba aizoides*, *Dryas octopetala*, *Elymus europaeus*, *Epilobium alpinum*, *Erigeron alpinus*, *Eriophorum Scheuchzeri* Hoppe *(capitatum* Hoffm.), *Festuca alpina* Sut., *F. nigrescens* Lam., *F. pumila* Vill., *F. violacea* N., *Galium sylvestre* II *alpestre*, *Gentiana bavarica*, *G. campestris*, *G. lutea*, *G. purpurea*, *G. utriculosa*, *G. verna*, *Globularia cordifolia*, *Gl. nudicaulis*, *Hedysarum obscurum*, *Helianthemum oelandicum* DC. *(Cistus* L.), *Hieracium aurantiacum*, *H. aureum* Vill. *(Leontodon* L.), *H. villosum*, *Iuncus ustulatus* Hoppe *(alpinus* Sut.), *Lepidium alpinum*, *Lonicera alpigena*, *L. coerulea*, *Luzula spicata* DC. *(Iuncus* L.), *Myosotis alpestris* Schmid, *Nardus stricta*, *Orchis nigra* Sw. *(Satyrium* L.), *Oxytropis montana* DC. *(Astragalus* L.), *Phleum alpinum*, *Phyteuma orbiculare* I *cordatum*, *Pinguicula alpina*, *Plantago alpina*, *Pl. montana* Lam., *Poa alpina*, *P. aspera* N. *(caesia* Sm.), *P. distichophylla* N., *Polygonum viviparum*, *Potentilla alpestris* Hall. fil. *(aurea* Ser.), *P. aurea (Halleri* Ser.), *Primula Auricula*, *Pr. viscosa* Vill., *Ranunculus alpestris*, *R. montanus* Willd., *Rhamnus pumilus*, *Rhododendrum ferrugineum*, *Rumex alpinus (circa bovilia)*, *Saxifraga aizoides (autumnalis*

Sut.), *S. Aizoon* Jacq., *S. androsacea*, *S. muscoides* Jacq., *Sedum atratum*, *Senecio Doronicum*, *Sesleria coerulea* Ard. (*Cynosorus* L.), *Soldanella alpina*, *Solidago Virgaurea γ pumila* (*S. minuta* Sut.), *Tozzia alpina*, *Trifolium badium* Schreb. (*spadiceum* Sut.), *Tr. caespitosum* Reyn., *Veratrum album*, *Viola biflora*, *V. calcarata*, *V. tricolor* I *subalpina*.

In summis Alpibus: *Androsace* (*Aretia* L.) *alpina* N., *Andr. helvetica* N., *Aretia Vitaliana* N. (*Primula* L.), *Carex foetida* All., *C. iuncifolia* All., *Erigeron uniflorus*, *Gentiana acaulis*, *G. brachyphylla*, Vill. *G. nivalis*, *Hieracium albidum* Vill. (*intybaceum* Jacq.), *Ligusticum Mutellina* Crantz (*Phellandrium* L.), *Lychnis alpina*, *Poa laxa* Willd., *Salix glauca*, *S. helvetica* Vill., (*arenaria* auct.) *S. herbacea*, *S. reticulata*, *Saxifraga aspera* DC. I *elongata et* II *bryoides*, *S. caesia*, *S. oppositifolia*, *Silene acaulis*.

Alpnach, vicus Subsylvaniae superioris ad pedem australem montis Pilati et ad extremum sinum occidentalem lacus Waldstettarum situs. In vicinia occurrunt: *Chysanthemum alpinum* (in Alpibus affinibus), *Lotus siliquosus*, *Pedicularis sylvatica*, *Rumex pulcher*.

Altorf, magnus vicus totius pagi Uraniae caput, haud procul a lacu Lucernensi et ad imas Gotthardi radices situs. In ipso oppido *Fumariam parvifloram* Lam.; in eius vicinia *Antirrhinum Cymbalariam*, *Echinospermum Lappulam* Lehm. (*Myosotidem* L.), *Geranium palustre*, *Melicam ciliatam*, *Veronicam scutellatam*, *V. urticaefoliam* Jacq.; in fossis circa Erstfelden *Leersiam oryzoidem* Willd. et *Limosellam aquaticam*, et in M. Achsenberg, illi celeberrimo Tellii sacello imminente, *Cyclamen europaeum* observavimus. Paulo supra Altorfium longa pulchraque aperitur vallis alpina, das Schächenthal dicta, per quam pagum Glaronensem adituris trans Alpes Claridas in summam Linthae vallem via est.

Altschwyler, vicus ditionis basileensis, prope

Galliae limitem situs parumque ab urbe distans. Ibi leguntur: *Campanula persicifolia*, *Centunculus minimus*, *Festuca arundinacea* Schreb., *Galium parisiense* II *anglicum*, *Gypsophila muralis*, *Iasione montana*, *Linum tenuifolium*, *Lonicera Periclymenum*, *Polygonum amphibium*, *Scandix Pecten-Veneris*, *Tofieldia calyculata* Wbg. (*Anthericum* L.), *Triglochin palustre* V. Basilea.

Altstätten, oppidulum pulchrum vallis Rhegu-scorum (*Rheinthal*) in pago San-Gallensi ad pedem australem Alpium Abbatiscellanarum situm. In eius vicinia legitur *Galeopsis pubescens* Bess. (*cannabina* Heg.); ibi quoque *Colchicum montanum* quidem diu crescere creditum est; sed in ea regione nonnisi forma aestivalis folia simulque flores protrudens *Colchici autumnalis* lecta fuit; nam genuinum *montanum* tantum in regionibus calidissimis australioribus occurrit.

Alveneu, balneum frigidum prope Albulam fluvium, in Rhaetica valle eiusdem nominis. Ibi formam latifoliam *Salicis incanae* alibi, quantum scio, nusquam observatam legi. Inter Alveneu et Filisur *Astragalus monspessulanus* a Cl. Meiero San-Gallensi observatus est. In eadem regione indicantur: *Lathyrus sylvestris*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.). Ad viam alpestrem, qua Parpan versus itur, *Pinus sylvestris* β *montana* sylvulas efficit.

Amstäg, vicus pagi Uraniensis prope Ursam et ad viam, quae ad Gotthardum ducit, situs; ibi iam vegetatio subalpina sese ostendere incipit. V. Wasen.

Andeer, vicus vallis Rhaet. *Sexamniensis* (*Schamserthal*), ad M. Tschiera (Cera) pedem et iuxta viam, quae ad Spelugam ducit, inter pylas Viae Malae et Rofflen situs, et 3168 p. s. m. elatus. Rev. Conradi, huius loci pastor, optimam edidit grammaticam et lexicon romanicum. Prope pontem dimidia leuca a vico distantem Rhenus pulchram cataractam efficit; ad quam contemplandam, via regia reliquenda, et imum vallecúlae seu praecipitii fundum petendum est. Hanc naturae scenam aere coloribusque expressit pictor C. Grass.

Prope vicum occurrunt: *Phyteuma Halleri* All., et *Linnaea borealis (in den Rofflen* Ferrera versus.)

Andelfingen, pulchrum planitiei Tigurinae oppidulum, in fertilissima regione, ad Duriam (die Thur) fluvium situm. In campis vicinis *Nigella arvensis*, planta ceterum in Helvetia rarior, inter sata frequens occurrit.

Andermatt (alias *Urseren)*, vicus vallis *Ursariae*, ditionis Uraniensis, ad pedes 4446 supra mare situs. Eo per cuniculum in illis altissimis rupibus, quae placidam vallem ab horrendis claustris ponti Diaboli subiectis separant, apertum pervenitur. Tota vallis montesque eam comprehendentes stirpibus pulcherrimis abundant, Cl. Vulpius in ea regione (supra Zumdorf) *Trientalem europaeam*, ante eum inter nostros limites nondum rite observatam, anno 1792 detexit. V. Ursaria (vallis).

Aneth seu Ins, vicus magnus ditionis Bernensis, inter lacus Neocomensem, Biennensem et Muratensem situs. Magnae eius regionis planities fluminum lacuumque aquis fere undique circundatae, ingentes continent paludes, in quibus multae stirpes rariores colligi possunt. Etiam in pratis udis viae regiae, qua Berna Neocomum tenditur, adiacentibus *Hottonia palustris* frequens occurrit. Ceterum etiam ibi lectae fuerunt: *Erythraea pulchella* Fries *γ palustris*, *Gratiola officinalis*, *Hydrocharis Morsus-ranae* (in fossis aquaticis), *Mentha hirsuta ζ sativa (M. exigua* Sut.), *Nasturtium amphibium* R. Br. *(Sisymbrium* L.), *Salix repens β elatior*, *Sparganium simplex* Huds., *Spergula nodosa*, *Teucrium Scordium*, *Thalictrum nigricans* Jacq., *Viola montana* III *Ruppii*.

Angelimontani. V. Engelberg.

Anniviers, vallis lateralis Valesiae mediae inter valles *Eriniam (d'Hérens)* et *Tourtemagnam*, quas triplex brachium ex iugo principe meridionali per immensas montis Sylvii moles, boream versus protentum comprehendit, sita, stirpium alpinarum ditissima. Hucusque tamen a botanicis rarissime, et fortasse

nonnisi a nostris phytopolis peragrata est. Ceterum praeter *Caricem microglochinem* Wbg. in monte Praz prope M. Torrent sito cum *Carice bicolori* All. provenientem, et alias rariores stirpes, quae in articulo Lalex recensentur, in M. Senlienna prope M. Lalex inventae fuerunt: *Gentiana utricolosa*, *Hypochoereis uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq.; in sequentium consortio, in sylvis *Pino Cembra* constantibus), *Hieracium alpinum* II *pumilum* β *tubulosum*, *Geranium aconitifolium* L'Hér. In summo monte: *Saxifraga planifolia* Lapeyr. (*tenera* Sut.), *S. Seguieri* Spr., *Arabis coerulea* Wulff., *Androsace pennina* N., *Campanula valdensis* All. β *Scheuchzeri*. In valle laterali St. Barthélemi, occidentem versus sita, quam immensi glaciales tractus a valle Praetoria separant: *Senecio incanus*, *Achillea nana*, *Ach. moschata* Jacq., *Ranunculus glacialis* (in collo episcopi Riedmatten); ultra hocce collum in M. humiliori Seilon, prope horrea: *Campanula cenisia*, *Artemisia Mutellina* Vill., *Art. spicata* Jacq. Ultra huius montis tuguria secus moles glaciales planitiei montium Gex imminentes: *Astragalus leontinus*, *Oxytropis foetida* Dec., *Astr. Halleri* All.), *Ox. campestris* Dec. (*Astragalus* L.), *Gentiana glacialis* Abr. Thom., *Herniaria alpina* Vill., *Erigeron uniflorus*, *Festuca aurata* N., *Carex microglochin* Wbg., *Sisymbrium acutangulum* III *hyoseridifolium*, *Saxifraga aspera* (utraque forma), S. *exarata* Vill., *S. petraea* Vahl. In ima vallium parte supra Nenda: *Agrostis purpurea* N.

Ansex, mons Aquileiensium, stirpium alpinarum ferax, saepeque a magno Hallero laudatus. Plantae rariores: *Arbutus Uva-ursi*, *Empetrum nigrum* (ad rupes gypsaceas), *Festuca Halleri* Vill., *Rhododendrum hirsutum*, *Salix helvetica* Vill. (*arenaria* auct.), *Viola calcarata* I *subacaulis*.

Antonia, Rhaetorum vallecula amoena, prope *Küblis* in vallem mediam principem *Rhaetigoviam* (*Praetigau*) aperitur, et inde eurum versus usque ad altum

iugum, quod Rhaetiam a Tyroli Montefunensi dissociat, sese extendit. Plantae rariores: *Androsace (Aretia L.) alpina* N. (in Alpibus ad rupes), *Andr. helvetica* N. (perinde), *Arenaria verna β diffusa*, *Aretia Vitaliana* N. (*Primula* L.), *Atragene alpina* (prope Luzein), *Galega officinalis* (ibidem), *Orobus luteus* (in Alpibus), *Phleum alpinum* (perinde), *Poa alpina* I *β vivipara* (ibidem), *Potentilla aurea* (*Halleri* Ser.) *Silene rupestris* (in Alpibus), *Taxus baccata*, *Vaccinium uliginosum*.

Antonio (San) V. Marobbia.

Antrona, vallis Pedemontii, prope Villa, paulo infra Domo d'Ossola, sese aperiens, ex occasu orientem versus tendit, et a molibus glacialibus altissimi montis Mori clauditur. Ex illa valle, sed nonnisi per menses aestivos, propter nivium immensos tractus, in conterminam Valesiam iter est. Flora eius hucusque parum nota est. Saltem inter Saas et Antrona *Centunculus minimus et Crepis setosa* Hall. fil. occurrere dicuntur.

Anzasca, vallis etiam in Pedemontio sita, valli Antronae omnino parallela. Ab ea ad septentrionem a montium iugo recta protenso separatur; sed austrum versus aliud iugum priori parallelum eam a pluribus aliis valleculis pedemontanis separat. E regione vici Vogogna, paulo infra Pie di Mulera, in Tosae vallem aperitur. Pars eius suprema, ubi vicus Macugnaga, quem fodinae auriferae, sub initio seculi praeteriti ditissimae, nunc autem paene exhaustae celebrem fecerunt, situs est, montibus inter Morum et Rosam sese extendentibus innititur. Hi montes, quasi murus altissimus, et per maximam anni partem omnino inaccessus, eam perinde a valle valesiaca Saas dissepiunt. Per ipsum M. Morum e vico Macugnaga in vallem Saas itur. *Cactus Opuntia* (in colle Cima di Mulera), *Melissa officinalis*, *Sedum anopetalum* DC., *Centaurea seusana* Vill. *β angustifolia*, *et C. nigrescens* Willd. in vallis Anzascae parte inferiori nascuntur;

regíones autem superiores eius stirpibus alpinis rarissimis abundant. V. *Macugnaga.*

Aquileia, Aigle, oppidum Vaudense, in valle eiusdem nominis, ad torrentem Grande-Eau dictum, et in Rhodani vicinia situm. Coelum mite hiemesque temperatae vegetationi favent, atque propter Alpes undique planitiei imminentes, et Valesiae proximitatem in ea regione, intra temporis brevissimi spatium, permultae rariores pulcherrimaeque plantae colligi possunt. Prope ipsum oppidum nascuntur: *Aiuga Chamaepitys* Schreb. (*Teucrium* L.), *Allium angulosum* I *petraeum* (en Chalez; floret multo serius quam forma palustris), *Allium paniculatum* (in sylva Saufleulaz), *Asperugo procumbens* (à Fontenai), *Cakile rugosa* L Hér. (*Myagrum* L.), *Calamintha Nepeta* Clairv. (*Melissa* L., en Chalez), *Campanula persicifolia*, *Carex gynobasis* Vill., *Chenopodium intermedium* M. et K. (*urbicum*, Fl. helv. et engl. bot.) *Chrysocoma Linosyris* (en Chalez), *Colutea arborescens*, *Cynoglossum montanum* Lam. (in sylva la Cheneau), *Galanthus nivalis*, *Gentiana campestris*, *flore albo* (à Combaz), *Lepidium ruderale*, *Melica ciliata*, *M. uniflora* Retz (in sylvis), *Molinia serotina* M. et K. (*Festuca* L.; en Chalez), *Morus alba*, *Ornithogalum umbellatum*, *Poa rigida*, *Polygala Chamaebuxus* (à Plantour), *Pulmonaria angustifolia* β *oblongata*, *Ruscus aculeatus* (en Chalez), *Salix repens* (ad ripas torrentis Grande-Eau), *Seseli bienne* Crantz (*annuum* L.), *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis* L., Olon versus), *Trifolium scabrum*, *Trinia Henningii* Fl. helv. (*Tr. glaberrima* Hoffm.; en Chalez), *Verbascum nigrum*, *Vinca maior*. — In Aquileiensi ditione: *Arabis perfoliata* Lam. (*Turritis glabra* L.), *Arenaria fasciculata*, *Buphthalmum salicifolium*, *Carpesium nutans*, *Cervaria Oreoselinum* N. (*Athamanta* L.), *Chenopodium glaucum* (passim), *Chrysanthemum corymbosum*, *Cytisus alpinus* Schkuhr, *Digitalis lutea*, *Echinospermum Lappula* Lehm. (*Myosotis* L.), *Epilobium Dodonaei* Vill., *Eruca sativa* Lam. (*Brassisa Eruca* L.), *Euphrasia lutea*, *Heliotro-*

pium europaeum, *Hieracium staticefolium* Vill. (ad glareas), *Hippophaë rhamnoides* (ibidem secus la Grande-Eau), *Hypericum montanum*, *Iasminum officinale*, *Impatiens Noli-tangere*, *Laserpitium Siler*, *Limodorum abortivum* Sw. (*Orchis* L.), *Lithospermum purpureo-caeruleum*, *Lotus siliquosus*, *Luzula nivea* Dec. (*Iuncus* L.), *Ophrys anthropophora*, *Orchis coriophora*, *Orobus niger*, *Prenanthes purpurea*, *Ribes rubrum*, *Salvia verticillata*, *Samolus Valerandi*, *Scandix Pecten-Veneris*, *Scorzonera austriaca* Willd., *Staphylea pinnata*, *Teucrium montanum*, *Thalictrum minus*, *Ulmus montana* Sm., *Xanthium strumarium*. In Alpibus Aquileiensibus: *Achillea moschata*, *Aconitum rostratum* Bernh., *Androsace* (*Aretia* L.) *alpina* N., *Andr. Chamaeiasme* Bieb., *Andr. helvetica* N., *Anthericum Liliastrum*, *Arbutus alpina*, *Arnica scorpioides*, *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Ar. sylvatica* Schrad., *Astragalus depressus*, *Azalea procumbens*, *Campanula valdensis* All., *Carex brizoides*, *Cirsium eriophorum* Scop. (*Carduus* L.), *Corydalis cava* Wbg. (*Fumaria* Sut.), *Crataegus Chamaemespilus* Jacq. (*Mespilus* L.), *Delphinium intermedium* Ait. (I, II et III formae), *Dracocephalum Ruyschiana*, *Epipogium Gmelini* Rich. (*Satyrium Epipogium* L.), *Erinus alpinus*, *Eriophorum alpinum*, *Eryngium alpinum*, *Festuca Scheuchzeri* N., *Gentiana punctata*, *Geranium lividum* L'Hér. (in M. Luan lapidosis, qua a Veige Drapel versus descenditur), *Geum reptans*, *Heracleum longifolium* Jacq., *Hieracium prunellaefolium* Gouan, *H. valde-pilosum* Vill. *Hypochoeris maculata*, *Inula Vaillantii* Vill., (infra M. Bovonnaz), *Lonicera alpigena*, *Luzula nivea* DC. (*Iuncus* L.), *Margarita Bellidiastrum* N. (*Doronicum* L.), *Myrrhis odorata* Scop. (*Scandix* L.), *Orobus luteus* (in sylva Ovailles), *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* DC., *Ox. montana* DC., *Phaca frigida* Jacq., *Poa minor* N., *Ranunculus aconitifolius*, *R. Thora*, *Rosa alpina*, *Salix hastata* (*Arbuscula* Sut.) δ *tenuifolia* (V. Boulaire, Enzeindaz, Lavaraz), *Saxi-*

fraga aspera I *elongata* et II *bryoides*, *S. caesia*, *S. planifolia* Lapeyr., *Scabiosa alpina* (à Corbeiri et à Leysin), *Senecio Doronicum*, *Sibbaldia procumbens*, *Tilia platyphyllos* Vent., *Trifolium badium* Schreb., *Uvularia amplexifolia*, *Vicia sylvatica*.

Arbignon, *Darbignon* seu *Herbignon*, mons Valesiae inferioris, monti Fouly contiguus, stirpibus Alpibus altioribus propriis abundans. In eis montibus *Pinus Cembra*, quae in iugo boreali rarissima est, hinc inde occurrit. Citantur etiam: *Arabis pumila* Wulfl., *Arbutus alpina*, *Carex curta* Good., *C. foetida* All., *Geranium bohemicum*, *Hieracium amplexicaule* ε *Pseudo-Cerinthe*, *H. Pilosella* δ *peleterianum*, *H. valde-pilosum* Vill., *Pinus uncinata* Ram., *Salix hastata* (*S. Arbuscula* Sut.), *S. herbacea*, *Scutellaria alpina*, *Trifolium alpestre*, *Verbascum incanum* N.

Arbor-felix, Arbon, oppidum pagi Thurgoviae, ad lacum Bodamicum in planitie fertilissima situm.

Archamp, pagulus sabaudus, ad M. Salaevae pedem. In arvis vicinis *Plantago* colligitur hucusque falso pro *Pl. Coronopo* habita: est nostra *Pl. integralis*, quam amiciss. Rapin ad innumeras *Pl. alpinae s. gramineae* Lam. varietates pertinere censet. Ibi etiam provenit: *Arabis hirsuta* IV *glastifolia* Rchb. (Véry versus).

Ardon, vicus planitiei Valesiacae leuca una Seduno distans, ad viam regiam, qua Octodurum itur. In ea regione, quae ad calidissimas totius Valesiae pertinet, vinum crescit generosum. Plantae rariores: *Buffonia tenuifolia* (Valesiae mediae et inferiori propria; in Lisernae glareis), *Isatis tinctoria*, *Morus alba*, *Ononis Natrix*, *Ornithogalum arvense* Pers. (*minimum* Sut.), *Oxytropis campestris* Dec. (*Astragalus* L.), *Podospermum muricatum* Dec. (*Scorzonera laciniata* Sut.), *Rosa gallica*, *Scilla amoena* (in pomariis), *Veronica praecox* All., et β *glabriuscula* (*V. acinifolia* Mur.). — Circa vicinum pagum St.-Séverin supra Sedunum: *Lepidium graminifolium*, *Mentha*

gentilis, *Populus canescens* Sm. (supra vicum; stirps rarissima).

Areuse, pagulus comitatus Neocomensis, infra Boudry, prope ostium amnis Reusae situm. Ibi occurrunt: *Stellera Passerina*, *Teesdalia Iberis* Dec. (*Iberis nudicaulis* L., rarissima), *Teucrium Scordium*.

Argovia, (Canton Aargau), pagus magnus fertilissimusque, in Helvetia boreali inter pagos Tigurinum et Tugenum ad orientem, Lucernensem meridiem versus, ac Basileensem Solodurensemque, praeter brevissimam lineam, qua Bernatum ditionem pertingit, ad occasum contentus. Limitem borealem inter Argoviam et magnum ducatum Badensem Rhenus efficit. Praeter hocce flumen, territorium eius ab Arola, quae primum prope Morgenthal, ac iterum paulo supra Aroviam in eius terras penetrat, atque prope Confluentia (Coblenz) cum Rheno coniungitur, et ab Ursa Limagoque haud procul ab antiqua Vindonissa (Windisch) cum Arola sese commiscentibus (plures alios minores amnes omittimus), irrigatur. Forma ad quadratum curvilineum occidentem versus, potissimum ad boream et austrum valde protensum accedit. Maxima Argoviae tum longitudo, tum latitudo 15-16 leucas efficit. Superficies autem campis collibusque humilioribus plerumque constans, 38 milliaria geographica quadrata complecti dicitur. Trans Arolam et Ursam brachia fere extrema montis Iurae huncce pagum percurrunt. Excepto monte Legerio, cuius summus vertex ad ditionem Tigurinam pertinet, punctum nullum iugi Iurani in Argovia situm, sese ad altitudinem 5000 pedum supra mare extollit. Isti montes magnam ferri vim, alia metalla, aquas minerales et multa petrefacta continent.

Argoviae pagus: 1) *Argoviam* pristinam Bernensem complectitur: haec provincia totius regionis partem ditissimam fertilissimamque efficit; eius incolae religionem evangelicam origine tenus profitentur, nec solum agriculturae incumbunt, sed etiam magnum

quaestum ex commercio fabricisque conquirunt. Pratorum praecipue curam et irrigationem optime intelligere dicuntur. — 2) *Comitatus Badensis*, quem antea Bernates, Tigurini et Glaronenses vicissim per praefectos regebant, inter Argoviam et pagum Tigurinum situs est; plerique eius incolae fidei catholicae addicti sunt; nonnulli tamen vici a Rheno parum distantes ad ecclesiam reformatam pertinent; quin etiam in pagis Lengnau et Endigen multae sunt familiae Iudaeorum, quibus iam a veteri tempore liber religionis usus conceditur. Pars istius comitatus Rheno adiacens fertilibus campis bonisque vineis constat. 3) Praefecturae olim sic dictae liberae (die Freyämter) inter Argoviam et ditionem Lucernensem et inter Tigurinorum et Tugenorum pagos sitae, partim fere ut comitatus Badensis, partim a praefectis, quos octo pagi priores mittebant, regebantur. 4) *Das Frickthal*, cuius incolae perinde ac praefecturarum liberarum omnes religionem catholicam profitentur, ultra Arolam situm est, et ripae Rheni sinistrae adiacet. Olim ad ditionem Austriacam pertinebat. Planitiem vini frumentique feracem efficit.

Totius pagi incolae lingua germanica vulgo utuntur. Etiam apud catholicos scholae sollicite auctae, et optime institutae fuerunt. Scientias quoque ad theologiam, philosophiam ac iurisprudentiam pertinentes eruditissimi professores Aroviae docent.

Flora Argoviensis hucusque parum nota est. Plantas Frickthaliae diligentissime quidem exploravit rever. Müllerus, qui inter eas duas novas cives, scilicet *Salicem holosericeam* Willd. et *Caricem strigosam* Good., detexit. In Argovia propria plusculas stirpes collegerunt Cl. Suter, Hegetschweiler et Wydler; sed tum comitatus Badensis, si modo ipsam urbem exceperis, tum praefecturae liberae, quantum scio, botanicis terrae penitus ignotae sunt. V. Arovia, Olsberg, Lenzburg, Bada.

Arisdorf, vicus in pagi Basileensis planitie, prope Olsberg situs. Plantae citatae: *Leucoium vernum*,

Physalis Alkekengi, *Plantago maior β minima*, *Rhamnus catharticus*, *Salvia glutinosa*, *Veronica scutellata* (Olsberg versus), *Viola mirabilis*, *Vitis vinifera α (V. sylvestris* Hag.).

Arlesheim, vicus pagi Basileensis, in Birsae ripa dextra situs, ac duabus parvis leucis ab urbe distans. Hunc locum celebrem efficit pulcher paradisus, sive hortus huiusmodi, quem recentiores anglicum nominare solent. Integrum fere montem modicae quidem altitudinis amoenissimi luci, rivi limpidi, speluncae sedilibus muscosis instructae, clivi arboribus exoticis domesticisque consiti, et in summo vertice arcis antiquissimae rudera exornant. Prope Arlesheim leguntur: *Allium carinatum*, *Coronopus Ruellii* All. (*Cochlearia Coronopus* L.), *Daphne Laureola*, *Gentiana ciliata*, et in ipso montis adscensu *Chrysanthemum corymbosum*, atque *Diplopappus dubius* Cass. (*Aster annuus* L. rarissimus).

Arnex. Hocce nomine duo pagi Vaudensis vici noti sunt: alter prope Urbam (V. Urbam), alter vero in agro Nevidunensi (ibi leguntur *Euphorbia falcata*, *Mentha gentilis*, *Rosa gallica)*, uterque in planitie situs.

Arola (die Aare), fluvius magnus, ad pedem glacialem altissimi montis Finsteraarhorn, in magno Bernensium iugo oritur. Primum ad orientem per moles glaciales horrendas (in quarum vicinia Cl. Seringe *Kobresiam caricinam* Willd. frequentem legit), usque ad M. Grimsulam viam sibi aperit: dehinc subito septentriones versus deflectitur, nonnullas pulchras cataractas, praecipue loco Handeck dicto, efficit, in eadem fere directione vallem Haslianam percurrit, et lacus Brientinum (Brienzer-See) et Thunensem traiicit; postea etiam plerumque boream versus, per urbes Thun, Bernam et Aarberg, campos pagi Bernensis irrigat, dum in lacus Biennensis vicinia rursus ad euro-boream conversa, per pagos Solodurensem, Bernensem et Argoviam, ubi eius littora urbes Solodurum, Aarburg, Arovia et Brugg obtinent, demum

prope Confluentia (Coblentz) in Rhenum effunditur. Praecipua eius affluentia sunt torrentes vallium Grindeliae et Lauterbrunnen, Candera, Simmia, Sarina, Thiela seu Urba, Emmia maior, Ursa et Limagus.

Arona. V. Verbanus.

Arovia (Aarau), totius pagi Argoviensis caput. Ea urbs, non magna quidem, sed perpulchra in planitie fertili amoenaque ad flumen Arolam iacet. Ibi nonnullae sunt collectiones ad omnium naturae regnorum illustrationem institutae, magna ditissimaque bibliotheca publica, tum bibliotheca honoratissimi Rudolphi Meieri, quae praecipue operibus ad naturae scientias pertinentibus constat, pulchrum rev. Nüsperli seminarium, seu hortus, in quo permulta arborum pomiferarum genera coluntur. Huius urbis scholae (Cantons-Schule) seu gymnasio illustri doctissimi praesunt professores. Sic et inter reliquos cives non desunt viri eruditione atque scientiis omnigenis, non tantum in Helvetia, sed etiam per totam Europam celeberrimi. Officina meritissimi bibliopolae Sauerländer ad ditissimas pertinet, quas in patria nostra possidemus. Hucusque Flora Aroviensis minus nota est: circa urbem tamen Cl. Hegetschweiler non paucas plantas rariores collegit, atque in Suteri Florae altera, quam curavit, editione, indicare non oblitus est. Huc pertinent potissimum: *Anthemis tinctoria*, *Arabis arenosa* Scop. (*Sisymbrium* L.), *Ar. perfoliata* Lam. (*Turritis glabra* L.), *Athamanta cretensis β glabra*, *Brassica Erucastrum* (secus Arolam), *Campanula Cervicaria*, *Carex maxima* Scop., *Carpinus Betulus* (versus Olten), *Centaurea nigra*, *Geranium sylvaticum*, *Gypsophila muralis*, *Myriophyllum verticillatum*. *Nasturtium* (*Sisymbrium* L.) *amphibium* R. Br., *N. sylvestre* R. Br., *Papaver Argemone* (in valle Kulmensi qua Lucernam itur, circa Liebeck, Kulm et Trostburg), *Rumex scutatus β glaucus* (ad rupes iuranas Schenkenberg, Gislifluh et Wasserfluh), *Salix fragilis γ putata* (ad sepes, frutescens), *Staphylea pinnata*.

Arpallaz, mons Valesiae nobis ignotus, in quo observatae fuerunt: *Cardamine bellidifolia*, *C. resedifolia*, *Pedicularis foliosa.*

Arpetta (l'). V. Lalez.

Art, pulcher pagus ad lacum Tugenum M. Regii radicibus subiectus, et fere ad ingressum in illam olim felicem, nunc dira M. *Rossberg* subversione desolatam vallem Goldau situs. In sylvis occurrunt: *Asperula taurina*, *Convallaria verticillata;* ad muros rupesque: *Moehringia muscosa;* inter Art et Schwyz: *Lilium bulbiferum.*

Arva (l'Arve), torrens Sabaudiae, in M. Col de Balme fontes habet; totam vallem Chamouny percurrit ibique fluvii glacialis *Arveyron* ceterisque omnibus, quae ex parte septentrionali M. *Albi* defluunt, aquis collectis per pylas rupestres in valles Servoz et Clusiam descendit, ac tandem campis humilioribus peragratis, paulo infra Genevam cum Rhodano confunditur.

Arvel (Mont d'), nomen rupium excelsarum praeruptarumque viae regiae, quae Pennilucum ducit, prope Roche imminentium et in iugo boreali sitarum. Ad eas rupes pertinent lapidicinae, ex quibus pulchrum marmor rubrum venisque albis distinctum extrahitur. Ex earum cacuminibus plantae multae vere alpinae in vallem imam decidunt potius quam descendunt. Ibi v. gr. leguntur: *Althaea officinalis*, *Carpesium cernuum*, *Cyclamen hederaefolium* Ait. (in Helvetia rarissimum), *Dryas octopetala*, *Geranium palustre*, *Prunus Mahaleb*, *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis Calamagrostis* L.), *Tilia microphylla* Vent., *T. platyphyllos* Vent.

Arzier, vicus montanus Vaudensis, in agro Nevidunensi, vix ad altitudinem 2800 pedum s. m. situs. Huic imminet pulcherrima abietina sylva d'Oujon dicta, in qua nuper quam multae *Larices* felici eventu plantatae fuerunt. Montes vicini pulchris plantis iuranis abundant. Prope Arzier inveniuntur: *Astrantia maior*, *Camelina dentata* Pers. (*Myagrum* Willd.), *C.*

sativa Crantz (*Myagrum* L.), *Carlina acaulis*, *Cytisus alpinus* Schkuhr, *Hieracium fallax* Willd. *I exstolonosum*, *H. aureum* Vill. (in M. Givrine), *Lilium Martagon*, *Malva Alcea*, *Orchis pyramidalis*, *Peucedanum Chabraei* N. (*Selinum* L.), *Rosa tomentosa* Sm. (au bois d'Oujon), *Sonchus arvensis*, *Stachys alpina* In profunda angustaque vallecula inter Arzier et Burtigny: *Arabis Turrita*, *Elymus europaeus*, *Festuca sylvatica* Vill., *Impatiens Noli-tangere*. In montibus *Grande* et *Petite-Aine*: *Carex ampullacea* Good., *C. caespitosa*, *C. curta* Good., *Cineraria campestris* Retz, *Luzula flavescens* N. (*Iuncus* Host), *Neottia cordata* Rich. (*Ophrys* L.), *Orchis globosa*.

Assens, vicus planitiei Vaudensis haud procul a pago Echallens atque ad viam, qua Ebroduno Lausannam itur, situs. Incolae huius loci partim fidei evangelicae, partim autem catholicae religioni addicti sunt. In vicinia occurrunt: *Circaea intermedia* Ehrh., *Lupinus angustifolius* (inter sata).

Aubin (Saint-), vicus pagi Neocomensis, ad lacum neque procul a limitibus agri Vaudensis, in via, qua Grandisonum itur, situs. Plantae rariores: *Astragalus Cicer*, *Carex pilulifera* (prope Provence in agro Vaudensi), *Carpinus Betulus*, *Crepis foetida*, *Galeopsis ochroleuca* Lam. (*latifolia* Sut.)

Aubonne. V. Albona.

Aubrig (maior, 5239 p. s. m. elatus, et minor), montes pagi Suitensis, in valle Wäggithal ad limites Glaronensium siti, petrefactis abundantes. In alterutro *Sedum stellatum* vener. Io. Gesnerus, testante Hallero., observavit. In uliginosis crescere dicitur *Swertia perennis*; in culmine montis maioris *Digitalis grandiflora* Lam.

Audon, nomen montis fertilis Aquileiensium. Plantae rariores ab Hallero citatae: *Androsace alpina* N. (*Aretia* L.), *Apargia Taraxaci* Willd. (*Leontodon* L.), *Artemisia Mutellina* Vill., *Chrysanthemum alpinum*, *Delphinium intermedium* Ait., *Draba frigida* Saut. (*du-*

bia Sut.), *Galium uliginosum*, *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Geum reptans*, *Hieracium Jacquini* Vill., *H. montanum* Jacq. (*Hypochoeris pontana* L.), *H. prunellaefolium* Gouan, *Salix myrsinites*.

Augstenberg (*der*, alias Vilan), mons Rhaetiae supra Malans et in vicinia urbis Mayenfeld situs, „7356 p. s. m. elatus, stirpibusque pulchris ditissimus." Cl. Roesch. Testante enim Viro honoratiss. ibi proveniunt: *Anemone alpina α alba* et *β sulphurea* (*An. apiifolia* Sut.), *An. vernalis*, *Anthericum serotinum Antirrhinum alpinum*, *Arabis bellidifolia* Jacq., *Azalea procumbens*, *Chrysanthemum alpinum*, *Chr. atratum*, *Daphne Cneorum* II *striata*, *Draba aizoides*, *Epilobium Dodonaei* Vill. (*angustissimum* Willd.), *Galium helveticum* Weig. (*saxatile* Sut.), *Gentiana punctata*, *Narcissus poëticus* (ad clivum meridionalem vulgatissimus), *Ornithogalum luteum* Roesch (quid?), *Oxytropis montana* DC. (*Astragalus* L.), *Pedicularis recutita*, *P. versicolor* Wbg. (*flammea* Sut.), *Primula integrifolia*, *Salix reticulata*, *Saxifraga aspera* II *bryoides*, *Sibbaldia procumbens*, *Silene acaulis*, *Veronica aphylla*, *Viola calcarata* II *caulescens*, *V. palustris*.

Augusta Praetoria (la Cité d'Aoste, ou Aoste, Agosta), urbs ingens totius nominis eiusdem vallis caput. Paulo infra urbem via regia arcui triumphali, in Caesaris Augusti honorem condito, optimeque conservato subiecta est. Vallis Praetoria ad Pedemontium pertinet. Prope Eporediam aperitur et sese cum magna Italiae superioris planitie coniungit. Coelo mitissimo soloque feraci gaudentem, iugum meridionale atque praecipue mons ipse *Penninus*, ad cuius pedem australem sita est, adversus infaustum boreae flatum protegit. Et vallis ipsa et omnes, quibus cingitur, montes plantis raris, quarum etiam nonnullae intra nostros limites frustra quaeruntur, abundant. Prope Augustam v. gr. *Aegilopem cylindricam* Host (in vineis), *Amaranthum retroflexum* Willd., *Fumariam parvifloram* Lam. (in ruderatis), *Lolium rigidum* N.

(ad vias aridas), *Sisymbrium acutangulum* II *Tillieri* collegimus.— Praeterea nascuntur: *Anthemis tinctoria*, *Celtis australis* (in vineis), *Galium parisiense* I *litigiosum*, *Lactuca Scariola*, *Nasturtium pyrenaicum* R. Br. (*Sisymbrium* L.), *Plantago arenaria* W. et K., *Potamogeton obtusus* Ducros β *alpinus* (aux lacs de Chamollet et de Biona supra Augustam), *Sclerophyllum pulchrum* N. (*Crepis* L.), *Tragopogon porrifolius*, *Xeranthemum inapertum* Willd.

Augusta Rauracorum (Augst), olim gentis Rauracorum caput urbsque celeberrima, nunc vicus mediocris prope Basileam et in eius ditione situs. In veteris amphiheatri area nonnullae rariores plantae leguntur, ex. gr.: *Anthemis tinctoria*, *Arundo Pseudophragmites* Hall. fil., *Atropa Belladona*, *Bromus inermis* (Rhenifeldam versus), *Carpinus Betulus*, *Galium uliginosum*, *Geranium moschatum*, *Hesperis matronalis* Lam. β *sylvestris* (*H. inodora* L.), *Ornithogalum umbellatum*, *Saxifraga aizoides* (*autumnalis* Sut.), *Scilla bifolia*, *Sinapis nigra*, *Veronica scutellata*, *V. spicata*.

Auvernier. V. Colombier.

Aukomen, Aufkommen vel potius Augstkommen, pascua alpestria Valesiae, supra Zermatten sita et monti Räfel (Riffel apud Mur. bot. val.) subiecta. In eorum vicinia occurrunt: *Eriophorum alpinum* (copiose cum pluribus *Caricibus* raris in prato uliginoso supra Zwickelmatten), *Anemone Halleri* All. (frequens); *Phyteuma betonicaefolium* Vill., *Ph. scorzonerifolium* Vill. (in pratis circa casas pastorias), *Saxifraga Seguieri* Spreng. (*sedoides* Mur.).

Avanson, torrens alpinus in montibus Diablerets oritur, vallem subalpinam Frénières percurrit, atque infra Bévieux et Bex in Rhodanum sese effundit.

Aven, vicus Valesiae mediae, supra Sedunum, ad Viam novam (Chemin-neuf) dictam, qua Seduno per valles montesque ad summa M. Enzeindaz pascua intra paucas horas tenditur. Plantae rariores: *Anchusa angustifolia*, *Androsace maxima* (perrara), *Campanula*

bononiensis (perinde), *Carex gynobasis* Vill., *Chondrilla iuncea*, *Clematis recta*, *Molinia serotina* M. et K. (*Festuca* L.); *Telephium Imperati* (rarissimum), *Veronica praecox β glabriuscula* (*acinifolia* Mur.), *V. verna*.

Aveneire, mons alpestris supra Pennilucum exsurgens. Ibi proveniunt: *Ranunculus Thora* (au Pertuis) et rarissima *Draba hirta*.

Aventicum, Avenches, germ. Wifflisburg, Romanorum tempore totius Helvetiae caput, nunc parvum oppidum pagi Vaudensis, prope ditionis Friburgensis limites, in Broiae ripa dextra situm, vix leuca una a lacu Muratensi distans. Ibi murorum priscorum rudera, vetus turris, multae columnae, inscriptiones, aquaeductus, amphitheatri aliorumque pristini splendoris monumentorum reliquiae etiamnum antiquitatis amatorum attentionem merentur. In arce, quam olim habitabant praefecti, Cl. Doctor Schnell, medicus peritissimus, aegros mente captos felicissime curat, saepeque in pristinam valetudinem restituit. Regio vicina pulchra fertilissimaque planitie constat. Ibi observatae fuerunt: *Aristolochia Clematitis*, *Coronilla varia*, *Galeopsis ochroleuca* Lam. (*latifolia* Sut. in arvis circa Domdidier), *Sisymbrium*, *Sophia*, *Tanacetum vulgare*, *Xanthium strumarium*.

Avers, altissima vallis alpestris Rhaetorum, in jugo magno australi sita ad boream per fauces angustissimas in vallem Sexamniensem aperitur. In vicinia montis Septimii incipit. Ex eius summa parte viae montanae ad vicum Bivio seu Stalla, et austrum versus ad pagum Casaccia vallis Praegalliensis ducunt: huius itineris summum punctum pedes 7360 s. m. elatum esse fertur. Ibi viatores diversorium inveniunt. Pagulus Avers, fere in media valle situs, etiam elatissimus est, scilicet 6360 p. s. m. (secundum mappam Cl. am Stein), et absque dubio ad altissimos Alpium pagos pertinet. Duabus leucis infra hunc locum vallis, quae a principio occidentem perpetuo petebat, subito ad aquilonem convertitur; ibi duae

asperrimae valleculae prope ac supra vicum Canancul v. Canicul cum ea confluunt. Infra Canicul usque ad infimas fauces nomine vallis Ferrerae cognita est. Incolas morum simplicitas commendat: victum ex suis Alpibus conquirunt. Omnia circumstantia Alpium cacumina glacie nivibusque sempiternis horrent. Isti montes multa gignunt mineralia, ac praecipue micam ferrugineam et galaenam argento impraegnatam. Anno 1808 fodinae ibi apertae fuerunt, ex quibus ferrum extrahitur. Per totam vallem natura pulcherimas alpestres saenas ostendit; torrens Aversanus tres speciosissimas cataractas, quarum praecipua pagulo Ferrera proxima est, formare refertur. Prope hunc vicum ingentia granitae fragmenta, montium vicinorum ruinae, vallis adspectum horrificum efficiunt; contra circa Canicul amoenissima, casisque concinnis undique consita est. Totam eam regionem plantarum pulchrarum feracissimam esse botanici Rhaetici perhibent. Potissimum recensentur: *Achillea nana*, *Centaurea Rhapontica*, *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Hieracium aurantiacum*, *Iuniperus Sabina* (prope Canicul), *Linnaea borealis* (inter Andeer et Ferrera), *Pinus Cembra*, *Polemonium coeruleum* (prope Hinter-Ferrera), *Saussurea discolor* DC. (*Serratula* Willd.), *Senecio incanus*.

Axenberg, v. **Achsenberg**.

Ay (les tours d'), scopuli gemini Alpium Aquileiensium inter montes Penniluco impendentes et pascua elatissima Enzeindaz sita, et fere ab utrisque distantia. Eorum summi verticis elevatio ad 6815 p. s. m. aestimatur. In eis montibus observatae sunt: *Carex brizoides*, *Gentiana nivalis*.

Ayen, pagulus Valesiae mediae supra St. Leonard situs. In agris vicinis *Euphorbia falcata* et *Micropus erectus* occurrunt. Circa Daillon: *Anchusa italica* Retz, *Calamintha Nepeta* Clairv. (*Melissa* L.) *Thrincia hirta*? Roth (*Leontodon* L.)

B.

Bactiacum. V. Bex.

Bada (*thermae helveticae*, *Baden*), urbs parva pagi Argoviae, ad Limagum, et infra radices M. Legerii, qui in ripa opposita praeruptus oppido imminet, sita. Urbi proxima sunt illa balnea celeberrima, quae multi calidissimae aquae fontes sustentant. Supra urbam arcis sub initio praeteriti seculi a Tigurinis Bernensibusque expugnatae et dirutae rudera in alto colle adhuc exstantia muris eius impendent. Ceterum fere undique montibus humilioribus circumdata est. Plantae rariores: *Allium angulosum et petraeum. All. oleraceum* (inter arcis rudera), *Anemone Pulsatilla*, *Athamanta Libanotis β maior*, *Cervaria Oreoselinum* N. (*Athamanta* L.), *Diplotaxis tenuifolia* DC. (*Sisymbrium* L.), *Filago gallica*, *Geranium pratense*, *Hypericum pulchrum*, *Impatiens Noli-tangere*, *Lactuca Scariola*, *Lathyrus Aphaca* (in agris), *Melica ciliata*, *Verbascum nigrum β* floribus albis.

Badenweiler, oppidulum magni ducatus Badensis, 6 leucis Basilea distans. Ibi proveniunt: *Aira flexuosa β campestris* (var. rarissima), *Chaerophyllum hirsutum*, *Convallaria bifolia*, *Digitalis purpurea* (perrara), *Galium rotundifolium*, *Geranium phaeum*, *Lilium Martagon*, *Narcissus poëticus*, *Sedum rupestre* (*reflexum* auct. helv.), *Silene rupestris*.

Bagnes, magna vallis Valesiae inferioris, valli Entremont contigua et fere parallela. Supra Octodurum prope St.-Branchier et in vicinia ipsius vici Bagnes late aperitur; inde subito austrum versus conversa, per aliquot leucas inter horrendos montes, nivibus sempiternis obrutos, extensa, ab immensis molibus glacialibus M. Tzermontanae clauditur. Haecce regio placidissima, cuius incolae moribus candidis simplicibusque insignes sunt, anno 1818 tristissimam celebritatem nacta est. Loco quinque leucis a St.-Branchier distante, vallis inter duos montes Pleureur et Mauvoisin coarctata est, et torrens nonnisi angu-

stissimum spatium in imo eius fundo occupat. Montis Mauvoisin pars inferior rupium pariete praerupto quingentos pedes alto constat, supra quem moles glaciales Gétroz dictae, usque ad summa cacumina rigent. Iam ab anno 1811 magna fragmenta crebro ex illo glaciali monte decidentia vallem imam fere omnino obstruebant, et torrentis aquae, in cursu suo impeditae lacunam quandam 50 pedes profundam supra hocce claustrum effecerant. Usque ad annum 1818 aquae tamen per illud claustrum tanquam sub ponte naturali viam invenerant; sed tunc nova glaciei incrementa hanc aperturam penitus explevere, et lacus superior longitudinem 7500 pedem et altitudinem 200 p. nactus est. Murus ipse glacialis, cui innitebantur aquae, longitudine 500, latitudine 900 et in sua humillima parte 220 p. metiebatur. Usque ad mensem Iunium laboribus prudenter susceptis cuniculus arte factus claustrum totum iam traiiciebat, et lacustrium aquarum molem haud parum imminuerat; sed eiusdem mensis die 17ª earum tandem nisui ponderique immenso integra muri glacialis pars superior mediaque cessit, et totius lacus aquae statim effusae sibi praecipites viam aperuerunt, intra unam horam usque ad Rhodanum infra Octodurum pervenerunt, totam vallem Bagnes, imam vallem Entremont, et magnam Octoduri partem strage dira immensisque ruinis impleverunt. Circiter quinquaginta homines in tam horrenda subversione vitam amiserunt. Domus, casae et horrea innumera diruta, integrae sylvae evulsae fuerunt, multi tandem fertilissimi campi atque horti arena lapidibusque obruti in steriles glareas conversi sunt.

Etiam post eam infaustam diem, ima claustri glacialis pars, per hiemes et ruinas superioris montis rursus valde aucta est, et metuendum erat, ne ille terrificus eventus renovaretur. Sed ratione simplicissima et, ut quisque putaret, etsi antea nemo eam detegere potuisset, facillima, Cl. Venetz, Valesius, malo medelam efficacem attulit, sicque omnes curas

felicissime removit. Ingenio et laboribus eius vallis imae moles glacialis adeo imminuta est, ut nunc Druentiae (la Dranse, hoc torrenti nomen) liberum transitum concedat. Nunc per aestatem armenta ubique in pratis diu penitus submersis, tranquille pascuntur.

Tota vallis ac praecipue pars eius superior, ut et 17 molium glacialium, quas continet, orae pulcherrimis rarissimisque stirpibus alpinis abundant. Sic *Saxifraga diapensoides* Bell. hucusque in Helvetia nusquam alibi, reperta fuit, et ante paucos annos Phil. Thomas ad M. Gétroz *Caricem ustulatam*, stirpem lapponicam perinde apud nos nunquam visam, detexit. Post inundationem Iunii 1818 facies nonnullorum tractuum ab illa strage percussorum omnino immutata fuit. Ibi praecipue *Brassica Erucastrum* diversissimis formis ludens frequentissima occurrit, et quod notatu dignum est, *Lunaria biennis* Moench (*annua* L.), qua hucusque Flora valesiaca carebat, nunc frequens invenitur.

Plantae rariores: *Achillea macrophylla*, *Ach. moschata* Jacq., *Ach. nana*, *Aconitum Lycoctonum*, *Adonis autumnalis*, *Agrostemma Flos-Iovis*, *Agrostis purpurea* N., *Agr. rupestris* Willd. γ *aurata*, *Alchemilla pentaphyllea*, *Androsace carnea*, *Andr. helvetica* N. (*Aretia* L.), *Andr. obtusifolia* All., *Andr. pennina* N., *Anemone narcissiflora*, *Anthericum serotinum*, *Aquilegia alpina* (aux Corbacières de Bagnes), *Arabis ciliata* R. Br., *Ar. serpyllifolia* Vill., *Arenaria rubra*, *Artemisia glacialis*, *Art. Mutellina* Vill. (*Art. spicata* Jacq.), *Astragalus leontinus* Jacq., *Avena subspicata* Clairv. (*Aira* L.), *Betula Murithii* N. (*nigra* Mur. supra pontem Bonvoisin; stirps ulterius indaganda!), *Brassica oleracea* A *sylvestris*, *Bunias Erucago*, *Campanula cenisia* (in Alpibus), *C. valdensis* All., *Carex a'rata*. *C. bicolor* All. (in M. Gétroz), *C. curvula* All., *C. ericetorum* Poll., *hispidula* N. (*fimbriata* Schkuhr), *C. ustulata* Wbg., *Centaurea phrygia*, *Cerastium alpinum*, *Chaerophyllum hirsutum*, *Conyza squarrosa*,

Corydalis intermedia Mérat (in subalpinis; SCHLEICHER), *Cynosurus echinatus*, *Draba frigida* Saut. γ *ramosa*, *Dr. nivalis* (in M. Gétroz), *Dr. sclerophylla* N., (ad M. Gétroz), *Empetrum nigrum*, *Epilobium alpestre* Schmidt, *Ep. origanifolium* Lam., *Equisetum multiforme* Vauch. (*variegatum* All.) *Erigeron angulosus* N., *Er. Villarsii* Willd., *Festuca varia* Haenke, *Gentiana glacialis* Abr. Thom., *G. punctata*, *Gnaphalium alpinum*, *Gn. Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Gn. sylvaticum* γ *fuscatum*, *Hedysarum obscurum*, *Herniaria alpina*, *Hieracium alpinum* var. flosculis tubulosis, *H. amplexicaule* ζ *aureum* (supra l'Ourtier), *Lathyrus heterophyllus* (ibidem), *Lotus corniculatus* η *alpinus*, *Lychnis alpina* L., *L. Flos-Iovis* (circa l'Ourtier), *Lycopodium annotinum*, *L. clavatum*, *Melampyrum sylvaticum*, *Mentha viridis*, *Myosotis sylvatica* Ehrh. γ fl. albo (in montibus), *Nardus stricta*, *Nepeta nuda*, *Oxytropis campestris* DC. (*Astragalus* L.), *Ox. foetida* DC. (*Astr. Halleri* All.), *Pedicularis rostrata*, *Phaca alpina* Jacq., *Ph. australis* β *cenisia*, *Phleum Michelii* All., *Poa alpina* II *brevifolia*, *P. sudetica* Schrad., *Polypodium hyperboreum* Sw. (*Woodsia* R. Br.), *Potentilla frigida* Vill., *P. minima* Hall. fil., *P. multifida*, *P. nivea*, *Ranunculus glacialis*, *R. pyrenaeus* β *bupleurifolius* et γ *plantagineus*, (δ *lacerus* seu *valesiacus* olim in M. Mille a b. RICOU, sed post eum non amplius inventus est), *Rhamnus alpinus*, *Rheum digynum* Wbg. (*Rumex* L.), *Salix glauca* β *Lapponum*, *S. hastata* (prope Bonvoisin), *S. myrsinites* α et δ *lanata* (*sericea* Mur.), *S. reticulata* β *sericea* (ad M. Gétroz), *S. serpyllifolia* Scop., *Saussurea alpina* Dec. (*Serratula* L.), *Saxifraga diapensoides* Bell., *S. oppositifolia*, *S. petraea* Vahl α, et ε *Bellardi*, *S. planifolia* Lap. (*tenera* Sut.), *S. Seguieri* Spreng. (*sedoides* Wbg.), *Scutellaria alpina*, *Sedum villosum* (in M. Mille), *S. Anacampseros*, *Senecio incanus*, *Sisymbrium acutangulum* III *hyoseridifolium*, *S. pinnatifidum* DC., *S. tanacetifolium*, *Soldanella alpina*, *Stachys germanica*, *Tha-*

lictrum simplex β alpestre, *Thesium alpinum*, *Trifolium pratense ζ frigidum*, *Viola cenisia.*

Ballon, mons ad Vogesorum catenam pertinens, in Gallia situs est, sed tantum unius diei itinere ab urbe Basilea distat. A Casparo Bauhino et Hallero plantae eius montis, cuius cacumen sese ad 4318 pedes s. m. extollit, saepe citantur. Huius loci sunt: *Chrysosplenium oppositifolium*, *Digitalis purpurea*, *Ligusticum Meum* Crantz (*Athamanta* L.), *Lunaria rediviva.*

Ballstall, oppidulum Solodurense, fere ad pedem superioris Hauenstein situm. Plantae rariores: *Dianthus caesius* Sm., *D. sylvestris* Wulff., *Impatiens Noli-tangere* (Wallenburg versus), *Lunaria rediviva*, *Melissa officinalis*, *Rumex scutatus.*

Balme (Col de), mons notissimus Sabaudiae, 7086 p. s. m. elatus, inter valles Chamouny et Trient situs. Ibi Alpium immensa iuga, atque praecipue giganteus mons Albus, cum amoenissima ei subiecta valle, quam totam percurrit amnis Arva, cuius fontes ex pascuis ipsius Col de Balme scaturiunt, pulcherrimo sunt spectaculo. Neque in tam alto monte ampla stirpium alpinarum messis deest. In adscensu enim occurunt: *Chrysanthemum alpinum*, *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Erigeron alpinus*, *Gentiana purpurea*, *Hieracium albidum* Vill. (*intybaceum* All.), *H. alpinum* III *Halleri*, *Luzula lutea* DC. (*Iuncus* All.), *Ornithogalum fistulosum* II *Ramondi*, *Phyteuma betonicaefolium* Vill., *Plantago alpina*, *Polygonum viviparum*, *Salix helvetica* Vill. (*arenaria* auct.), *S. herbacea*, *Senecio incanus*, *Silene acaulis*, *Veronica alpina*, *V. aphylla*, *V. bellidioides.* In descensu vallem Trient versus: *Achillea macrophylla*, *Heracleum Sphondylium* II *stenophyllum.* Ad casas pastorias *des Herbagères* summo itineris puncto subiectas: *Aiuga pyramidalis β alpestris*, *Gaia simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Pedicularis recutita*, *P. rostrata*, *Sisymbrium pinnatifidum* DC. (*bursifolium* Sut.).

Barbarine, mons Valesiae inferioris, vico subalpino *Fins-hauts* imminens. Ibi leguntur: *Allium Victorialis*, *Anemone alpina*, *Apargia Taraxaci* Willd., *Betonica hirsuta*, *Camelina dentata* Pers. (*Myagrum* Willd.), *Campanula cenisia*, *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Gentiana bavarica* (affatim), *Ornithogalum fistulosum* Ram. I *subalpestre* (*luteum* fl. helv.), *Pedicularis tuberosa*, *Ranunculus alpestris*, *Salix glauca β Lapponum*, *S. hastata* (*S. Arbuscula* Sut.), *S. myrsinites*, *Scirpus setaceus*, *Sisymbrium pinnatifidum* DC. (*bursifolium* Sut.), *Tussilago alba* ♀ *ramosa*, *Viola palustris*. — In monte vicino Nomanei occurrunt: *Androsace obtusifolia* All., *Artemisia Mutellina* Vill., *Azalea procumbens*, *Draba frigida* Saut. (*hirta* Vill., *stellata* Mur.), *Draba nivalis* Liljebl., *Gentiana verna*, *Poa laxa* Haenke, *Saxifraga aspera* II *bryoides*. — Infra eius montis glaciales moles: *Cerastium latifolium*, *Ranunculus glacialis*, *Salix glauca β Lapponum*. — Pone casas pastorias Nomanei: *Anemone alpina β sulphurea*, *Saxifraga Cotyledon* (*pyramidalis* Lapeyr.).

Barme (la). V. Octodurum.

Barthélemy (St.-), vicus agri Vaudensis inter Echallens et Cossonai situs. — In agris vicinis inventus est *Lupinus angustifolius*.

Basilea, Basel, Bâle, pagi eiusdem nominis caput, totiusque Helvetiae facile maxima urbs, ad flumen Rhenum, quod eam in duas inaequales partes dividit, in Helvetia occidentali, et quidem in eius parte boreali sita. Elevatio eius supra mare fere ad 950 pedes, aut saltem secundum Cl. Hagenbach ad 780 pedes aestimatur. Academia basileensis in Helvetia nomine *Universitatis* sola nuncupatur, nec temporibus antiquis recentioribusque doctoribus et professoribus tanto honore dignis unquam defuit. Inter viros rei herbariae peritissimos, qui in hac civitate floruerunt, potissimum celebrandi sunt Ioannes et Casparus Bauhinus, illud par celeberrimum fratrum;

I. Casparus (Caspari filius) Bauhinus; Felix Platerus; Theodorus et Fridericus Zwinglerus; Iac. Hagenbach; Cherlerus, cui genus notissimum dicavit Hallerus; I. Henricus Stähelin; Bened. Stähelin; Verzascha; I. I. Huber; Em. König; Achilles Mieg; Lachenalius, de re herbaria Vir meritissimus, cui haec naturalis scientiae provincia magnum incrementum debuit; Cl. Roeper, nunc in Academia basileensi professor eruditissimus, et praestantissimae dissertationis de *Euphorbiis* auctor celeberrimus; denique Cl. C. F. Hagenbachius M. D., qui investigationibus rev. Mülleri, parochi Olsbergensis adiutus, primum Florae basileensis volumen edidit, mihique multas plantas singulari, qua pollet, humanitate suppeditavit.

Academia amplissimam bibliothecam et hortum botanicum possidet Basileae ditissima utilissimaque herbaria C. Bauhini, Iac. Hagenbachii et Lachenalii servantur et scientiae amicis eorum inspectio liberaliter conceditur.

Artifices non pauci celebres Basileae degunt: inter quos solum Dav. Labram, solertissimum plantarum pictorem, qui coniunctim cum Cl. Hegetschweiler, iam multos stirpium helveticarum, et duos stirpium venenosarum fasciculos in lucem edidit. Hae collectiones iconum lithographicarum coloribusque naturalibus pictarum utilissimae, parvo veneunt et omnibus botanophilis commendandae sunt. Textus multas sagacissimas observationes complectens, lingua germanica conscriptus est. V. Basileensis pagus.

Basileensis pagus territorium ad 10 leucas longum et circiter 8 l. latum comprehendit. A ditione Solodurensi iugi Iurani ramo, scilicet montibus Hauenstein et Schafmatt, austrum versus separatur; fere omnes reliquae eius partes collibus vallibusque constant; sed regio urbi contermina ad planitiem pertinet, atque sub mitissimo coelo sita est.

Nonnisi parvus eius tractus ad Rheni ripam dextram pertinet, ac undique a magno ducatu Badensi circumdatus est. Montium pascua multa nutriunt armenta pecudesque; campi autem solo fertili gaudent.

Ditio Basileensis pulchris stirpibus, quarum non paucae regionibus calidioribus propriae sunt, abundat. Ceterum iam a pluribus seculis eam permulti botanici plantarum investigandarum causa sollicite peraguaverunt, ut extra omne dubium ad totius Helvetiae regiones eo respectu notissimas pertineat.

Prope Basileam et in eius ditione crescunt: *Acer platanoides* (in montibus vicinis frequens), *Achillea nobilis* (passim), *Ach. Ptarmica*, *Acorus Calamus* (circa Brüglingen, St. Jacob, Gundoldingen et in piscina prope Bratteln), *Adonis ambigua* N. II *flava* (*Ad. miniata* Sut.), *Ad. autumnalis* (*haec* prope Münchenstein et Dornach, *illa* circa St. Jacob), *Agrostis canina*, *Agr. alba* Schrad. IV *maior* (*Agr. gigantea* Sut.), *Agr. Spica-venti*, *Aira caryophyllea* (ad Birsam prope Hiltelingen), *A. flexuosa β* (in der Hard et sylva Möhlinensi), *Aiuga Chamaepitys* Schreb., *Alisma natans* (in ducatu Badensi prope Neuweg, retro Bürglen, et supra Nonmattweiler), *Allium Ampeloprasum* (in agris circa Wyl, prope Wiesam et in vineis ad Grenzach), *All. arenarium* (extra portam Riehanam in vineis, ad sepes D. Iacobum versus ultra patibulum, circa Grenzach), *All. carinatum* (passim), *All. Porrum* (in vineis ad Rhenum, et circa Wyl), *All. rotundum* (forsan olim ad Rhenum, et in vineis prope Wyl visum), *All. sphaerocephalum* (passim), *All. Schoenoprasum α riparium?* (*β alpinum* Hag.; ad Rheni littora ubique), *All. vineale* (frequens), *Alnus incana* Willd. (ad Rhenum et in sylva Hüningensi), *Alopecurus geniculatus*, *Al. pratensis*, *Althaea officinalis*, *Amaranthus Blitum*, *Anagallis coerulea* Schreb., *Anemone Hepatica*, *An. ranunculoides*, *Anthemis arvensis*, *Anth. tinctoria* (Augustae Raur). *Anthericum Liliago*, *Anthriscus vulgaris* Pers. (*Scandix*

Anthriscus L.), *Antirrhinum Cymbalaria*, *Ant. Orontium*, *Ant. spurium β Peloria*, *Arabis arenosa* Scop. (bey St. Jacob), *Ar. perfoliata* Lam. (*Turritis glabra* L.), *Ar. Turrita*, *Artemisia Absinthium*, *Art. campestris*, *Art. vulgaris*, *Arum maculatum β* foliis maculatis (in dumetis ad D. Iacobum et circa Novamdomum), *Asperugo procumbens* (ad aedes Schellenhaus prope hortum botanicum), *Asperula arvensis*, *Aster Amellus*, *Athamanta cretensis* (in montibus haud infrequens), *Avena fatua*, *Bidens cernua* (circa Oetlingen), *Blitum capitatum* (ad portam Blasianam), *Brassica Cheiranthos* Vill., *Br. Erucastrum*, *Bromus inermis*, *Br. racemosus*, *Br. velutinus* Schrad., *Bryonia dioica* Jacq., *Bulliarda Vaillantii* DC. (*Tillaea* Willd. prope Bürglen rarissima), *Bupleurum rotundifolium* (aliae huius generis a veteribus auctoribus citatae species non amplius reperiuntur), *Cakile rugosa* L'Hér. (*Myagrum* L.), *Calamintha officinalis* Moench (*Melissa Calamintha* L.), *C. Nepeta* Clairv. (*Melissa* L.), *Calendula arvensis*, *Camelina dentata* Pers. (*Myagrum* Willd.), *C. sativa* Crantz (*Myagrum* L.), *Campanula latifolia*, *C. patula*, *C. pusilla* Haenke (ad muros suburbii D. Albani etc.), *C. persicifolia*, *Carduus axillaris* N., *C. crassifolius* Willd., *C. tenuifolius* N., *Carex ampullacea* Good. (ad Birsam), *C. brizoides*, *C. Schreberi* Willd., *C. strigosa* Huds. (prope Olsberg), *C. ornithopoda* Willd. (ad Birsam et Wiesam), *C. riparia* Good., *Carpinus Betulus*, *Caucalis daucoides*, *C. grandiflora*, *C. infesta* Curt., *Centaurea nigra*, *C. paniculata*, *C. solstitialis*, *Centunculus minimus* (circa Altschwyler etc.), *Ceratophyllum demersum*, (circa Hiltelingen et Michelfelden), *Cervaria alsatica* N. (*Peucedanum* L.) *α luteola* (circa Wyl?, in Alsatia superiori supra Mülhausen vulgo), *C. glauca* N. (*Athamanta Cervaria* L.), *C. Oreoselinum* N. (*Athamanta Oreoselinum* L.; infrequens occurrit), *Chaerophyllum aureum*, *Ch. bulbosum??* (nuper nusquam repertum), *Ch. temulum*, *Cheiranthus Cheiri*, *Chenopo-*

dium album δ *obtusatum*, *Ch. ficifolium* Sm., *Ch. glaucum* (infrequens), *Ch. polyspermum* II *acutifolium*, *Ch. rubrum* (circa Binningen), *Ch. urbicum* *) (in fimetis, ad vias passim), *Chondrilla iuncea* (prope Altschwyler), *Cirsium rigens* N. (*Carduus tataricus* Sut.), *C. bulbosum* DC. (*Carduus tuberosus* Vill.; im Kirschgarten), *Cochlearia Armoracia*, *C. officinalis*, *Coronopus Ruellii* All., *Corydalis cava* Wbg. (*Fumaria* Ehrh.), *C. intermedia* Mérat (*Fumaria* Ehrh.), *C. lutea* DC. (*Fumaria* L.), *C. solida* N. (*Fumaria* Hoffm.), *Crassula rubens*, *Crepis foetida*, *Cr. globifera* Hall. fil., *Cynoglossum montanum* Lam. (ante cavernam Neunbrunnen), *Danthonia decumbens* DC. (*Festuca* L.), *Datura Stramonium*, *Delphinium Consolida*, *Dictamnus albus*, *Digitalis lutea*, *Dipsacus laciniatus* (circa Neuweg), *D. pilosus*, *Draba muralis* (bey St. Jacob, inter portam lapideam et viam Münchenstein), *Echinospermum Lappula* Lehm. (*Myosotis* L.), *Epilobium roseum* Schreb. (prope Mühlheim et Seckingen; etiam locis montanis), *Epimedium alpinum* (ad D. Albani suburbium, prope Rhenum; an ex hortis elapsum?), *Eriophorum angustifolium* Roth, *Ervum tetraspermum*, *Eryngium campestre*, *Erysimum cheiranthoides*, *Er. orientale* R. Br. (*Brassica* L.), *Euphrasia lutea*, *Fedia dentata* Vahl, *Festuca arundinacea* Schreb., *F. bromoides*, *F. heterophylla* Juss.? (in der Hard), *F. loliacea* Huds., *F. Myurus*, *F. sylvatica* Vill. (in montibus nemorosis, v. gr. Kallen, Dürreck, Hammel etc.), *Filago arvensis*, *F. gallica*, *F. montana*, *Galeopsis pubescens* Bess. (*grandiflora* Sut.), *Galium parisiense* II *anglicum* (prope Alschwyler), *G. saccharatum* All., (in agris infrequens), *G. tricorne* With., *G. uliginosum*, *Genista germanica*, *G. sagittalis*, *Gentiana Amarella*,

*) Tum ob synonyma, tum ob characteres, planta a Cl. Hagenbach hoc nomine descripta, utique ad *Chenopodium urbicum* Koch (Smith, Flora danica) neque ad *Ch. intermedium* K. (*Ch. urbicum* Fl. Helv., Engl. bot.) pertinere videtur. V. Fl. Helv. tom. VI. in app.

(*germanica* Willd.), *C. lutea* (in montibus elatioribus passim), *Geranium moschatum*, *G. palustre*, *G. pratense*, *G. rotundifolium*, *G. sanguineum*, *Globularia vulgaris*, *Heliotropium europaeum*, *Helleborus foetidus*, *Heracleum alpinum* (in montibus passim, v. gr. in Hornfluch), *Herniaria glabra* (ad Wiesae ripas), *H. incana* Lam. (in suburbio novo; semel visa), *Hesperis matronalis* Lam. *β sylvestris* (*H. inodora* L.), *Hieracium cymosum*, *H. fallax* Willd. II *Auricula*, *H. florentinum* All. I *praealtum* et II *piloselloides* (ad Rhenum?), *H. praemorsum*, *Hippuris vulgaris β* (*fluviatilis* Wigg.), *Holcus mollis*, *Holosteum umbellatum*, *Hydrocharis Morsus ranae* (in fossis circa Michelfelden: C. B.), *Hypericum humifusum*, *H. montanum*, *H. pulchrum*, *Hypochoeris glabra*, *Iasione montana*, *Iberis amara*, *Impatiens Noli-tangere*, *Inula salicina*, *Iris germanica*, *Ir. sibirica* (Michelfeldae), *Isatis tinctoria*, *Iuncus capitatus* Weig. (rarissimus in Helvetia, ad Wiesam procul ponte lectus est), *I. acutifolius α*, et *β hagenbachianus* (ad Birsam et in pascuis udis circa Neuweg, infrequentes), *I. subverticillatus* Weig. (rarissimus nec nuper repertus), *I. Tenageia* Ehrh. (ad Wiesam), *Lactuca saligna*, *L. Scariola*, *Lathyrus Aphaca*, *L. heterophyllus*, *L. hirsutus*, *L. latifolius*, *L. Nissolia*, *L. sylvestris*, *L. tuberosus*, *Leersia oryzoides* Willd. (*Phalaris* L.) prope Hiltelingen, Altschwyler, Friedlingen, Klein-Riehen), *Lemna trisulca*, *Lepidium graminifolium*, *L. ruderale*, *Limosella aquatica*, *Linum tenuifolium*, *Lonicera Caprifolium*, *L. nigra* (in M. Dürreck), *L. Periclymenum*, *Luzula albida* Dec. (*Iuncus* Hoff.), *L. sylvatica* N. (*maxima* Dec. *Iuncus sylvaticus* Huds.), *Lythrum Hyssopifolia*, *Malva moschata*, *Marrubium vulgare*, *Medicago falcata*, *M. lupulina*, *Melilotus dentata* Pers., *Melittis Melissophyllum*, *Mentha crispa*, *M. rotundifolia*, *M. viridis*, *Moenchia quaternella* Ehrh., *Muscari comosum* Mill. (*Hyacinthus* L.), *Myosotis versicolor* Roth, *Myosurus minimus* (ad Wiesam olim lectus), *Narcissus poë-*

ticus, *N. Pseudo-Narcissus*, *Nasturtium amphibium* R.Br. (*Sisymbrium* L.), *N. palustre* DC., *N. pyrenaicum* R. Br., *N. sylvestre* R. Br., *Nigella arvensis*, *Ophrys apifera* Huds., *Ophr. Monorchis*, *Ophr. myodes* Jacq., *Orchis fusca* Jacq., *Orch. hircina* Crantz. (*Satyrium* L.), *Origanum vulgare* II *prismaticum* (*Or. creticum* Sut.), *Ornithogalum pyrenaicum* (ad Birsam), *Orn. arvense* Pers. (*minimum* Sut.), *Orn. luteum* (*sylvaticum* Pers. et N.), *Orn. umbellatum*, *Orn. nutans*, *Ornithopus perpusillus* (inter Neuhaus et Oetlingen), *Orobanche coerulea* Vill. (*laevis* Sut.), *Or. ramosa*, *Panicum ciliare* Retz. (prope portam lapideam et circa Effingen) *P. glabrum* N., *P. glaucum*, *Papaver Argemone* (prope Alschwyler), *Papaver dubium*, *Parietaria erecta* M. et K. (*officinalis* auct.; ad D. Margaretham et arcem dirutam Rötelen, etc.), *Peucedanum Chabraei* N. (*Selinum* L.), *Physalis Alkekengi*, *Poa bulbosa*, *P. Eragrostis* (?), *P. pilosa*, *Polycnemum arvense*, *Polygonum incanum* Schmidt, *Populus alba* (in Rheni insulis vulgo, Michelfeldae, ad Novamdomum, secus Birsam, Neue Welt versus etc.), *Potamogeton compressus*, *P. densus*, *P. pectinatus*, *Primula Auricula* (in M. Gilgenberg etc.), *Prunella grandiflora* Jacq., *Pr. laciniata* (um die Hülftenschanz), *Pulicaria vulgaris* Gaertn. (*Inula pulicaria* L.), *Pulmonaria angustifolia*, *P. officinalis*, *Radiola linoides* Gmel. (*Linum Radiola* L. ad Wiesam; rarissima), *Ranunculus aquatilis*, *R. arvensis*, *R. Flammula* β *serratus*, *R. fluitans* Lam., *R. pantothrix* Brot. β *rigidus* (ad vicum Hiltelingen), *Rhinanthus Crista-galli* γ *angustifolia*, *Ribes nigrum*, *R. rubrum* (extra urbem minorem in sylvula Egelsee, copiose), *Rumex conglomeratus* Schreb. (*R. Nemolapathum* Sut. Augustam versus, in sylvis), *R. Hydrolapathum* Ait. (ad Rhenum), *R. sanguineus* I pictus ? et II *viridis* (*nemorosus* Hag.), *Sagina apetala*, *Salix fissa* Hoff., *S. holosericea* Willd. (circa Olsberg; rarissima), *S. pentandra* (teste Hallero), *S. triandra*, *S. viminalis*, *Salvia glutinosa*,

Scabiosa suaveolens Desf., *Scandix Pecten-Veneris*, *Scirpus setaceus*, *Sc. triqueter*, (in der Hard, prope Neuhaus, in sylva Wylensi et circa Binzen), *Scrophularia canina*, *Senecio nemorensis* Sut. (planta dubia, prope Münchenstein indicata), *S. sylvaticus*, *S. tenuifolius*, *Silene noctiflora* (ad portam Ioanneam et prope Haltingen), *Silybum marianum* Gaertn. (*Carduus* L.) *Sinapis alba*, *S. incana*, *Sisymbrium polyceratium* (perrarum), *S. Sophia*, *S. thalianum* N. (*Arabis* L.), *Sium latifolium* (ad fluminis ripas), *S. Falcaria* (planta alias rarissima, circa Basileam et in eius agro passim haud infrequens occurrit, v. gr. ante portam Ioanneam etc.), *Stachys germanica* (ad portam lapideam), *Staphylea pinnata*, *Stellera Passerina*, *Symphytum officinale* β flore rubro, *Tamarix germanica*, *Tanacetum vulgare*, *Teesdalia Iberis*, DC. (*Iberis nudicaulis*; rara), *Teucrium montanum*, *T. scorodonia*, *Thalictrum angustifolium*, *Th. flavum*, *Thesium linophyllum* α *minus*, *Thlaspi perfoliatum* *Thrincia hirta* Roth (*Leontodon* L.; rarum), *Trapa natans?* (circa Hiltelingen), *Trifolium elegans* Savi, *Tr. fragiferum*, *Tr. ochroleucum* (circa Brattelen), *Tr. scabrum*, *Triglochin palustre*, *Triticum Halleri* Viv. (circa Wyl, in agris), *Tr. intermedium* Host, *Tr. monoccocum* (colitur), *Tulipa sylvestris* (in colle Gellert copiose), *Tussilago Petasites* ♀ *hybrida*, *Ulmus campestris*, *Ulm. montana* Sm., cum varietatibus suberosis (*Ulm. suberosa* Willd.), *Verbascum Blattaria*, *V. Lychnitis* β flore albo, *V. pulverulentum* Vill. (in der Sandgrube), *V. nigrum*, *V. Thapsus*, *Veronica Buxbaumii* Ten. (*filiformis* auct.; in der Sandgrube et in agris circa Wyl), *V. montana* (in der Hard etc.), *V. praecox* All. (prope Gundeldingen, Hagenheim, Augustam etc.), *V. prostrata* (locis apricis frequens), *V. Teucrium* I *latifolia*, *V. triphyllos*, *V. verna*, (in der Sandgrube cis Wiesae pontem), *Vicia dumetorum*, *Xanthium strumarium* (ad urbis portas), *Zannichellia palustris*.

Bassins, vicus montanus pagi Vaudensis, haud procul *Arzier*, et fere ad eandem altitudinem situs. Ibi proveniunt *Aster Amellus*, *Dianthus sylvestris* Wulff., *Ophrys apifera* Huds. (à la Césille), *Salvia glutinosa*. V. Arzier.

Bâtia (*La*), nomen veteris arcis, cuius rudera in alto colle sita, Octoduri et viae regiae impendent. V. Octodurum.

Bâtie (*La*), nomen collis et amoenissimae sylvulae in urbis Genevae vicinia. Ibi multae pulchrae raraeque stirpes reperiuntur; potissimum occurrunt: *Aconitum Lyctoconum*, *Arbutus Uva-ursi*, *Chrysanthemum corymbosum*, *Echinospermum Lappula* Lehm. (*Myosotis* L.) β (*M. squarrosa* Retz), *Erythronium Dens-Canis* (agro Genevensi proprium), *Festuca bromoides* (rarissima), *Gastridium* (*Milium* L.) *lendigerum* N. β *muticum* (plantae perrarae varietas alibi nondum visa), *Holosteum umbellatum*, *Inula Vaillantii* Vill., *Lavandula Spica* (rarissima), *Lepidium petraeum*, *Lilium Martagon*, *Melittis Melissophyllum*, *Ornithogalum pyrenaicum*, *Orobus niger*, *Plantago Cynops* (huic pago propria), *Potentilla Fragaria* Poir., (*Fragaria sterilis* L.), *Pulmonaria angustifolia*, *Rosa gallica* I *pumila*, *Saponaria ocymoides*, *Thalictrum angustifolium* I *jacquinianum*, *Trifolium rubens*.

Baulaz (Bôle), mons pagi Vaudensis, Dolae subiectus. Commoda via nuper strata, a villa Bonmont intra sesquihoram per pulchram fagineam sylvam ad eius pascua ducit. Plurimas raras stirpes, v. gr. *Cardaminem hirsutam* α (*sylvaticam* Link), *Geum rivale* β (*G. hybridum* Jacq.), *Ranunculum lanuginosum*, *Ribes alpinum*, *R. rubrum* (aut fortasse potius *R. petraeum* Jacq.; specimina non collegi), *Scabiosam alpinam*, *Thlaspi alpestre*, etc. ante multos annos in eo monte observavi. Bona facilique semita horae spatio ad casas pastorias Dolae a M. Baulae stabulis per sylvas abietinas pervenitur.

Bauma, magnus vicus in montibus pagi Tigurini

situs, ad vallem Fischenthal pertinet. Prope eum locum proveniunt: *Lycopodium* clavatum, *Tussilago alba.*

Baumgarten. V. Glaronensis pagus.

Baux (la), mons pascuis fertilibus tectus, ad Alpes Penninas pertinens, nec procul a D. Bernardi hospitio remotus. Ibi Flora manu liberali thesauros suos dulcissimos sparsit. Ibi enim intra satis arctos limites inveniuntur: *Arenaria verna β diffusa (Ar. caespitosa* auct.), *Aster alpinus*, *Cardamine resedifolia*, *Draba aizoides* (ad rupem qua ad pascua descenditur), *Erigeron uniflorus*, *Gentiana lutea*, *G. purpurea*, *Gnaphalium sylvaticum γ fuscatum (norvegicum* Retz), *Iuncus trifidus*, *Pedicularis atrorubens* Schl. *(pennina* N.; hucusque nunquam nisi in M. Pennini tractu reperta), *P. foliosa*, *P. incarnata* Jacq. (perinde rarissima), *P. recutita*, *P. rostrata*, *P. tuberosa*, *P. verticillata* (nescio an usquam in Europa uno tam exiguo loco tot huius pulchri generis species simul occurrant?), *Potentilla grandiflora*, *Ranunculus pyrenaeus* et *γ plantagineus*, *Sedum Anacampseros*, *Sisymbrium tanacetifolium.* V. Penninus, ad calcem.

Baveno, vicus ditionis Pedemontanae in ripa meridionali sinus occidentalis lacus Verbani, e regione insularum Borromaearum, ad viam Semproniam, situs. Ibi sunt celebres fodinae, ex quibus granites et pulcherrimum marmor ad usum templorum aliorumque sumptuosorum aedificiorum in urbe Mediolano extrahuntur. Prope hunc locum leguntur: *Arabis Halleri* H *stolonifera*, *Centaurea amara* (ad fodinarum rupes.)

Beati (Divi) spelunca magna pulchraque, in rupibus ripae dextrae lacus Thunensis sita. Eam habitasse dicitur Sanctus Beatus, unus e primis evangelii praeconibus in Helvetia. Prope speluncam occurrit: *Buphthalmum salicifolium.*

Beaulme, pagus agri Vaudensis, in regione montana, haud procul finibus gallicis et supra Urbam situs. Plantae citatae: *Cyclamen europaeum* (Cressier versus), *Physalis Alkekengi.*

Beauvernier. V. Bourgvernier.

Bec de l'oiseau, mons Iuranus nobis ignotus, ut suspicamur aut in Neocomensis pagi parte boreali, aut in vicinis praefecturis Bernensium situs. In eo monte Hallero teste a Cl. Gagnebin repertae fuerunt: *Carex hirsuta* Sut. (Hall. helv. 1552; nuperis plane ignota), *C. mucronata* All. (rara), *Heracleum alpinum*, *Lilium Martagon*.

Begnins, pulcher magnusque vicus pagi Vaudensis, fere ad extremum limitem occidentalem regionis viniferae *la Côte*, in colle vineis consito, ad montium pedem, supra *Rotulum* situs. Prospectu totius Lemani Alpiumque iugi pulcherrimo gaudet. Plantae rariores: *Bupleurum falcatum*, *Ophrys apifera* Huds. (à la Césille), *Caucalis grandiflora*, *Veronica acinifolia*.

Bel-air, praedium agri Nevidunensis, ultra sylvulam *Bois-Bougis*, parumque ab oppido distans. In agris vicinis *Filago gallica*, *Iberis pinnata* et *Spergula arvensis* leguntur. V. Bois-Bougis.

Belchen (Der), mons graniticus Sylvae nigrae, trans Rhenum situs, sed nonnisi paucis leucis Basilea distans, et 4355 p. s. m. elatus. Ibi proveniunt: *Agrostis alpina* Willd., *Arenaria verna β diffusa (Ar. caespitosa* Hag.), *Arundo montana* N. *(Agrostis arundinacea* Sut.), *Campanula valdensis* All. *α villosa*, *Chrysosplenium oppositifolium* (rarissimum), *Circaea alpina*, *Convallaria verticillata*, *Galium hercynicum* Weig. (rarum), *Ligusticum Mutellina* Crantz. *(Phellandrium* L.), *Lonicera nigra*, *Montia fontana β maior* (rara), *Poa alpina*, *P. laxa* Haenke (?), *Ribes alpinum*, *Saxifraga Aizoon* Jacq. *β longifolia*, *S. stellaris* et eius var. foliis oblongis serratisque, *Sedum dasyphyllum*, *S. saxatile* All., *Vaccinium Oxycoccos*, *V. uliginosum*, *V. Vitis-idaea*, *Veronica saxatilis* L. fil. —

Eiusdem nominis exstat vertex alius, 2110 p. s. m. elevatus, inter M. Kallen et maiorem Hauenstein in iugo Iurano situs. In eo monte citantur: *Androsace lactea*, *Chaerophyllum hirsutum β (Ch. Cicutaria* Vill.)

Circaea alpina, *Dianthus superbus*; *Festuca sylvatica* Vill., *Triglochin palustre*.

Belgirate. V. Verbanus lacus.

Belini sylva (Sauvabelin), sylva montana, paulo supra urbem Lausannam sita; ibi magna pars pagi Vaudensis, totus lacus, et Alpium iugum pulcherrimum prospectum praebent. In ea sylva occurrunt: *Alnus glutinosa* Gaertn., *Alnus incana* Willd., *Arundo Calamagrostis*, *Betula viridis* Chaix (frutescens, parcissime in consortio Alnorum), *Melica uniflora* Retz., *Ophrys myodes* Jacq., *Pyrola minor*, *Veronica scutellata*.

Bellagio. V. Larius (lacus).

Bellano, vicus ripae orientalis lacus Larii, ad ingressum vallis Sassinae, quae plantis rarissimis abundat, situs. Prope hunc locum rivus *Pioverna* cum ingenti fragore a rupe 200 pedes alta sese praecipitat. Hanc pulcherrimam cataractam incolae *l'Orrido di Bellano* nuncupant, Plantae rariores: *Aquilegia pyrenaica* Dec., *Primula calycina* Duby, *Valeriana saxatilis* Jacq. V. Larius.

Bellelay, monasterium vetus a Gallis per motus civiles desolatum, nuncque ab homine privato possessum, in praefecturis Bernensium Iuranis prope *Tavannes* situm. Plantae rariores: *Andromeda polifolia*, *Crocus vernus* (Bruntrutum versus), *Delphinium Consolida*, *Gentiana Pneumonanthe*, *Geranium sylvaticum*, *Helleborus viridis*, *Nigella arvensis*, *Saxifraga Hirculus* (à la Chatelaz), *Tussilago nivea* Vill., *Vaccinium Oxycoccos*, *V. uliginosum*, *V. Vitis-idaea*.

Bellinzona (Bilitionum, Castrum Bilincionis, Berinzona), oppidum pagi Ticinensis ad Ticinum, ibi inter rupes utrinque valde coarctatum. Bellinzona unum e tribus oppidis est, quae pagi capita habentur. Regio vicina, mitissimo coelo gaudens, vinum egregium totiusque pagi generosissimum profert, atque plantis raris abundat. Prope Bellinzonam occurrunt: *Anchusa angustifolia*, *Anch. officinalis* α, et β *minor*, *Andropogon Gryllus*, *Antirrhinum maius*, *Bunias Eru-*

cago, *Centaurea splendens*, *Cervaria alsatica* N. *β albiflora* (*Selinum venetum* Spreng.), *Ceterach officinarum* Willd. (*Asplenium Ceterach* L.), *Chondrilla iuncea*, *Crepis setosa* Hall. fil., *Euphorbia Lathyris*, *Euonymus europaea β intermedia* N. (forma rarissima et valde insignis), *Filago arvensis*, *Galeopsis pubescens* Bess. (*versicolor* auct. helv.), *Genista scoparia* Lam. (*Spartium* L.), *Gnaphalium luteo-album*, *Hieracium staticefolium* Vill., *Lactuca Scariola*, *Lilium bulbiferum*, *Montia fontana*, *Parietaria diffusa* M. et K. (*iudaica* auct.), *Phytolacca decandra*, *Polygala Chamaebuxus β grandiflora*, *Scirpus ovatus* Roth, *Trifolium chrysanthum* N., *Tr. elegans* Savi, *Tr. michelianum* Savi (*hybridum* Sut.; in pratis Cadenazzo versus). — V. Cenere.

Belmont, vicus pagi Vaudensis, prope Lausannam. Ibi provenit *Doronicum Pardalianches*.

Belmont, vicus Bernensis, praefecturarum Iuranarum, in ditione Freybergensi.

Belp, magnus vicus pagi Bernensis, ad Arolam, paulo supra urbem situs. In eius vicinia botanici Bernenses, ac praecipue Cl. Trachsel plantas pulchras observaverunt. Huius loci sunt: *Brassica Erucastrum* (*Sisymbrium obtusangulum* Willd.), *Cardamine hirsuta β micrantha* (*C. tetrandra* Heg.), *Coronilla Emerus*, *Cyperus flavescens β minor*, *C. fuscus*, *Galium boreale*, *Gentiana Pheumonanthe*, *Gypsophila repens*, *Hippophaë rhamnoides*, *Hypericum hirsutum*, *H. montanum*, *Leersia oryzoides* Willd. (*Phalaris* L.), *Lithospermum officinale*, *Melilotus vulgaris* Willd. *β gigantea*, *Polygonum laxiflorum* Weihe, *Potentilla nemoralis* Nestl. (*Tormentilla reptans* L.; a Cl. Trachsel detecta, neque alibi in Helvetia occurrens), *Pulmonaria angustifolia*, *Reseda lutea*, *Rosa cinnamomea*, *Schoenus albus*, *Scirpus acicularis*, *Scutellaria galericulata*, *Tamarix germanica*, *Thesium pratense* Ehrh., *Trifolium fragiferum*, *Typha minima* Hoppe (*minor* Sm.), *Vicia dumetorum*, *Viola arenaria* Dec. (*nummulariaefolia* Sut.), *V. palustris*, *V. pumila γ* (*V. ericetorum* Schrad.) —

In M. Belpberg: *Epipactis rubra* Sw. (*Serapias* L.), *Rosa tomentosa* Sm., *Sambucus racemosa*, *Taxus baccata*.

Bénex, pagulus ad parochiam Prangins pertinens, parumque Neviduno distans. V. Prangins.

Bergün, vicus subalpinus pagi Rhaetici, ad pedem borealem M. Albulae situs. In faucibus rupestribus, quibus via a balneo Alveneu ad hunc pagum ducit (eas incolae *Bergünerstein* nuncupant), pulchra *Viola pinnata* occurrit, sic et *Polemonium coeruleum;* circa Bergün: *Thalictrum flavum*, *T. aquilegifolium;* inter Bergün et Filisur: *Lathyrus sylvestris.*

Berna, urbs magna, pulchra divesque, totius pagi eiusdem nominis caput, circiter 4 leucas infra Thunam, in peninsula, quam flumen Arola efficit, sita.

Academia, quae iam a reformationis beatis temporibus Bernae floret, multos semper viros eruditos produxit, et ex eius scholis etiam non pauci herbariae rei peritissimi et amantissimi prodierunt. Quis ignorat illum immortalem Hallerum, patriae summum decus, Bernatem civem fuisse? Bernenses fuerunt perinde Brunfels, Aretius, cuius nomen statim flores Alpium elegantissimos in memoriam revocat, Piperinus etiam sancto ministerio addictus, Rhagor praefectus Thorbergensis, Gamaliel de Turre, D. Jacob Dick V. D. M., Halleri discipulus, Tribolet, atque nostro aevo ille Viri summi dignus filius Albertus Hallerus, quem adhuc patria scientiaeque lugent, Nicol. Seringe, patria quidem Gallus sed diu Bernae moratus, Schaerer nunc in Lauperswyl pastor, lichenographus sagacissimus, tandemque viri nobilissimi de Gingins, Otth et Meissner, qui nuperrime cum Cl. Seringio ad Candollianum prodromum operam contulerunt.

Duplicem Berna possidet hortum botanicum et in ditissima bibliotheca numerosam plantarum ad naturam delineatarum coloribusque pictarum collectionem.

Musaeum historiae naturalis patriae collectiones fere omnium mammalium, insectorum, avium, planta-

rum et mineralium totius Helvetiae, mappas s. tabulas anaglypticas (bas-reliefs) Oberlandiae, Valesiae, pagi Vaudensis et M. Gotthardi continet. Collectiones etiam Rev. WYTTENBACHII, qui cum optimo GOSSIO Genevensi societatis helveticae scientiarum naturalium conditor fuit, et Cl. MEISSNER et STUDER rei naturalis curiosorum attentione dignissimae sunt. Illustrissima societas oeconomica Bernensis per longam annorum seriem rei herbariae studium auxit adiuvitque.

Urbs quidem in planitie Arolensi, sed ad altitudinem 1708 pedum s. m., nec procul a montibus, sub coelo frigidiori iacet. Austrum versus, iugum Alpium nivosarum longe extenditur et magnificum spectaculum oculo praebet.

Plantae rariores prope Bernam indicatae: *Acorus Calamus* (circa villam Holligen), *Agrostis alba* Schrad. IV *maior*, *Agr. canina*, *Allium carinatum*, *Amaranthus Blitum β adscendens*, *Am. sylvestris* Desf. (*viridis* All.), *Anemone Hepatica*, *Antirrhinum maius* (ad urbis muros), *Apium graveolens* (ad balneum suburbanum exterius), *Arabis perfoliata* Lam. (*Turritis glabra* L.; prope Bolligen), *Arundo Pseudo-phragmites* Hall. fil., *Astragalus glycyphyllos*, *Bidens cernua*, *Brachypodium pinnatum* Pal. B. (*Bromus* L.) γ., *Bromus arvensis*, *Br. secalinus*, *Bryonia dioica* Jacq., *Calamintha officinalis* Moench (*Melissa Calamintha* L.), *Cardamine amara*, *Carex divulsa* Good., *C. intermedia* Good., *C. elongata*, *C. umbrosa* Host, (in sylvula Eckhölzli et prope Worblaufen), *C. pilulifera* (im Löhr), *C. digitata* (in sylva Bremgarten), *C. ornithopoda* Willd. (perinde), *C. flava β densa*, *γ rectirostra*, *δ polystachya*, *C. hornschuchiana* Hoppe (*fulva* agr. helv.), *Carpinus Betulus*, *Centaurea Calcitrapa*, *Chaerophyllum* aureum (?), *Ch. bulbosum* (?), *Chenopodium Botrys* (?), *Ch. foetidum* Lam., *Ch. hybridum*, *Cirsium oleraceum* All. (*Cnicus* L.), *Corallorrhiza Halleri* Rich. (*Ophrys Corallorrhiza* L.), *Coronopus didyma* Sm. (*Lepidium* L.; alibi nondum visa), *Crepis setosa* Hall. fil. (sub

vico Hormannsgasse), *Cynanchum Vincetoxicum* Pers. (*Asclepias* L.; trans sylvam *Dählhölzlein*), *Cyperus fuscus β virescens*, *Cypripedium Calceolus*, *Dipsacus pilosus*, *Drosera longifolia*, *Epilobium Dodonaei* Vill. (*rosmarinifolium* Haenke), *Epipactis rubra* Sw. (*Serapias* L.), *Eriophorum angustifolium*, Roth *β laxum*, *Ervum Ervilia*, *Erythraea Centaurium* Pers. *β* (ad viam Worbensem), *Festuca arundinacea* Schreb., *F. Myurus*, *F. ovina α*, *Filago montana*, *Galanthus nivalis*, *Galeopsis ochroleuca* Lam. (*latifolia* Sut.), *Galium rotundifolium*, *Genista tinctoria*, *Gentiana Pneumonanthe* (infra Seelhofen), *G. verna* (ibidem et prope Drakau), *Geranium phaeum*, *G. robertianum β* fl. albo (in adscensu M. Bolligerberg), *G. sylvaticum*, *Gnaphalium margaritaceum* (prope villam Drakau ?), *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.), *Hieracium dubium* Willd. *β uniflorum*, *H. sabaudum*, *Hippophaë rhamnoides* (in der Hunzikerau, copiose), *Hypericum humifusum*, *Hypericum montanum*, *Iasione montana*, *Impatiens Noli-tangere* (in ipsa urbe et sylva Wylerholz), *Inula Vaillantii* Vill. (über dem Inseli, im Bodenacker und in der Hunzikerau), *Iuniperus Sabina* (in insulis Arolae, Hunzikerau), *I. communis β arborescens* (in sylva Bremgarten et prope praedium Holligen, ad 30—40 p. adsurgens), *Lamium amplexicaule*, *Lappa maior* Gaertn., *Lathyrus hirsutus*, *L. sativus*, *L. sylvestris*, *Leucoium vernum*, *Limodorum abortivum* Sw. (*Orchis* L. auf dem Bantiger), *Lolium perenne δ ramosum*, *Lotus siliquosus*, *Luzula albida* Dec. (*Iuncus* Hoffm.), *Lysimachia thyrsiflora*, *Malva moschata*, *Margarita Bellidiastrum* N. (*Doronicum* L.), *Muscari botryoides* Mill. (*Hyacinthus* L.), *Mylinum Carvifolia* N. (*Selinum* L.), *Myosotis sylvatica* Ehrh., *Myriophyllum spicatum* (in stagno prope Rothhaus), *M. verticillatum* (inter Muri et Wittighofen), *Narcissus Pseudo-Narcissus* (in pratis frequens), *Nasturtium amphibium* R. Br. (*Sisymbrium* L.) *β variifolium* (um die Hube), *Nasturtium palustre* R. Br. (*Sisymbrium*

Poll.), *Oenanthe fistulosa*, *Ophrys arachnites* Hoffm., *Ophr. Monorchis*, *Ophr. myodes* Jacq., *Orchis fusca* Jacq., *Ornithogalum nutans*, *Orobus tuberosus*, *Panicum sanguinale*, *Phellandrium aquaticum* (prope Moos-Seedorf), *Picris hieracioides β longifolia*, *Poa airoides* Koel. (*Aira aquatica* L.), *Polygonum amphibium*, *P. Bistorta*, *Potentilla debilis* Schleich., *P. Fragaria* Poir. (*Fragaria sterilis* L.), *P. inclinata* Vill., *P. verna*, *Prenanthes purpurea*, *Primula farinosa*, *Pulmonaria officinalis*, *Ranunculus aquatilis*, *R. nemorosus*, *Rosa canina*, *Salix aurita α*, et *δ grandifolia*, *S. acuminata* Hoffm. *γ obovata* (secus Arolam), *S. caprea β angustifolia* et *γ rotundifolia*, *S. viminalis* (ad viam qua Schwarzenburg versus itur), *Sambucus racemosa*, *Scabiosa sylvatica*, *Schoenus ferrugineus*, *Scilla bifolia*, *Sc. italica* (olim ab Hallero, loco unico, ubi exstirpata fuit, nuper a Cl. Trachsel in coryletis prope urbem rursus reperta), *Senecio Iacobaea* II *aquaticus*, *Sisymbrium polyceratium* L. (nuper non visum), *S. Sophia*, *S. Thalianum* N. (*Arabis* L.), *Sparganium natans*, (prope Elfenau) *Stachys germanica*, *Staphylea pinnata*, *Teucrium montanum*, *T. scorodonia*, *Thalictrum aquilegifolium*, *Tofieldia calyculata* Wbg. (*Anthericum* Sut. circa Seelhofen), *Triglochin palustre*, *Tulipa sylvestris*, *Utricularia minor*, *Verbascum nigrum β* (ad pagum Könitz), *Veronica Buxbaumii* Ten., *V. scutellata* (im *Gyrenmoos* und im Löhr), *V. Teucrium* I *latifolia*, *V. urticaefolia* Jacq. (in sylva *Wylerholz*), *Vicia Sepium γ albiflora*, *Viola canina* var. flore albo (in sylva Neslern), *V. hirta*, *V. tricolor* II arvensis *β*; *Saxifraga aizoides* a summo M. *Belpberg* usque ad *Arolam* prope *Hunzikerau* legitur. *In der Eymatte: Digitalis grandiflora* Lam., *Gentiana ciliata*, *G. verna*, *Epipactis rubra* Sw. *Ep. grandiflora* N., *Inula Vaillantii* Vill. (perrara), *Margarita Bellidiastrum* N. (*Doronicum* L.). — *In der Enge* (nomen ambulacri paradisiaci prope urbem siti): *Gratiola officinalis*, *Geranium phaeum* (et ad vias des Altenbergs), *Malva mo-*

schata, *Ophrys arachnites* Hoffm., *Ophr. myodes* Jacq. — In sylva Bremgarten: *Carex alba* Scop., *C. brizoides*, *C. maxima* Scop. (etiam supra villam Hasli), *C. pilosa* All., *C. remota*, *Comarum palustre*, *Cypripedium Calceolus*, *Dianthus superbus*, *Filago montana*, *Helleborus foetidus*, *Lonicera Periclymenum*, *Luzula campestris* Dec. δ *nemorosa* (*Iuncus* Host, *I. multiflorus* Hoffm.) *Lysimachia nemorum*, *Menyanthes trifoliata*, *Polemonium coeruleum*, *Pyrola chlorantha* Sw., *P. minor* (etiam circa villam Kehlholz), *Ribes rubrum*, *Stachys germanica*, *Tulipa sylvestris* (im Altenberg; rara), *Veronica montana* (rara).

Bernensis pagus omnium foederatorum maximus, et quoad incolarum numerum celeberrimus. Per Helvetiam occidentalem longe extenditur; forma valde irregulari gaudet, maximaque longitudine a septentrione ad austrum triginta, maxime autem latitudine ab occidente ad orientem viginti leucas metitur, et milliaria geographica quadrata 173 complectitur. Pagi pars meridionalis, quam vulgo Oberlandiam nuncupant, a Valesia contermina Alpium borealium muro altissimo atque multis locis glacie nivibusque aeternis horrente, separatur. Inde non pauca lateralia iuga ad septem triones et orientem extenduntur, ibique pulchras fertilesque valles formant. Eiusmodi sunt montes, qui inter eum pagum et Friburgensem ditionem sese extollunt. Boream versus plura Iurae iuga praefecturarum inde Iuranarum nomine cognitarum, et finium Solodurensium valles distinguunt. Ceterae pagi partes montibus minus elatis, collibus vallibusque, et paucis regionibus campestribus constant. Vitis nonnisi in planitie coelo mitiori subiecta, scilicet in Biennensis et Neocomensis lacuum vicinia, colitur; sed partes pagi interiores arva fertilissima, optima prata pomariaque arboribus omnigenis consita possident. Fere totius pagi incolae in agriculturae artibus excellunt.

Praeter Arolam praecipui agri Bernensis fluvii sunt:

2) Emmia maior, in montibus alpinis supra lacum Brientinum orta, totam pulchram, quae ei nomen debet vallem, percurrit, et in Arolam paulo infra Solodurum effunditur. 3) Simmia in summa eiusdem nominis valle ad pedem M. Seehorn, ex pariete rupium per plures fontes scaturit, eurum potissimum petens totam vallem 13 fere leucas longam irrigat, et infra Wimmis cum Candera commixta per alveum arte factum in lacum Thunensem sese effundit. 4) Candera ex molibus glacialibus Valesiae conterminis scaturit, et asperrima vallecula Gastern percursa, boream versus per vallem Canderianam defluit; ad eius ingressum inferiorem prope Frutigen et Reichenbach Engstelam (die Engstlen) e pulchra valle Adelboden exeuntem, ut et magnum torrentem, qui vallem alpinam Kienthal irrigat, in sinum suum accipit; inde brevi cum Simmia coniungitur, et paulo supra Thunam in lacum eiusdem nominis defluit. 5) Sarina in summa valle Sanensi ad pedem M. Sanetsch oritur; qua ab austro boream versus peragrata, Oberlandiam Vaudensem ingreditur, eamque cursu ad occidentem converso totam irrigat. Tunc subito ad boream iterum deflexa, integram pagi Friburgensis longitudinem percurrit. Quo tandem prope Laupen relicto, agrum Bernensem rursus intrat, atque intra paucas horas infra Gümmenen sese cum Arola coniungit. 6) Thiela, (la Thièle, die Zihl) etiam nonnisi per breve spatium, scilicet inter lacus Neocomensem et Biennensem, Bernae et Neocomi ditiones disiungit. Prope Nidoviam e lacu Biennensi effluit, exiguoque tractu peragrato, aquas infra Gottstadt cum Arola commiscet. 7) Birsa ad pedem septentrionalem rupis notissimae Pierre-Pertuis (Petrae pertusae), qua velut per porticum via regia Bienna in praefecturas Iuranas ducit, fontem uberrimum habet; placido amoenissimoque cursu saepe inter altos rupium parietes contenta, eas praefecturas euro-boream petens perfluit; infra Zwingen in agrum Basileensem penetrat, atque mox infra Basileam in

Rhenum sese effundit. 8) Suza (la Suze, die Süss) in praefecturis Iuranis ad fines Neocomenses orta, vallem integram Divi Immerii, (l'Erguel, Val St.-Imier.) eurum petens percurrit; tunc per magnum sinum sensim austrum et occidentem versus conversa, atque in duos ramos divisa, infra Biennam in eiusdem nominis lacu cursum terminat. 9) Dubis (le Doubs) denique praefecturas Iuranas a Gallia disiungit; e regione vici Montfaucon ad euro-boream inflexus, in agrum Bernensem usque ad Sanctam Ursanam penetrat, unde rursus ad occidentem decurrens, in ditionem Gallicam retrograditur.

In tam magna regione tantaque soli altitudinis et climatis diversitate, quam maxima plantarum varietas deesse non potest. Revera quanquam montes plerique iugi borealis ad ditionem Bernensem pertinentes calcarei neque granitici sunt (in eo iugo nempe nonnisi montes in foci centralis vicinia exstantes rupe granitica constant), istud iugum nihilominus plantas alpinas innumeras alit. Etiam in brachio Stockhornensi, licet secundario, multae pulchrae species proveniunt. *Cerinthe glabra* Mill. (*alpina* Kit.), in eius iugi M. Ganterisch occidentem versus atque ibidem *Draba incana* (α L. quae *contorta* Ehrh.), alias nusquam in Helvetia occurrens, a Cl. Trachsel lectae sunt. Per totum iugum *Alchemillam fissam* Schumm. frequentissimam observavit. *Coronilla montana* Scop. (*coronata* Jacq.) in praefecturis Iuranis passim occurrit. Regiones campestres v. submontanae suis plantis etiam gaudent. Sic Burgdorfium et Birsae ripae in vallibus Iuranis multas stirpes proferunt tractibus arenosis proprias. In lacuum Neocomensis et Biennensis proximitate, maximae dantur paludes, ubi spatio temporis brevi botanophilus amplam messem colligere poterit. V. Aarberg, Adelboden, Aneth, Beati spelunca, Bellelai, Belp, Berna, Bienna, Brientinus (lacus), Brientz, Burgdorf, Chasseral, Delémont, Emmia vallis, Gampelen, Gan-

terisch, Gastern, Grimsula, Grindelwald, Gurnigel, Gurten, Habcheren, Haselia, Herzogenbuchsee, Immerii vallis, Interlachen, Kandersteg, Kienthal, Lauenen, Lauterbrunnen, Ligerz, Meyringen, Moutiers-Grandval, Muri, Neuveville, Nidovia, Nessus, Oberlandia, Petrinsula, Saanen, Scheideck, Simmia vallis, Sonceboz, Spiez, Stockhorn, Summiswald, Thun, Thunensis lacus, Tschangnau, Walperswyl, Wangen, Weissenburg, Wetterhorn.

Bernardinus (Bernardino), mons Rhaetorum, inter altam vallem alpinam Rheinwald et longe humiliorem Misaucinam (*Misocco*, *Misox*) exsurgens. Semita aspera, quae iamdudum per hunc montem e Rhaetia Bellinzonam ducebat, nuper in viam stratam omnigenis vehiculis aptam conversa est. Mons Moschelhorn, qui summo itineris puncto impendet, auctore Cl. Weiss ad 9410 pedes supra mare elevatus est, et ut ipse Bernardinus ad magnum australe iugum pertinet. Ipsius viae Bernardinae summa elevatio ad 5990 pedes s. m. aestimatur. Rupes eius gnesio quarzosis venis interstincto constant. Plantae citatae: *Aira flexuosa* α (*A. montana* Sut.), *Carex caespitosa*, *C. foetida* All., *Dianthus superbus* (in adscensu supra Rheinwald), *Centaurea uniflora* (?), *Iuncus triglumis*, *Ligusticum peloponnesiacum* (?), *Luzula spadicea* Dec. (*Iuncus* All.), *Phyteuma Michelii* (perrarum), *Poa laxa* Haenke, *Saussurea discolor* Dec. (*Serratula* Willd.)

Bernardus (D.). V. Penninus.

Berneck, magnus vicus vallis Rhenanae in pago Sangallensi, inter Altstätten et Rheineck, in planitie nec procul a pede australi Alpium Abbatiscellanarum situs. In eius agro *Cerastium viscosum* β *glomeratum*, *Epilobium roseum* Schreb., *Euonymum latifoliam* et *Pyrolam chlorantham* Sw., stirpes in Helvetia rariores legit Cl. Custor. Praeterea occurrunt: *Rubus hybridus* Vill., *Scirpus setaceus*, *Sisymbrium tha-*

lianum N. (*Arabis* L.), *Staphylea pinnata*, *Vicia dumetorum*, *V. sativa.*

Bernina, montium altissimorum dorsum inter Oeni superioris et Postclavii (Val di Poschiavo) valles, in alta Rhaetia situm. Immensae moles glaciales his montibus boream versus substratae ad pulcherrimas maximasque totius Helvetiae pertinent. Glaciale nempe, ut dicunt, mare, ad 16 leucas longum, fere undique horrendis cacuminibus scopulis altissimis praeruptisque cinctum efficiunt. Viae, qua cum inter Pontresina in summa Oeni valle et Postclavianam Tellinamque vallem communicatur, punctum altissimum 7380 p. s. m. elatum est. In eo tractu observatae fuerunt: *Achillea moschata* Jacq., *Cirsium heterophyllum* Dec. (*Carduus* L.), *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Ligusticum peloponnesiacum*, *Ranunculus pyrenaeus*, *Saussurea discolor* Dec. (*Serratula* Willd.), *Senecio incanus*, *Sesleria disticha* Pers. (*Poa* Wulff.; rara), *Thlaspi alpestre* (?), *Viola palustris.*

Betzberg, tractus montis Gotthardi valde petraeus prope scopulum Isenstock situs. Parvum lacum *Rossmättlisee* dictum continet, supra quem rupes Rossmättlifluhe, 6212 p. s. m. elata, stirpiumque rararum feracissima adsurgit. V. Gotthardus.

Beverin (*Piz-*) mons altae Rhaetiae, inter valles Sexamniensem et Savien sese extollens. In eo monte lectae fuerunt: *Artemisia pontica*, *Centaurea phrygia.*

Bevers, vicus pagi Rhaetiae in valle superiori Oeni ad ipsum flumen inter *Ponte* et *Samaden* situs.

Bévieux, locus in profunda valle, ad torrentem *Avanson*, paulo supra Bex in pago Vaudensi situs. Ibi sedem habet salinarum director, qui iam a multis annis in suis possessionibus spatium amplum, plantis indigenis colendis aptissimum Cl. Schleichero praebuit, ut eo loco botanophili magnam pulchrarum stirpium copiam videre et investigare possint. Secus viam, qua hinc ad vicum Bex descenditur, *Acer opulifolium* Vill.,

Angelica montana Schl. et *Fragaria collina* Ehrh. occurrunt. Etiam in vicinia citantur: *Bupleurum rotundifolium*, *Digitalis lutea*, *Lithospermum purpuro-coeruleum*, *Melampyrum cristatum*, *Mentha viridis*, *Neslia paniculata* Dec. (*Myagrum* L.), *Ononis Natrix*, *Pinus Larix*, *Stachys alpina*, *St. arvensis*, *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis* L.), *Teucrium montanum.* — Circa Frénières: *Aethusa Cynapium β elata* (*Aeth. cynapioides* Bieb. *)); in sylva Frénières), (*Campanula latifolia*, *Narcissus Pseudo-Narcissus.* V. Frenières et Bex.

Bex (Bactiacum), magnus pulcherque pagi Vaudensis vicus, ad ditionem Aquileiensem pertinet, et prope Valesiae fines, ad altissimorum montium solemni maiestate animum adficientium pedem, situs est. Eum fere undique laetissima pomaria, quibus a Rhodano separatur, circundant, et magna pars eius ad ripas torrentis Avanson iacet. Huius pagi balnea per aestatis tempus a multis hospitibus frequentantur. Licet montibus alpinis proximus omninoque subiectus, totus ager Bactiaco vicinus climate mitissimo imoque calido gaudet, quippe qui ab istis altissimis molibus protectus infaustum boreae flatum fere nunquam sentiat. Colles gypsacei, qui vico impendent, vineis consiti sunt vinumque gustus peculiaris minusque grati proferunt. Tota quoque regio fere ad hanc gypsaceam formationem pertinet, et fossilibus raris plantisque egregiis abundat, ut botanophili, qui brevi tempore plantarum Helveticarum maximam partem colligere cupiunt, propter Alpium ditissimaeque Valesiae proximitatem, Bactiaci degentes, intra paucos aetatis menses sui voti compotes fieri possint. In vicinia undique multa sunt castaneta. Sic magnam partem pulchri collis Montet dicti, supra ipsum oppidulum exsurgen-

*) Huc absque dubio spectat *Aethusa cynapioides* (Bieb.) M. et K. Dlds Fl. II. p. 419, quam sagacissimus Koch nonnisi aegre a *Cynapio* disiungit. Praeter notas indicatas a planta triviali etiam involucellis patulis, nec reflexis recedit.

tis, castanearum sylva, cui vineae subiectae sunt, occupat. In eo colle occurrunt: *Campanula Cervicaria* (perrara), *Colutea arborescens*, *Geranium rotundifolium*, *Orobus niger*, *Pulmonaria officinalis* (immaculata), *Spiranthes autumnalis* Rich. (*Ophrys* Balb. *Ophr. spiralis* L.; inter castaneas prope verticem), *Triticum intermedium* Host (*iunceum* Sut.) *α muticum*, et *β aristatum* (utrumque affatim paulo supra vicum). Nobiliores plantae campestres (alpinas omittimus) prope Bex nascentes: *Acer opulifolium* Vill. (supra oppidum frequens), *Aiuga genevensis β* fl. rubro, *Angelica montana* Schl. (ad torrentem Avanson), *Astragalus depressus* (?), *Astr. monspessulanus*, *Cardamine amara γ stolonifera*, (in paludibus montanis), *Carex divulsa* Good., *C. Pseudo-Cyperus* (au marais de Luisel), *Centaurea solstitialis*, *Chenopodium glaucum*, *Ch. rubrum* (rarissimum), *Colutea arborescens* (passim), *Convallaria bracteata* Thom., *Corydalis cava* Wbg. (*Fumaria* Hoffm.), *Crataegus torminalis*, *Cytisus alpinus* Willd., *Eranthis hiemalis* Salisb. (*Helleborus* L.), *Euphrasia lutea*, *Fedia dentata* Vahl., *Festuca sylvatica* Vill., *Fragaria collina* Ehrh., *Galanthus nivalis*, *Galium hercynicum* Weig., *G. tricorne* With. (*Valantia Aparine* Sut.), *Helianthemum Fumana* Desf. (*Cistus* L.), *Hieracium sabaudum ε ambiguum* (in sylva Chêtre), *Hypericum perforatum δ angustifolium* (supra Bex), *Inula salicina*, *Lamium hybridum* Vill., *Lathraea squamaria*, *Leucoium vernum*, *Lonicera caprifolium*, *Luzula albida* Dec. (*Iuncus* Hoffm.), *Medicago apiculata* DC. (prope Bornoui), *Mentha sylvestris β gratissima*, *Ononis Columnae* All., *On. Natrix*, *Physalis Alkekengi*, *Oph. anthropophora*, *Ophr. arachnites* Hoffm., *Ophr. aranifera* Huds., *Oph. myodes* Jacq. (omnes à Chênes supra Bévieux), *Poa pilosa*, *P. sudetica* Schrad., *Polygala alpestris* Rchb. (*austriaca* Schl.), *Prunella grandiflora* Jacq. *β pinnatifida* (*Pr. laciniata* Dec. Rchb.), *Prunus Mahaleb*, *Pyrola uniflora* (in sylvis abietinis ad ripas torrentis Avanson), *Rhamnus alpinus*, *Rosa*

tomentosa Sm., *Rosmarinus officinalis* (ad rupium gypsaccarum pedem), *Rumex sanguineus β viridis (nemorosus* Schrad.), *Salix repens* (au marais de Luisel), *Salvia Sclarea*, *Scorzonera austriaca* Willd. (*humilis* Sut.), *Sinapis alba*, *Solanum nigrum δβ*, *Thalictrum angustifolium* I *iacquinianum*, *Tragus racemosus* Desf. (in colle *Escharpigny*), *Trifolium agrarium Schreb.*, *Tr. rubrum*, *Triticum intermedium* Host. (*iunceum* Sut.) *α*, et *β*, *Ulmus montana* Sm. *α*, et *β* (*Ulm. suberosa* Willd.), *Veronica agrostis* II *pulchella*, *Viola mirabilis*. V. Bévieux, Devens, Fenalet, Luisel.

Bienna (Biel) urbs nobilis pagi Bernensis, olim civitas Helvetiorum confoederata, prope lacum eiusdem nominis ad Susam, in regione fertili amoenissimaque sita.

In eo oppido magistratus reipublicae Bernensis bonum gymnasium, ubi quinque magistri iuventutem urbanam docent, condiderunt. Huic instituto praeest Cl. Appenzeller, plurium libellorum elegantium auctor. Bienna bibliothecam publicam possidet. Spatium inter lacum et urbem pulchrum ambulacrum, quod vulgo Pafsgarten nominant, efficit. Supra lacus ripam sinistram et oppidum, iugum Iuranum, in quo mons *Chasseral* situs est, sese extollit. Hi montes haud paucas stirpes raras alunt. Quin etiam in collibus vicinis nonnullae plantae insigniores occurrere dicuntur. Huius loci est *Digitalis purpurea* alias hortorum ornamentum. Biennae etiam proveniunt: *Acer platanoides*, *Achillea nobilis* (in vineis), *Anthericum Liliago)*, *Calamintha officinalis* Moench (*Melissa Calamintha* L.), *Campanula glomerata β*, *C. persicifolia* (inter urbem et Sonceboz), *Cardamine hirsuta α sylvatica* (im Taubenloch), *Chaerophyllum temulum*, *Chenopodium foetidum* Lam., *Chrysocoma Linosyris*, *Coronilla Emerus*, *C. varia*, *Fragaria vesca γ efflagellis*, *Geranium moschatum*, *G. phaeum*, *G. rotundifolium*, *G. sanguineum*, *Globularia vulgaris*, *Hieracium aurantiacum* (inter M. Chasseral et stabula Biennensia), *Hydrocharis Morsus-*

ranae (in fossis aqua plenis), *Iris germanica*, (ad rupes Paſsgartflüe), *Lappa tomentosa* Lam., *Ligusticum Meum* Crantz (*Athamanta* L.; circa Diesse), *Limosella aquatica*, *Littorella lacustris* (à Poudail prope Bonneville), *Medicago minima* Desrouss., *Melampyrum nemorosum*, *Melica ciliata*, *Melittis Melissophyllum*, *Nasturtium amphibium* R. Br. (*Sisymbrium* L.), *Neslia paniculata* DC. (*Myagrum* L.), *Papaver dubium*, *Parietaria erecta* M. et K. (*officinalis* auct.), *Poa aquatica*, *Polygonum amphibium* β *terrestre*, *Prunella laciniata* auct. helv., *Rhinanthus Crista-galli* γ *angustifolia*, (supra Biennam), *Tozzia alpina* (in montibus), *Trinia glaberrima* Hoffm. (*Henningii* fl. helv., *Pimpinella dioica* L.; frequens), *Tussilago Petasites* ♀ *hybrida* (ad Susam), *Veronica scutellata*. Ad lacus littora: *Hottonia palustris*, *Ranunculus reptans*, *Sagittaria sagittifolia* (in Petrinsulae canali). Inter Bötzingen et Bütenberg: *Cakile rugosa* L'hér. (*Myagrum* L.), *Erysimum cheiranthoides*. — Inter Bötzingen et Pieterlen: *Sinapis nigra*. In M. Dessenberg (montagne de Diesse) etiam occurrunt: *Aster Amellus*, *Coriandrum sativum* (circa Tramlingen; rarum), *Coronilla varia*, *Geranium phaeum*, *Pedicularis sylvatica*.

Biennensis lacus, ad minores quidem, sed amoenissimos Helvetiae lacus pertinet. Maxima eius pars in pago Bernensi contenta est, nec nisi occidentem versus agrum Neocomensem contingit. Longitudine fere 4, latitudine autem vix 1 leucam, metitur. Superficies eius 1338 p. s. m. elevata est. Etsi parum duntaxat inferior aquas lacuum Neocomensis et Muratensis per Thielam (die *Zihl*) accipit et rursus per eundem fluvium sese in Arolam exonerat. Suza (die *Süss*) prope Biennam cum eo commiscetur. Ut reliquorum Iuranorum lacuum, aquae eius per hiemem crescunt, aestate vero imminuuntur. Littora utrinque oppidulis multisque vicis exornantur. Ripae sinistrae colles iucundissimi, fertiles vitibusque consiti imminent; dextra autem magis campestris, sed paulo tristior

et subpaludosa, inter Arolam et lacum extenditur. Amoenissima Divi Petri insula seu *Petrinsula* in parte eius occidentali sita est; canalis eius formosam *Sagittariam sagittifoliam* cum aliis stirpibus aquaticis gignit. V. Bienna.

Bière, magnus divesque vicus pagi Vaudensis, ad pedem australem altissimi montis Iurani Montendre, nec procul a torrente Toleure, cuius largi fontes per mensem Martium subito erumpentes amicorum naturae attentionem merentur, situs. Ceterum campi vicini late patentes nimis nudi sunt, minusque gratum prospectum praebent. In ea regione occurrunt *Genista germanica*, *Geranium sanguineum* (copiose), *Iasione montana*, *Luzula nivea* Dec. (*Iuncus* L.), *Lychnis viscaria*, *Myosotis versicolor* Roth (etiam circa Ballens in arvis; planta in pago Vaudensi rara), *Orobus niger*, *Peucedanum Chabraei* N. (*Selinum* L.; l'Isle versus, copiosissime), *Salix pentandra* (ad sepes frequens), *Sanicula europaea*, *Senecio Iacobaea* ββ *flosculosus*, *Stachys alpina*, *Trollius europaeus*.

Bilitionum, Bilitium V. Bellinzona.

Bilten, vicus Glaronensis, ad Alpium pedem, in Linthae ripa sinistra, et prope pagorum Suitensis et Sangallensis limitem situs. *Sedum hispanicum*, planta rarior, et parti intimae Helvetiae orientalis propria, circa Bilten et Nieder-Urnen ad rupes udas vulgo provenit. Ibi etiam occurrunt: *Gentiana asclepiadea*, *Leersia oryzoides* Willd. (*Phalaris* L.).

Binnenthal, vallis lateralis Valesiae superioris, ad iugum princeps australe pertinens, quod eam a valle Antigoria separat. Quinque leucas longa est, et prope Arnen cum magna Rhodani valle coniungitur. Ea vallecula asperrima est, sed totius Valesiae praestantissimum caseum praebet, atque multas stirpes alpinas gignit. Potissimum hucusque ibi observatae fuerunt: *Anthericum serotinum*, *Aretia Vitaliana* N., *Astragalus exscapus* (perrarus, Valesiae superiori proprius), *Campanula excisa* Schl. (perinde), *Hieracium*

albidum Vill. (*intybaceum* All.; in montibus Sempronio conterminis), *Hypochoeris uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq., *Lychnis alpina*, *Matthiola varia* Dec. (*Cheiranthus* Sibth.; rarissima), *Polygonum alpinum* All., *Primula longiflora* All. (pulchra stirps ut et *Matthiola* huic tractui propria).

Binningen, pagus ditionis Basileensis, haud procul ab urbe, et in eadem amoena valle ac vicus Bottmingen situs. In ea regione occurrunt: *Chenopodium rubrum* (rarum), *Convallaria Polygonatum*, *Draba muralis*, *Lactuca Scariola*, *Lathyrus latifolius*, *Lonicera Periclymenum*, *Poa bulbosa*, *Tofieldia calyculata* Wbg. (*Anthericum* L.).

Bionassey. V. Bonhomme.

Bironico, vicus pagi Ticinensis, inter Bellinzonam et Luganum, ad pedem orientalem M. Cenere, quem nunc pulchra via strata traiicit, situs. In M. Cenere occurrunt: *Lycopodium complanatum*, *Schoenus fuscus*. — Infra Bironicum in pratis uliginosis *Iuncum Tenageiam* Ehrh. α, et β *intermedium* et *Scirpum ovatum* Roth legi. Proinde supra le Taverne observantur: *Andropogon Gryllus*, *Astrantia minor*, *Crepis setosa* Hall. fil., *Cytisus nigricans*, *Lilium bulbiferum*, *Phyteuma corniculatum* II *Columnae*, *Sedum Cepaea*. — Circa le Taverne: *Aira caryophyllea*, *Arenaria rubra*, *Avena fatua*, *Bunias Erucago*, *Cucubalus bacciferus*, *Tanacetum vulgare*.

Birsa. V. Bernensis pagi fluvios. Secus eius amnis ripas prope Basileam passim nascuntur: *Aira caryophyllea*, *Cyperus flavescens*, *Dianthus prolifer*, *Dipsacus pilosus*, *Euphorbia verrucosa*, *Festuca loliacea* (ad pontem), *F. Myurus*, *Impatiens Noli-tangere*, *Linum tenuifolium*, *Peucedanum Chabraei* N. (*Selinum* L.), *Polemonium coeruleum*, *Salix fissa* Hoffm. (prope pontem), *S. triandra*, *Tamarix germanica*, *Thesium alpinum*, *Verbascum nigrum*.

Birsecum (Birseck), locus ditionis Basileensis, ubi inventae fuerunt: *Alyssum montanum*, *Cheno-*

podium polyspermum, *Cyperus flavescens*, *Festuca arundinacea* Schreb., *F. Myurus*, *Leucoium vernum*, *Linum tenuifolium*, *Lycopus europaeus γ elatior*, *Lythrum Hyssopifolia*, *Polemonium coeruleum*, *Polygonum strictum* All. (*minus* Huds.), *Sedum sexangulare*, *Spiranthes autumnalis* Rich. (*Ophrys* Balb. *Ophr. spiralis* L.), *Thesium alpinum*, *Verbascum nigrum.*

Birsfeld (das), planities agri Basileensis, ad Birsam prope urbem sita. Ibi leguntur: *Aira caryophyllea*, *Allium sphaerocephalum*, *All. vineale*, *Chondrilla iuncea*, *Crassula rubens*, *Heliotropium europaeum*, *Muscari comosum* Mill. (*Hyacinthus* L.), *Ornithogalum pyrenaicum*, *Poa bulbosa*, *Plantago arenaria* W. et K. (*Psyllium* Sut.), *Polemonium coeruleum*, *Saxifraga granulata* (planta in nostris pagis rarior), *Vitis vinifera α* (*V. sylvestris* Hag.).

Bivio. V. Stalla.

Blaise (Saint-), pulcher vicus pagi Neocomensis ad lacus ripam sinistram, infra Neocomum, atque ad viam, qua Bernam itur, situs. Collis, cui insidet, vinum album generosum profert, et praeter vineas fertilibus agris laetisque pratis luxuriat. Plantae rariores: *Anthriscus vulgaris* Pers. (*Scandix Anthriscus* L.), *Apium graveolens*, *Arabis Turrita* (circa Cornaux), *Ballota foetida* Lam. (*nigra* Sut.), *Crepis virens δ elatior* (an *Cr. Dioscoridis* L.?), *Lactuca Scariola*, *Lathyrus latifolius* (rarus), *Lavandula Spica* (parce; stirps huic tractui propria), *Panicum glaucum*, *Rumex aquaticus* (aut, ut suspicor, potius *R. Hydrolapathum* Ait.), *Schoenus ferrugineus*, *Scirpus Rothii* Hoppe (ad Thielae ripas), *Teucrium Scordium.*

Blattenberg, mons pagi Glaronensis, ad vallem Sernfthal pertinens, optimorum schistorum scriptoriorum, colore atro-coeruleo, quos Glaronenses per totam Helvetiam et in multis aliis regionibus venundant, fodina celeberrimus. Inter eos schistos nonnulli piscium tum marinorum tum fluviatilium nec non testudinum atque serpentium, ut dicunt, petrefacto-

rum impressiones pulcherrimas continent. *Asperula taurina* in eo monte occurrit.

Blonay. V. Viviscum.

Bodamicus lacus (*Bodensee, lac de Constance*), unus e duobus nostris maximis lacubus, Helvetiae orientalis partem borealem a Germania separat, et secus regionem Vorarlberg atque pagos Sangallensem et Thurgoviensem ab oriente fere borea-occidentem versus sese extendit. Sedecim leucas longus, 5 leucas latus, ad 650 p. profundus, et 1246 p. supra mare elevatus est. Rarissime quidem, nec nisi per hyemes frigidissimas, ut 1695 et rursus nostris diebus 1830 evenit, gelu induratur. Prope Rheineck Rhenus, Rhaetia valleque Rheguscorum relictis, in eum lacum exoneratur, et Constantiae iterum liber defluere incipit, atque brevi spatio percurso in lacum Inferiorem (der Untersee) sese effundit. Ultra Constantiam lacus Bodamicus adhuc euro-boream versus per 3 — 4ve leucas prolongatur, et sinum contractiorem ad Germaniam pertinentem efficit. In eo sinu prope ripam occidentalem pulchra insula Meinau, praelongi pontis ope cum littore coniuncta, amoenoque colle vineis, agris pratisque consito constans, sita est. Urbs Lindovia (Lindau) in superiori lacus parte, et prope littus germanicum sita, insulam quoque efficit. E lacu spectata pulcherrimum sistit adspectum. Regiones lacum undique circundantes fertilissimae, pomariis, pratis et arvis pinguibus abundant. Sed propter montium colliumque altiorum defectum, ripae quodam modo maiestate naturali, qua plerique Helvetiae lacus gaudent, carere videntur. Ceterum respectu ad amabilem scientiam habito, hucusque inter regiones minus cognitas patriae nostrae reputatae fuerunt. Nihilominus Cl. Custor, qui floram meam tot tantisque observationibus illustravit, non solum Alpes Abbatiscellanas, Sarunenses et Vorarlbergenses, sicut etiam Rheguscorum planitiem curiose perlustravit: magnam quoque partem riparum Bodamicarum diligenter investigavit, ibique

multas aut rariores, aut hucusque nondum in Helvetia visas stirpes invenit. Inter quas praecipue recensendae sunt: *Carex fulva* Hoppe *α*, atque eius varietas minor *β intermedia* (secus ripas et ad Rheni ostia; species rarissima, nec unquam alibi intra patrios fines observata), *Cyperus longus* (Lindoviae), *Droserae*, *Elatine Hydropiper* (formam ignoro; utcunque sit, rarissima), *Galium spurium* I *glabrum* (circa Rorschach, inter Linum promiscue cum forma II vulgatiori; in Helvetia rarissimum), *Inula Britannica*, *In. salicifolia*, *Iris sibirica* (prope Fussach, in regione Vorarlbergensi), *Isnardia palustris*, *Iuncus lampocarpus* Ehrh. *ε heterophyllus* (V. Fl. helv. VI. in app.), *I. ustulatus* Hoppe, *Limosella aquatica*, *Lysimachia thyrsiflora* (rarissima), *Poa airoides* Koel. (*Aira aquatica* L.), *P. serotina* Ehrh. (*fertilis* Host, *palustris* Sut.), *Ranunculus reptans* (forma omnium minima), *Sagittaria sagittifolia*, *Saxifraga oppositifolia* (ad littora prope Constantiam! Cl. Zollikofer), *Schoenus albus*, *Sch. fuscus* (perrarus), *Scirpus acicularis* var. gigantea, culmis facile spithamaeis, *Sc. carinatus* Sm. (*Duvalii* Hoppe; stirpem nondum in Helvetia visam tertio iam florae meae volumine edito a Viro amiciss. accepi; V. vol. VI. in app.), *Sc. lacustris β bodamicus*, *Sc. mucronatus* (rarissimus, neque nuper alibi cis Alpes repertus), *Sc. setaceus β minimus*, *Sc. Tabernaemontani* Gmel., et quidem forma duplici, maiore scilicet minoreque, *Senecio paludosus*, *Typha minima* Hoppe (*minor* Sm.; ad Rheni ostium), *Utricularia intermedia* Hayne (dumtaxat ibi et in pago Tigurino visa), *Utr. minor* (rara), *Viola montana* II *Ruppii* (*V. stagnina* Kit.).

B o d e n a c k e r, praedium prope Bernam situm. In vicinia citantur: *Galium rotundifolium*, *Inula Vaillantii* Vill., *Scirpus Baeothryon* Ehrh., *Typha minima* Hoppe (*minor* Sm.; ad Arolam).

B o i n o u d. V. C h a u x - d e - F o n d s.

B o i r o n, rivulus agri Nevidunensis, prope Bon-

mont in M. Iura haud longe a finibus Galliae, oritur; prope Crassier ditionem Vaudensem a Gallica separat, et post cursum 1—1½ l. in lacum Lemanum paulo infra Nevidunum sese effundit. V. Nevidunum, Eysins, Crassier, la Rippe.

Bois-Bougi, amoena sylvula prope Nevidunum trans rivulum Boiron sita: Ibi leguntur: *Carex elongata* (rara), *Convallaria maialis*, *Epipactis latifolia* All. (*Serapias* L.) *α pallens*, et *β rubiginosa* (utraque parcius), *Hieracium murorum* II *sylvaticum*, *Lathraea Squamaria*, *Melittis Melissophyllum*, *Ophrys arachnites* Hoffm., *Ophr. myodes* Jacq., *Orchis fusca* Jacq., *Pyrola rotundifolia*, *Ranunculus nemorosus* Dec. (*polyanthemos* Sut.), *Rosa stylosa* Ser., *R. tomentosa* Sm. *γ* (*R. dumetorum* Thuill.), *Salix aurita α*, et *γ grandifolia*, *S. cinerea δ leiocarpos*, *Senecio Iacobaea* I, et II (*S. aquaticus* Huds.), *Sparganium natans* (rarum). — In agris ericetisque vicinis: *Agrostis canina γ mutica*, *Agr. interrupta* (prope Plantechoux), *Aira caryophyllea*, *Althaea hirsuta*, *Anchusa italica* Retz, *Anthyllis Vulneraria γ* floribus ochroleucis, *Bupleurum rotundifolium*, *Carex distans*, *C. hornschuchiana* Hoppe (*fulva* agr. helv.), *Danthonia decumbens* Dec. (*Festuca* L.), *Fedia auriculata* M. et K. (*Valerianella* Dec.), *F. dentata* Vahl, *Filago arvensis*, *F. gallica*, *F. germanica α*, et *β* (*F. pyramidata* L.), *F. montana* (omnes in agris potissimum circa Bel-air), *Galium boreale*, *G. parisiense* II (*G. anglicum* Huds.), *G. tricorne* With. (*Valantia Aparine* Sut.; in agris prope Charlemont), *Herniaria hirsuta*, *Hieracium umbellatum α*, et *γ uniflorum*, *Iberis amara*, *Ib. pinnata*, *Ib. umbellata*, *Melilotus officinalis* Willd., *Myosotis caespitosa* Schulz *β grandiflora* (*M. strigulosa* Rchb.), *Ophrys apifera* Huds. (affatim, sed rarius flores edit), *Ophr. Monorchis*, *Orchis hircina* Crantz (*Satyrium* L.), *Orch. virescens* Zollik., *Panicum glaucum* (prope Plantechoux), *Polycnemum arvense*, *Spergula arvensis* (prope Bel-air), *Thlaspi perfoliatum*, *Trifolium medium* (*fle-*

xuosum Jacq.), *Tr. ochroleucum*, *Verbascum Blattaria* α, et β *maius*, *V. blattarioides* Lam. *Veronica spicata* α, et β *persicifolia*. — Pone sylvam Bel-air versus: *Agrostis canina* α *aristata*, *Carex stellulata* Good. (*echinata* Sut.), *Hydrocotyle vulgaris*, *Nasturtium amphibium* R. Br. (*Sisymbrium* L.), *Scutellaria galericulata*, *Veronica scutellata* (parce).

Bôle. V. Baule.

Bollenwies, V. Abbatiscellanus pagus.

Bonaduz. V. Reichenau.

Bonhomme (Col de), mons Sabaudiae, austrum versus valli Montjoie conterminus, 7530 p. s. m. elevatus. Undique molibus giganteis, tristibus tamen et maiestate destitutis circumdatus est. Sed quoad naturae studium viatoris attentionem meretur. Ei imminet altius, atque sublimi Montblanc proprius, cacumen Col des Fours dictum, ad 8376 p. s. m. exsurgens, unde ille altissimus mons ad euro-boream commode et veluti ex specula cominus prospicitur. Semita ardua ex collo Bonhomme ad Chapiu, difficiliori autem magisque periculosa ex collo des Fours ad Glacier pervenitur. Hi paguli alpestres ac vere aestivales, in vallecula horrida glacialique inter eos montes et collum de la Seigne coarctata siti sunt.

In eo itinere secus vallem Montjoie leguntur: *Acrostichum septentrionale*, *Calamintha grandiflora* Moench (*Melissa* L.; aux Contamines), *Colchicum alpinum* Dec. (*montanum* All.), *Cynosurus echinatus*, *Orobanche Epithymum* Dec. (inter Bionnay et Bionnassey), *Scleranthus perennis*. — Ad pedem australem montis: *Astrantia minor*, *Lycopodium annotinum*, *Primula viscosa* Vill. (*hirsuta* Sut.), *Pteris crispa* Sm. (*Osmunda* L.). — Supra Nant-Bourant: *Poa nemoralis* VI *coarctata* β. Inter la Rolle et Mont Jovet: *Carex capillaris*, *Cherleria sedoides*, *Iuncus triglumis*, *Scirpus Baeothryon* Ehrh., *Sempervivum arachnoideum*. Au mont Jovet: *Chrysanthemum alpinum*, *Trifolium alpinum*. Supra Chapiu: *Pedicularis gyroflexa* Vill. Supra le

Plan des dames usque ad collum des Fours: *Androsace alpina* N. (*Aretia* L.), *Carex capillaris*, *C. curvula* All., *C. foetida* All., *Geum montanum*, *Iuncus trifidus*, *Kobresia scirpina* Willd. (*Elyna spicata* Schrad.), *Luzula* (*Iuncus* All.) *lutea* Dec., *L. spadicea* Dec., *Ranunculus glacialis*, *R. pyrenaeus*, *Salix herbacea*, *Saxifraga biflora* All., *Senecio incanus*, *Statice plantaginea* Dec. — In descensu supra Glacier: *Hieracium albidum* Vill., *Senecio incanus* etc. — V. Scigne (Col de la).

Bonmont, pulchra pagi Vaudensis villa, supra Nevidunum, ad radices montium Baulaz et Dolae sita. Monasterium ordinis Cistertiensium ibi ab Amadeo, comite provinciae Genevensis, conditum, occupato Vaudensi agro a Bernensibus suppressum et in pauperum hospitium conversum fuit. Anno 1711 ea domus novae praefecturae sedes facta, et usque ad annum 1798 a praefectis Bernensibus habitata est. Eam nunc vir privatus possidet. Monasterii templum vetus etiam nunc integrum exstat, frumentis penuique cetero adservandis destinatum. In sylvis locisque vicinis villae nascuntur: *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Asarum europaeum*, *Bromus erectus Huds.* γ *elatior*, *Carex alba* Scop., *C. digitata*, *C. dioica*, *C. stellulata* Good., *Carpinus Betulus* (in sylvis), *Cirsium oleraceum* All. γ bracteis viridibus, *C. rigens* N. (*Carduus tataricus* Sut.), *Convallaria verticillata*, *Cytisus alpinus*, *Daphne Laureola*, *Dentaria digitata* Lam. (*pentaphyllos* Sut.), *D. pinnata* Lam. (*heptaphyllo* Sut.), *Epipactis rubra* Sw. (*Serapias* L.), *Festuca sylvatica* Vill., *Gentiana Pneumonanthe*, *Geranium sylvaticum*, *Laserpitium prutenicum*, *Leucoium vernum* (in pomariis), *Lunaria rediviva*, *Margarita Bellidiastrum* N. (*Doronicum* L.), *Ornithogalum umbellatum*, *Prunella laciniata* auct. helv., *Senecio Iacobaea*, *Stachys alpina*, *Teucrium Scordonia*, *Thalictrum angustifolium* I *iacquinianum*, *Thlaspi perfoliatum*, *Veronia Teucrium* II *Vahlii*, *Vicia dumetorum*.

Bonneville. V. Neuveville.

Bonneville (la), oppidulum Sabaudiae, inter Genevam et Cluse, ad viam, qua in vallem Chamouni itur, et iuxta Arvam, in eius ripa dextra, situm. Regio vicina campestris et paludosa est, ut aliquot stirpes rariores gignat. Huius loci sunt: *Hieracium hybridum* Chaix, *Oenanthe peucedanifolia* Poll., *Thalictrum angustifolium* I *jacquinianum*. V. Brezon, Môle, Reposoir.

Bormium (Burmium, Bormio, germ. Worms), vicus magnus in summa valle Tellina, ad pedem M. Umbraigl situs. V. Umbraigl. Plantae rariores: *Hieracium alpestre* Jacq. (in montibus supra vicum), *Aethionema saxatile* R. Br. (*Thlaspi* L.), *Allium angulosum α petraeum*, *Anthericum Liliastrum*, *Cirsium hallerianum* N., *Marrubium vulgare*, *Sisymbrium strictissimum*.

Borromaeae insulae, in lacus Verbani sinu magno, ad eius mediam partem occidentem versus porrecto, sitae. Has quatuor insulas iam a longa temporum successione nobilissima Borromaeorum gens, Mediolanensis, possidet, duasque praecipuas omnigenis artibus, immenso sumptu, mirifice exornavit. Prima ripae australi proxima Pulchra (l'Isola bella) nuncupatur: palatio amplo, hortis paradisiacis, in magnam pyramidem tetragonam decemque gradibus constantem exstructis, speluncis per aestatem frigidissimis ipsaque nympha Calypso dignis, aliisque ornamentis superbit. In eius caldariis multae stirpes exoticae pretiosissimaeque, et sub dio innumerae arbores Medicae et Aurantiacae, Oleandri floribus albis rubrisque usque ad 30 pedes sese extollentes, etc. felicissime coluntur. Ad veteres muros *Capparis spinósa* et *Adiantum Capillus-Veneris* sponte sua crescunt. Altera insula Piscatorum dicta (de' Pescatori) Pulchrae vicina, pauloque occasui propior, ei quasi spectaculo patet: pagulus, qui cum sacello maximam eius partem obtinet, piscatorum tuguriis ut plurimum

constat. Insula Mater (Isola Madre), quae tertia, ab utraque ripa fere aequali spatio distat. In ea etiam exstat palatium, sed minus ambitiose aedificatum, magisque neglectum. Luci eius amoenissimi ex magna parte *Quercu Ilice*, *Pruno Lauro-Ceraso*, aliisque arboribus originis peregrinae consiti sunt. Ibi ars minus ad hortorum aedificiorumque sumptuosam pulchritudinem contulit, et natura potius sibi relicta fuit. Quarta est Divi Ioannis (Isola di San Giovanni); multo minus quidem exculta, nec tamen deserta, e regione et in vicinia oppidi Palanza sita est. In eius rupibus *Agave americana*, et *Scolochloa Donax* N. (*Arundo Donax* L.), frequentes vigent. In omnibus eis insulis legitur *Poa pilosa*. V. Baveno.

Bosco (germ. Gurin) vicus alpinus pagi Ticinensis in summa valle Campo, quae vallis Maggiae ramus superior est, et prope limites vallis pedemontanae Formazza situs. Incolae germanica lingua, neque italica utuntur. Per sex hyemis hebdomades continuas, propter altos montes proxime impendentes, solis adspectu omnino carent.

Bosco (Furca di), iugum alpinum, cum semita difficili, qua ex vico Bosco in vallem Formazza itur. Summum colli culmen 7212 p. s. m. elevatum est. Eae Alpes ad formationem primariam pertinent. Plantae rariores 1) inter Cerentino et Bosco: *Centaurea phrygia*, *Gentiana obtusifolia* Schmidt, *Imperatoria Ostruthium*, *Laserpitium Halleri* All. (*hirsutum* Sut.), *Phyteuma corniculatum* Clairv. I *Scheuchzeri*, *Polygonum alpinum* All., *Polypodium hyperboreum* Sw. (*Woodsia* R. Br., *P. ilvense* Vill.), *Potentilla rupestris*, *Saxifraga aspera* Dec. I *elongata*. 2) In Furcae adscensu: *Aiuga pyramidalis* β *alpestris* (*Ai. alpina* Sut.), *Anemone alpina* β *sulphurea*, *An. vernalis*, *Astrantia minor*, *Campanula excisa* Schl. (rarissima), *Carex curvula* All., *Centaurea phrygia*, *Erigeron uniflorus*, *Gentiana purpurea*, *Hieracium grandiflorum* All., *Iuncus trifidus*, *Lepidium alpinum*, *Luzula* (*Iuncus* All.) *lutea* Dec.,

L. spadicea Dec., *Lycopodium alpinum*, *Pedicularis rostrata*, *Poa laxa* Haenke, *Polygonum alpinum* All., *Ranunculus glacialis*, *Rhodiola rosea*, *Senecio incanus*, *Sibbaldia procumbens*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *Trifolium alpinum.* 3) In ipso collo: *Achillea atrata*, *Ach. macrophylla*, *Ach. moschata* Jacq., *Ach. nana*, *Androsace obtusifolia* All., *Anemone alpina β sulphurea*, *Anthericum serotinum*, *Arenaria biflora*, *Artemisia Mutellina* Vill., *Art. spicata* Jacq., *Avena versicolor* Vill., *Biscutella laevigata* II *glabra* (*B. lucida* Balb.), *Carex curvula* All., *Cherleria sedoides*, *Eritrichium nanum* Schrad. (*Myosotis* Vill.), *Gentiana bavarica*, *G. nivalis*, *Geum montanum*, *Gnaphalium alpinum*, *Gn. supinum*, *Kobresia scirpina* Willd. (*Elyna spicata* Schrad.), *Iuncus Jacquini*, *Luzula lutea* Dec., *Ophrys alpina*, *Pedicularis tuberosa*, *Phaca astragalina* Dec. (*Astragalus alpinus* L.), *Phyteuma pauciflorum* (*globulariaefolium* (Sternb. et Hoppe), *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Sm. Ser.), *Rheum digynum* Wbg. (*Rumex* L.), *Rhodiola rosea*, *Salix herbacea*, *S. reticulata*, *Saussurea discolor* Dec. (*Serratula* Willd.), *Saxifraga aspera* Dec. II (*S. bryoides* L.), *S. biflora* All., *S. Seguieri* Spreng. (*sedoides* Mur.), *Statice Armeria α alpina.*

Bossey, pulchrum praedium pagi Vaudensis inter Céligny et Coppet, supra viam regiam situm. In sylvis vicinis *Rosa gallica* I *pumila* vulgo nascitur, ad sepes autem paulo infrequentior eiusdem pulcherrima forma II *hybrida*, tum infra longam viam arboribus consitam, qua ad villam itur, ad lacus littora *Scirpus Holoschoemus* occurrit, sic *Senecio viscosus*; in lapidicinis vicinis *Potamogeton natans κ*, et ζ I *vulgaris*, (*P. heterophyllus* Schreb.), nec procul inde in lapidicinis prope Founex, *Potamogeton pusillus.* Céligny versus: *Centaurea solstitialis.*

Bottmingen, vicus ditionis Basileensis, prope limitem Galliae, nec procul ab urbe, in regione campestri vinumque proferente situs. Ibi occurrunt:

Centunculus minimus, *Circaea intermedia* Ehrh., *Cyperus fuscus*, *Galium uliginosum* (rarum), *Scirpus setaceus*, *Tofieldia calyculata* Wbg. (*Anthericum* L.).

Bötzler, Bötzler-Alp, pascua alpina pagi Abbatiscellani ad altissimum montem Sentis pertinentia. Eorum stabula, monente Cl. Wahlenberg, totius regionis altissima et fere 5481 p. s. m. elata sunt. Ibi observatae fuerunt: *Onobrychis vulgaris α montana*, *Sempervivum tectorum*, *Silene quadrifida.*

Bötzingen. V. Bienna.

Boudevillers, vicus pagi Neocomensis, in valle Ruz, ac prope Vallangin situs. Prope hunc locum nascitur *Geranium phaeum.*

Boudry, oppidulum Neocomensium haud procul a lacu, ad viam, quae Neocomo Grandisonum ducit. Vineae vicinae vinum rubrum praestans edunt. Occurrit *Gratiola officinalis.*

Boulaire, pascua alpina Aquileiensium, monti Enzeindaz subiecta. In eis pascuis praeter multas rariores stirpes pleraeque *Salices* alpinae colligi possunt. Ibi enim et in vicino tractu Panérossaz dicto nascuntur, *Aconitum Napellus ζ densum*, *Agrostis pilosa* Schl. *α mutica* (*Arundo tenella* Schrad.), *Allium Schoenoprasum β alpinum*, *Androsace Chamaeiasme* Bieb. (*villosa* Sut.), *Andr. obtusifolia* All., *Aquilegia alpina*, *Arabis alpina*, *Ar. coerulea* Wulff., *Ar. pumila* Wulff., *Ar. serpyllifolia* Vill., *Arbutus alpina*, *Arnica montana*, *Arn. scorpioides*, *Artemisia Mutellina* Vill., *Art. spicata* Jacq., *Cardamine bellidifolia*, *Carex atrata*, *C. firma* Host, *C. foetida* All., *Delphinium intermedium* Ait. (*elatum* Sut.), *Draba aizoides*, *Dr. fladnizensis* Wulff. *β minor* (*helvetica* Schl.), *Dracocephalum Ruyschiana*, *Erigeron alpinus*, *Er. uniflorus*, *Eryngium alpinum*, *Gentiana bavarica*, *G. punctata*, *G. purpurea*, *G. verna*, *Gnaphalium alpinum*, *Gn. Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Gn. luteo-album*, *Gn. supinum*, *Hedysarum obscurum*, *Kobresia scirpina* (*Carex Bellardi* All.), *Lepidium latifolium*, *Myosotis alpestris* Schmidt,

Ophrys alpina, *Orchis odoratissima*, *Orobus luteus*, *Pedicularis foliosa*, *P. tuberosa*, *P. verticillata*, *Phaca alpina*, *Ph. frigida* Jacq., *Pyrola minor*, *Ranunculus glacialis*, *R. parnassifolius*, *R. pyrenaeus*, *Rheum digynum* Wahlenb. (*Rumex* L.), *Salix glauca* α (?) et β (*S. Lapponum* Sut.), *S. hastata* (*S. Arbuscula* Sut.), *S. helvetica* Vill. (*arenaria* auct.), *S. foetida* Schleich., *S. herbacea*, *S. myrsinites*, *S. reticulata*, *S. retusa*, *Saxifraga androsacea*, *S. muscoides* Jacq., *S. oppositifolia*, *Veronica aphylla*, *V. bellidioides*, *Vicia sylvatica*, *Viola cenisia*. V. Solalex.

Bourgvernier, vel Bovernier, pagulus vallis Entremont infra St.-Brancher situs. Ibi proveniunt: *Astragalus Onobrychis*, *Chenopodium Botrys*, *Epilobium Dodonaei* Vill., (*rosmarinifolium* Haenke) *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.), *Poa alpina* II *brevifolia* N., *Thymus pannonicus* All., *Vesicaria utriculata* Lam. (*Alyssum* L.; supra vicum; rarissima).

Bovinaz, mons alpestris ab Hallero citatus. Ibi occurrere perhibet vir summus: *Anemone alpina* β *sulphurea*, *Ranunculus pyrenaeus*, *R. parnassifolius*, *Senecio incanus*, *Sibbaldia procumbens*.

Bovonnaz, mons alpinus Aquileiensium circiter 4000 p. s. m. elatus, unde a pascuis *Frachiz* ad *Lavaraz* conscenditur. Plantae rariores: *Achillea thomasiana* Hall. fil., *Aconitum hebegynum* Dec. δ *leiocarpum*, *Agrostis pilosa* Schl. α *mutica*, *Allium Schoenoprasum* β *alpinum*, *Anemone alpina*, *An. narcissiflora*, *Aquilegia alpina*, *Arabis brassicaeformis* Wallr. (*Brassica alpina* L.), *Ar. saxatilis* All., *Ar. serpyllifolia* Vill., *Arenaria polygonoides* Wulff., *Arnica montana*, *Arn. scorpioides*, *Carex frigida* All., *C. capillaris*, *Centaurea phrygia*, *Cerinthe glabra* Mill. (*alpina* Kit.), *Cineraria cordifolia* Gouan, *Corydalis intermedia* Mér. (*Fumaria* Ehrh.), *Epipogium Gmelini* Rich. (*Satyrium Epipogium* L.), *Gentiana hybrida* (supra mapalia), *G. pannonica* Thom., *Geum montanum*, *Hieracium umbellatum* var. foliis lanceolato-linearibus dorso hir-

sutissimis, *H. prenanthoides* Vill. III *cydoniaefolium*, *H. grandiflorum* All., *H. blattarioides*, *H. montanum* Jacq., (*Hypochoeris pontana* L.), *Lactuca perennis*, *Onobrychis vulgaris* N., *Orchis albida* All. (*Satyrium* L.), *Orch. globosa*, *Orch. nigra* Scop. (*Satyrium* L.), *Orch. viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Pedicularis foliosa*, *P. tuberosa*, *P. verticillata*, *Phleum Michelii* All., *Phaca australis*, *Ph. frigida* Jacq., *Poa minor* N., *Ranunculus alpestris*, *R. glacialis*, *Rhododendrum ferrugineum*, *Rh. hirsutum*, *Senecio Doronicum*, *Sonchus Plumieri* (au Noé, prope montes Soreuzé), *Uvularia amplexifolia*.

Bragaglia. V. Bregaglia.

Branchier (St.-), vicus Valesiae inferioris, ad vallem Entremont pertinens, et prope ingressum in vallem Bagnes situs, duabus leucis Octoduro distans. Infra pagum vallis ad molendina la Valette in fauces asperrimas et perangustas coarctatur. Ceterum, etsi parum fertilis, sub coelo mitissimo sita, pulchras rarasque stirpes gignit. Ibi inveniuntur: *Antirrhinum Bauhinii* N. (*genistifolium* Sut.), *Astragalus Onobrychis*, *Campanula bononiensis* β (*C. simplex* Dec.), *Euphrasia lutea*, *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.), *Lactuca perennis*, *Ononis rotundifolia*, *Ophrys myodes* Jacq., *Ornithogalum umbellatum*, *Poa alpina* II *brevifolia* N., *Poa Eragrostis*, *Scutellaria alpina*, *Stipa capillata*, *Vesicaria utriculata* Lam. (*Alyssum* L.), *Vicia onobrychioides*.

Branson, vicus Valesiae inferioris, fere e regione Octoduri, in Rhodani ripa dextera, et ad pedem M. Fouly situs. Agri atque praecipue colles eius arenosi rupestresque stirpibus omnigenis, regionibus calidioribus propriis, abundant. Montes enim altissimi huic pagulo imminentes eum a boreae glaciali halitu per totum annum protegunt, ut climate mitissimo fruatur. Stirpes rariores: *Achillea nobilis*, *Ach. Millefolium* var. floribus rubris, foliis odoratissimis et hirsutissimis, *Ach. setacea* W. et K., *Ach. tomentosa*, *Adonis*

vernalis (aux Folateires), *Anemone Pulsatilla* II *nutans*, *Anthriscus vulgaris* Pers. (*Scandix Anthriscus* L.), *Arenaria fasciculata* Jacq., *Asparagus officinalis*, *Astragalus Cicer*, *Astr. uralensis*, *Astr. glycyphyllos*, *Alyssum campestre* (??), *Althaea hirsuta*, *Arabis perfoliata* Lam. (*Turritis glabra* L.), *Ar. muralis* Bert., *Asparagus officinalis*, *Asperugo procumbens*, *Asplenium dentatum*, *Bromus inermis*, *Br. tectorum*, *Br. squarrosus*, *Bulbocodium vernum*, *Bunium Bulbocastanum*, *Calepina Corvini* DC. (*Crambe* All.), *Camelina sativa* Crantz (*Myagrum* L.), *Cardamine hirsuta* α (*sylvatica* Linn.), *Campanula bononiensis*, *C. patula* (aux Folateires), *Carex nitida* Host, *Caucalis grandiflora*, *Centaura Crupina*, *C. paniculata*, *Ceterach officinarum* Willd. (*Asplenium* L.), *Chenopodium Botrys*, *Chondrilla iuncea*, *Colutea arborescens*, *Crepis foetida*, *Dictamnus albus* (ad imos M. Fouly clivos supra vicum), *Diplotaxis tenuifolia*, *Echinops sphaerocephalus*, *Epipactis rubra* Sw. (*Serapias* L.), *Erysimum cheiranthoides*, *Er. helveticum* Dec. (*Cheiranthus* Jacq.), *Fedia carinata* M. et K., *Festuca glauca* γ *crassifolia*, *F. valesiaca* N., *Fragaria collina* Ehrh., *Galium pedemontanum* All., *Geranium rotundifolium*, *Helianthemum salicifolium* β Dec., *Herniaria glabra*, *H. hirsuta*, *Holosteum umbellatum*, *Koeleria valesiaca* N., *Lactuca virosa*, *Lathyrus sphaericus* Retz (*angulatus* auct. helv.), *Lepidium petraeum*, *Lithospermum purpuro-coeruleum*, *Medicago minima* Desrouss. β *stricta*, *Myosotis arvensis* Roth. β *minima*, *Orchis Morio* β fl. *lilacino*, et γ fl. albo, *Orch. pyramidalis*, *Orch. sambucina* floribus tum luteis, tum, sed parcius, purpureis; *Orch. ustulata* β *grandiflora*, *Ornithogalum bohemicum* Zauschn., *Orobanche coerulea* Vill., *Orobus niger*, *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *uralensis* Dec., *Ox. pilosa* Dec. (ibidem), *Poa bulbosa*, *P. concinna* N., *Potentilla recta* (in colle Tollatel Haller), *P. Fragaria* Poir. (*Fragaria sterilis* L.), *Podospermum muricatum* Dec. (*Scorzonera laciniata* Sut.), *Saxifraga bulbifera*, *S. caespitosa* III *leucantha*, *Scle-*

rochloa dura N. (*Cynosurus* L.), *Scorzonera austriaca* Willd. (*humilis* Sut.), *Sempervivum arachnoideum*, *Silene Armeria*, *Sinapis nigra*, *Sisymbrium thalianum* N. (*Arabis* L.), *Spiranthes autumnalis* Rich. (*Ophrys* Balb., *Ophr. spiralis* L.), *Thalictrum foetidum* D. C. (??), *Th. pubescens* Schl., *Trifolium alpestre*, *Tragopogon maior* Hoffm., *Vicia Cracca* III (*V. tenuifolia* Roth), *Viola arenaria* Dec., *V. tricolor* III *minima*, *Veronica prostrata*, *V. triphyllos*, *V. verna*, *Vicia onobrychioides*.

Prope Fouly: *Acer opulifolium* Vill., *Aiuga Chamaepitys* Schreb. (*Teucrium* L.), *Allium oleraceum*, *All. sphaerocephalum*, *Anemone Pulsatilla* II *nutans*, *Artemisia valesiaca* All., *Asperula arvensis*, *Astragalus Onobrychis*, *Bidens cernua*, *Bunium Bulbo-castanum*, *Campanula bononiensis* (in castanetis supra vicum), *C. spicata*, *Carex ampullacea* Good., *Carpesium cernuum*, *Centaurea paniculata*, *Chenopodium Botrys*, *Cicuta virosa*, *Colutea arborescens*, *Conium maculatum*, *Corydalis cava* Whg. (*Fumaria* Ehrh.), *Crepis foetida*, *Cyperus flavescens* β *minor*, *Diplotaxis tenuifolia* Dec. (*Sisymbrium* L.), *Dipsacus pilosus*, *Ephedra distachya*, *Erysimum helveticum* Dec. (*Cheiranthus* Jacq.), *Galium parisiense* I *litigiosum*, et II *anglicum*, *Helianthemum Fumana* Dec. (*Cistus* L.), *Hieracium amplexicaule*, *Holosteum umbellatum*, *Iris germanica*, *Lactuca saligna*, *L. Scariola* (utraque etiam circa Ponsex), *Limosella aquatica*, *Lonicera Periclymenum*, *Marrubium vulgare*, *Melissa officinalis*, *Menyanthes trifoliata*, *Nasturtium palustre* Dec. (*Sisymbrium* Sut.), *Ononis Columnae* All. (*minutissima* Sut.), *Onosma montanum* Sm., *Orobanche coerulea* Vill. (*laevis* Sut.), *Orobus niger*, *Oxytropis pilosa* Dec. (*Astragalus* L.), *Physalis Alkekengi*, *Poa Eragrostis*, *Podospermum muricatum* Dec. (*Scorzonera laciniata* Sut.), *Polycnemum arvense*, *Potentilla cinerea* Chaix, *Ranunculus sceleratus*, *Salvia officinalis*, *S. Sclarea* et *Santolina Chamaecyparissus* Willd. (au hameau nommé *chez les Gex*), *Scirpus triqueter*, *Scleranthus*

perennis, *Scorzonera austriaca* Willd., (*humilis* Sut.), *Senecio sylvaticus*, *Tilia microphylla* Vent., *Tragus racemosus* Desf., *Trigonella monspeliaca*, *Tussilago Petasites* Hoppe ♀ (*T. hybrida* Sut.; Octodurum versus), *Verbascum thapsiforme*, *Vicia dumetorum*, *V. onobrychioides* (in arvis), *V. pisiformis* (in castanetis supra vicum), *Viola tricolor* III *minima*.

Prope Saillon: *Amygdalus communis*, *Artemisia valesiaca*, *Clematis recta*, *Clypeola Ionthlaspi*, *Ficus Carica*, *Hieracium amplexicaule*, *H. lanatum* Vill. (*Andryala* L.), *Helianthemum Fumana* Desf. (*Cistus* L.), *Oxytropis uralensis* Dec. (*Astragalus* L.), *Xeranthemum inapertum* Willd. (*annuum* Sut.).

Brassus (le), pagulus Vaudensis, vallis Iugensis, supra lacum, ad pedem septentrionalem M. Marchairu, et in ripa dextra fluvii Urbae, ad 2056 p. s. Lemanum elevationem situs. Prope hunc locum amoenissimus rivuli fons ex rupium pariete scaturit. Tractum inter fines Gallicos atque lacum sese porrigentem Urba percurrit; ea regio planitiem undique casis rusticis ornatam, nonnullis agris, pratis fertilissimis paludibusque torfaceis constantem, sed arboribus fere denudatam efficit. Paludes pulchris plantis abundant.

Prope fontem rivuli Brassus legitur: *Buxbaumia aphylla*. In Urbae alveo: *Nuphar luteum* Sm., *Potamogeton pectinatus*, *Senecio Iacobeae* (supra vicum ad montis Marchairu radices). In Urbae paludibus et iuxta viam, v. gr. prope fontem sulphureum, cuius aquae nuper in usum venerunt, atque felici eventu in nonnullis morbis adhibentur: *Andromeda polifolia*, *Betula nana*, *Comarum palustre*, *Drosera rotundifolia*, *Galium uliginosum*, *Gentiana verna*, *Iuncus ustulatus* Hoppe, *Hieracium succisaefolium* All., *Luzula campestris* γ *nigricans* (*L. sudetica* Willd.), *Melampyrum pratense* β *paludosum*, *Neslia paniculata* Dec., (*Myagrum* L.), *Salix pentandra*, *S. repens* et quidem multis formis varians, *S. versifolia* Wbg., *Scabiosa Columbaria* ζ (*Sc. lucida* Vill.), *Swertia perennis*.

Brättigau. V. Rhaetigovia.

Braulio. V. Umbraigl.

Bré (lac de). V. Gourze.

Breit-Lauinen, pascua alpina, molibus glacialibus eiusdem nominis vicina, et undique Oberlandiae Bernensis montibus altissimis Groſshorn, Breithorn etc. circumdata. Neque procul ab istis scopulis in Valesiae termino M. Iungfrau et Mönch, austrum versus, atque ad septentrionem Eigerus aethereis verticibus coelum petere videntur. In eis pascuis lectae fuerunt: *Globularia nudicaulis*, *Hedysarum obscurum*, *Tussilago nivea* Vill.

Bregaglia (Bragaglia, Vallis Praegalliensis, Bregell, Bergell), vallis Rhaetica, Engadinae, quam ab ea M. Maloia separat, contermina, in latere australi magni Alpium iugi meridionalis sita. Eam percurrit torrens impetuosus Maira dictus. Iuxta Maloiam (s. Maloggia) ad orientem altissimus extollitur M. Septimius. Haec vallis naturae amicis omnigena pulchra praebet spectacula, et magnam stirpium, tum alpinarum, tum in parte inferiori regionibus calidioribus propriarum copiam gignit. Infra Castasegno sese cum vallibus Clavennensibus confundit. Incolae italicae linguae dialectum valde corruptam loquuntur, et fidei evangelicae addicti sunt.

Plantae rariores: *Achillea moschata* Jacq., *Anemone vernalis* (in Alpibus), *Carlina vulgaris* var. polycephala, *Centaurea Rhapontica*, *Cytisus nigricans*, *Genista scoparia* Lam. (*Spartium* L.), *Rumex scutatus* var. foliis maculatis, *Saussurea discolor* Dec. (*Serratula* Willd.; in Alpibus), *Senecio incanus* (perinde).

Bremgarten (sylva). V. Berna.

Brenet (lac). V. Iugensis vallis.

Brenets (les), pagus agri Neocomensis ad Dubim fluvium, qui eum a ditione Gallica separat, situs. Ibi multae sunt fabricae, inter quas praecipue attentione dignissima sunt artificia celeberrimorum Guinand, qui vitra in usum telescopiorum et microscopiorum per-

fectissima conficiunt. Dubis innumeris gyris sinuosi littora utrinque pulchris rupium parietibus, virgultis et arboribus coronatis ornata sunt. In ripa dextra paulo infra vicum in rupibus aperitur speciosa spelunca *Tofière*, ubi sedilia mensasque in saxo vivo natura formavit. Ibi voces quaevis a rupium anfractibus repercussae rursum atque iterum distincte percipiuntur. Ad ingressum istius cavernae *Timmiam austriacam* Hedw., rarum et elegantissimum muscum legi. Dubis cataracta fere dimidia leuca a pago Brenets distat et saltus Dubis nuncupatur. Ante et post hancce cataractam, aquae eius lento ac placidissimo cursu defluunt. Inter les Brenets et pagulum Goudeba, ubi aquae vallis Locles per rupem arte pertusam in Dubis vallem exonerantur, locis palustribus pulchra crescit *Fritillaria Meleagris*, quam vernaculi *la Tulipe de Goudeba* nominant. Ea planta etiam in insula Dubis infra saltum sita (la grande île) frequens occurrit, et ibi iuventus utriusque sexus quibusdam diebus festis per mensem Maium eam legere solet. Plantae rariores: *Carex ampullacea* Good., *C. paniculata* (utraque circa Goudeba), *Peucedanum Chabraei* N. (*Selinum* L.; ibidem), *Senecio Iacobaea β cinereus*, *S. tenuifolius* Jacq. prope les Brenets occurrunt. *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* auct.) supra Dubis saltum in adscensu ad vicum les Planchettes laetissime provenit, et insolitam magnitudinem consequitur.

Brenlaire (Dent de). V. Friburgensis pagus.

Brettaie. V. Chamosaire.

Breuil (le), pagulus alpestris Pedemontanus, ad pedem australem M. Sylvii, supra Val-Tornanches situs, 6180 p. s. m. elatus. Plantae rariores infra Sylvii collum ad descensum le Breuil versus: *Avena versicolor* Vill., *Alyssum alpestre α* (supra vicum), et *β argenteum* (inter Val. Tornanche et Châtillon), *Agrostis purpurea*, *Arenaria Villarsii* Balb., *Carex approximata* Hoppe, *Dianthus collinus* (infra le Breuil), *Erysimum pumilum* N. (*Cheiranthus* Schl.), *Iuncus*

arcticus Willd., *Nepeta lanceolata* Lam. (*Nepetella* Sut.), *Oxytropis foetida* Dec. (*Astragalus Halleri* All.), *Petrocallis pyrenaica* R. Br. (*Draba* L.; etiam infra le Breuil, austrum versus, et in valle *Ayas* reperitur), *Phyteuma corniculatum* Clairv. I *Scheuchzeri*, *Primula viscosa* Vill., *Saponaria lutea*, *Saxifraga aspera* I *elongata* et II (*S. bryoides* L.), *S. muscoides* Jacq., *Sempervivum globiferum*, *Silene vallesia* (ad sacellum infra vicum le Breuil atque ab eo l. una distans, sinistram versus), *Statice plantaginea* Dec. (infra le Breuil), *Thymus vulgaris* (infra Val-Tornanche), *Valeriana celtica* (supra le Breuil).

Breven, mons Sabaudus, valli Chamouny septentrionem versus contiguus, sese ad altitudinem 7836 p. s. m. extollit, et a pago praecipuo le Prieuré intra 5 horarum spatium conscenditur. Duplici via, altera nempe satis facili, sed propter longos ambitus subtaediosa, altera autem brevi sed periculosiore, per rupem praeruptam et quasi excavatam, quam incolae *caminum* (la cheminée) dicunt, montis cacumen attingi potest, unde montis Albi immensa altissimaque moles latissime prospicitur, atque oculis spectaculum incomparabile praebetur. Ibi per dies Iulii et Augusti calidiores, globi illi nivei (labinae, Lauinen, avalanches), qui a summis lateribus istius colossi usque in imas valles glaciales eius cum fragore tonitrui simillimo praecipites decidunt, primum oculo, deinde post aliquot temporis secundas, auditu, non sine magna voluptate percipiuntur. Montis enim Breven cacumen ex Albi regione situm nec nisi modica vallis Chamouny latitudine ab eo separatum est. Ceterum iste mons ut totum, ad quod pertinet, iugum, in Alpium tractu primario situs est, pulchrisque plantis abundat. In eo inter multas alias rariores leguntur: *Arnica scorpioïdes*, *Bupleurum stellatum*, *Carex foetida* All., *Cerastium pedunculatum* N., *Cherleria sedoides*, *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Gentiana asclepiadea*, *Hieracium albidum* Vill. (*intybaceum* All.), *H. grandiflorum*, *Iuncus trifidus*, *Poa fle-*

xuosa Wbg., *Potentilla grandiflora*, *Ranunculus parnassifolius*, *Saxifraga aspera* I *elongata*, *Scleranthus perennis*, *Senecio incanus*, *Sisymbrium pinnatifidum* DC. (*bursifolium* Sut.), *Trifolium spadiceum*, *Valeriana celtica*, *Veronica fruticulosa*.

Brevine (la), pagus in altissima Neocomensium valle, inter les Bayards et le Locle, ad 3135 p. s. m. situs. In ima parte vallis, nec procul a vico, lacuna quaedam (lac d'Étalière) invenitur, cuius aquae per rimas rupium subterraneas dilabuntur. In ea regione hiemes frigidissimae sunt, adeo ut mihi per viros fide dignos relatum fuerit, thermometra Reaumuriana ibi anno 1812 — 1813 gradus 30 infra congelationis punctum ostendisse, et fere omnium, quae in vico adservabantur, mercurium penitus in imum globum refugisse. Pascua vicina montesque parum elati vallem circumcirca cingentes, ut nusquam aperiatur, rei herbariae amicis bonam messem pollicentur. Iam secus viam frequenter legi possunt: *Alopecurus pratensis* (rarissimus), *Carex pulicaris* (au bout des Rondes), *Corallorrhiza Halleri* Rich. (*Ophrys Corallorrhiza* L.), *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* auct.; au roc Milledeux), *Eriophorum alpinum*, *Galium boreale*, *Genista Halleri* Reyn. (*Spartium procumbens* Sut.; au Roulier), *Geranium phaeum*, *Ligusticum Meum* Crantz (*Athamanta* L.), *Myrrhis odorata* Scop. (*Scandix* L.), *Narcissus poëticus*, *Orchis albida* All. (*Satyrium* L.; au Roulier), *Pedicularis sylvatica* (rara; au Roulier), *Polemonium coeruleum*, *Ribes rubrum* (au roc Milledeux), *Saxifraga Hirculus*, *Schoenus albus*, *Tussilago nivea* Vill., *Veronica dentata* Schrad., *Viola grandiflora* Vill. II *elongata*, floribus modo flavis modo coeruleis aut luteo coeruleoque variegatis (forma pulcherrima hisce montibus, ut videtur, propria), *V. palustris*.

Brezon (le), mons calcareus Sabaudiae, in Arvae valle supra Genevam, e regione montis Môle situs, rupibusque praeruptis oppidulo Bonneville impendens.

Ibi inventum est *Hieracium hybridum* Chaix γ *bifurcum* (*H. bifurcum* Bieb.).

Briga (Brieg), oppidum Valesiae superioris, in Rhodani ripa sinistra, supra Vispam et ad pedem borealem M. Sempronii situm. Via tamen non ibi, sed in vico vicino Gliss adscensum istius montis celebris incipit. Post reipublicae Valesiae restaurationem, Iesuitae collegium, quod ante ordinis suppressionem Brigae floruerat, redintegraverunt, ibique pulchrum templum possident. Regio vicina imae vallis climate mitissimo gaudet, vinumque bonum et crocum sativum profert. Neque procul distant pulchri lapidis ollarii ex viridi flavescentis domibus, laterum instar, tegendis aptissimi fodinae. Plantae rariores: *Centaurea benedicta*, *Chrysocoma Linosyris*, *Crocus sativus*, *Cynosurus echinatus*, *Echinops sphaerocephalus*, *Erysimum helveticum* Dec. (*Cheiranthus* Jacq.), *Hieracium lanatum* Vill. (*Andryala* L.), *Onopordum Acanthium*, *Silene Armeria*.

Brienz, pagus Rhaetiae, in Albulae valle inter Alveneu et Lenz situs. Ibi occurrunt: *Astragalus monspessulanus*, *Phyteuma Halleri* (*ovata* Willd.).

Brienz, pulcher Oberlandiae Bernensis vicus, ad eiusdem nominis lacus ripam septentrionalem situs, et undique pomariis circumdatus. Vicini montes ventorum impetui obstant, eique loco aëris mitioris temperamentum comparant. Duae cataractae (der Mühlibach et der Gießbach) hancce regionem exornant; posterior praecipue, quae nonnisi nuper inclaruit, inter totius Helvetiae pulcherrimas numerari potest: Plantae insigniores: *Geranium sanguineum*, *Spiranthes aestivalis* Rich. (*Ophrys* Balb., *Ophr. spiralis* L.).

Brientinus lacus (Brienzer-See), ad Oberlandiam Bernensem pertinens, 1766 p. s. m., 10 vel ut alii volunt 25 p. supra lacum Thunensem elevatus, ultra 3 leucas longus, sed vix unam integram latus est. Praeter Arolam multi rivi torrentesque, inter quos der Mühlebach et der Gießbach, pulchras efficientes cataractas praecipui sunt, in eum effunduntur. Utrinque ad caput

lacus, scilicet euro-boream versus, et in ima eius parte (austro-occidentali), ripae campestres arvis amoenisque pratis luxuriant: sed littus tum septentrionale, tum meridionale altiorum montium iugis subiectum est. Piscis, quem incolae *Brienzling* nuncupant, totius lacus optimus et frequentissimus est. *Rhododendrum* tum *ferrugineum* tum *hirsutum* (hocce ad cataractam rivi Gieſsbach) usque ad ima littora descendit.

Broia. V. Vaudensis pagus. Secus hunc amnem potissimum inter lacus occurrunt: *Lathyrus palustris*, *Poa aquatica*, *Senecio paludosus*, *Sonchus palustris*, *Thalictrum nigricans* Jacq. (*flavum* Sut.).

Bruderholz (das), in pago Basileensi prope pulchras villas Gundeldingenses situm, nec procul a divo Iacobo ad Birsam distans. In eo colle urbs Basilea campique eam circumdantes pulcherrimum efficiunt prospectum. Ibi observatae sunt: *Centunculus minimus*, *Crassula rubens*, *Gypsophila Saxifraga*, *Lonicera Periclymenum*, *Ornithogalum arvense* Pers., *Stellera Passerina*, *Veronica praecox* All.

Brugg, oppidulum Argoviense, in pulchra fertilique regione, ad Arolam nec procul a confluentibus Ursae et Limagi cum eo flumine situm. Arola ibi inter rupium angustias adeo coarctata est, ut ponti unius arcus subiiciatur. *Allium vineale* circa vicinum vicum Königsfelden observatum est.

Brügglingen, molendinum cum villa agri Basileensis, haud procul divo Iacobo ad Birsam. Ibi crescunt: *Acorus Calamus*, *Draba muralis*, *Physalis Alkekengi*, *Utricularia vulgaris*, *Veronica prostrata*.

Büel et Bühl. V. Walperswyl.

Bühlingen. V. Solodurum.

Bümplitz, vicus agri Bernensis, prope urbem et viam qua Friburgum itur. Ibi inveniuntur *Chaerophyllum aureum*, *Comarum palustre*, *Malva moschata*, *Spergula nodosa*.

Burdigny, exiguus vicus agri Genevensis, in ripa dextra Rhodani, haud procul finibus Galliae situs,

ad parochiam Satigny pertinet. Ibi indicatur: *Gladiolus communis.*

Burgdorf (Gall. *Berthoud)*, oppidum pagi Bernensis ad fluvium Emmiam, supra Hindelbank situm. Regio vicina, fertilis et amoenissima, collibus tum sylvosis, tum rupestribus arenosisve, campis laetisque pratis constat. In arce, ubi nunc praefectus Bernensis residet, sub republica helvetica optimus Pestalozzi paedagogium instituit, atque per aliquot annos novam, qua per totum terrarum orbem inclaruit, methodum elaboravit, quam deinde Ebroduni operis socii experimentis et permutationibus perpetuis a nativa simplicitate in peius mutaverunt. Solum arenosum vicinorum collium, alias in Helvetia rarius occurrens, nonnullas alit plantas, iam ab Hallero indicatas, et post eum Burgdorfi a recentioribus botanicis observatas. Ibi v. gr. inveniuntur: *Alyssum montanum* (in M. Pintzberg), *Arabis arenosa* Scop. *(Sisymbrium* L.), *Callitriche sessilis* DC. γ *autumnalis* (v. app. ad fl. helv. tom. VI.), *Cardamine amara*, *Carex alba* Scop., *Dianthus caesius* I *adscendens*, *Digitalis grandiflora* Lam. *(ambigua* Sut. in M. Pintzberg), *Epipactis rubra* Sw. *(Serapias* L.), *Festuca glauca* Lam., *Lychnis sylvestris* Hoppe, *Lapsana minima* All. *(Hyoseris* L.; rara), *Melittis Melissophyllum*, *Ornithogalum nutans*, *Prenanthes purpurea*, *Sambucus racemosa*, *Tanacetum vulgare*, *Teucrium Scorodonia*, *Tofieldia calyculata* Wbg. *(Anthericum* Sut.), *Trichostomum pallidum* Hedw., *Veronica urticaefolia* Jacq. (in M. *Pintzberg).*

Bürglen, magnus vicus pagi Uraniae, ad ingressum in vallem Schächenthal, et ad torrentem impetuosum eiusdem nominis proxime Altorfium situs. Ibi vixit magnus Tellius, patriae liberator.

Bürglen. V. Basileensis pagus.

Bürglen, mons iugi Stockhorn in Oberlandia Bernensi, 6 — 7 millia pedum supra mare elatus. Testante Cl. Trachsel ibi proveniunt *Anemone vernalis*, *Campanula thyrsoidea*, *Cineraria aurantiaca*, *Gaja*

simplex N. (*Laserpitium* L.), *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Kobresia scirpina* Willd. (*Elyna spicata* Schrad.), *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *uralensis* Dec., *Ox. montana* Dec. (utraque copiose).

Bursins. V. Mont.

Burtigny, vicus montanus pagi Vaudensis, inter Begnins et Longirod situs. Prospectus spectatori in colle huic vico proximo (le Molard) et regioni vitiferae la Côte impendente sese offerens, vix ab illo celeberrimo prospectu montis semaphori Signal de Bougis superatur, ac totum Lemanum et maximam pulcherrimamque pagi partem complectitur. Plantae rariores: *Althaea officinalis* (secus viam in ipso pago), *Camelina sativa* Crantz (*Myagrum* L.), *Carex ampullacea* Good., *C. dioica*, *Centaurea Cyanus β* floribus albis (in agris supra vicum), *Doronicum Pardalianches* (nuper non amplius visum), *Gentiana ciliata* (Longirod versus), *Malva moschata*, *Milium effusum*, *Orchis odoratissima* (in pratis ad semitam, qua in valleculam Prévon-d'Avaux descenditur), *Schoenus ferrugineus*, *Silene noctiflora*, *Sisymbrium thalianum* N. (*Arabis* L.). — V. Arzier, Prévon-d'Avaux, Longirod.

Bussigny, vicus pagi Vaudensis, ad viam, qua Morgiis ad Achallens itur, et supra Ecublens situs. Plantae rariores tum ibi, tum circa Crissier (Cressy) provenientes: *Chondrilla iuncea*, *Epipactis rubra* Sw. (*Serapias* L.), *Ophrys myodes* Jacq., *Orchis hircina* Crantz (*Satyrium* L.), *Ornithogalum pyrenaicum*, *Trifolium rubens.*

Bütenberg. V. Bienna.

C.

Cadenazzo. V. Bellinzona.

Cadenobbia, vicus ripae occidentalis lacus Larii, inter Menagio et Tramezzo, in regione amoenissima, plantisque regionibus calidioribus propriis ferassima, situs. Ibi provenit: *Andropogon Allionii* Dec.

Calanca (Val-), vallis alpina in Rhaetorum foedere superiori, ad latus australe magni iugi meridionalis sita, 5—6 l. longa. Ramus lateralis Alpium altissimarum et passim glacie perenni rigentium, eam a valle vicina parallelaque Misaucina separat. Occidentem versus, aliud etiam brachium alpinum, quod ei et valli Blegno interpositum est, a borea ad meridiem extenditur. Torrens Calancasca integram vallem percurrit, et prope Roveredo in fluvium Misaucinum Moësam dictum sese effundit. Solum istius regionis asperum est, quippe quae fere undique magnis montibus cincta sit. Vineis tamen pomariisque non omnino destituta est.

Calanda. V. Galanda.

Calève, praedium prope Nevidunum in amoena vallecula, viae regiae, qua in Galliam itur, contigua situm, et undique pratis, arvis, vineis sylvulisque circumdatum. In eo regionis tractu crescunt: *Achillea Ptarmica*, *Allium vineale*, *Astrantia minor*, *Centunculus minimus*, *Danthonia decumbens* Dec. (*Festuca* L.), *Dianthus superbus*, *Filago gallica*, *Galium boreale*, *Gnaphalium uliginosum*, *Lathyrus Cicera*, *Lolium arvense* With., *Malva moschata*, *Nardus stricta*, *Orchis coriophora*, *Orch. odoratissima*, *Orch. viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Populus alba* (ibi sata est neque apud nos spontanea provenit), *Plantago maior β minima*, *Polycnemum arvense*, *Scirpus setaceus β minimus*, *Sagina apetala*, *Spiraea Filipendula*, *Teucrium Scordium* (ad viam regiam), *Thlaspi arvense*, *Trifolium ochroleucum*. V. Duilliers.

Calveiserthal. V. Fabariae (thermae).

Camoghè, mons celeber in parte australi pagi Ticinensis, ad Italiae fines, nec procul a lacus Larii parte superiore situs. Neque multum ab urbe Bellinzona (6 aut 7 l.) distat. Per montem Cenere, vallem Agno et vicum Alborigo viae satis faciles ad eum montem ducunt, qui totius pagi altissimus esse dicitur. Ante pedes spectatoris patent magnus istius

pagi, vallium Calancae Tellinaeque tractus, et provincia Lariensis Mediolanum versus, usque ad immensos Italiae superioris campos; porro lacus Luganensis et magna pars lacuum Larii Verbanique; totum tandem coram oculis extenditur iugum Alpium australe a Pedemontio usque ad extremam vallem Tellinam. Absque omni dubio pascua eius haud secus ac vicinorum montium pulcherrimis stirpibus abundant: sed, ut videtur, eo respectu nondum explorata fuerunt. Ceterum Cl. Glutzio teste, casae pastoriae non nisi miserrimae ibi occurrunt, ut ibi viatores vix pernoctare possint.

Camor. V. Kamor.

Camperney. V. Werdenberg.

Campo, vicus Ticinensis, in valle eiusdem nominis supra Cerentino et infra Bosco situs. V. Bosco et Maggia.

Candera. V. fluvios pagi Bernensis et Thun.

Canderae vallis. V. Kanderae etc.

Canzo. V. Corni di Canzo.

Cape au Moine. V. Seron.

Capo di Lago, Codelago, vicus Ticinensis, ad terminum australem sinus orientalis lacus Ceresii, haud procul a M. Generosi radicibus, inter Luganum et Mendrisium situs. Regio vicina pulchras alit plantas; ibi v. gr. occurrunt: *Anthemis Triumfetti* Schl. (*Chamaemelum* All.; in sylvis ad M. Generosi pedem), *Clematis recta*, *Corydalis lutea* Dec. (*Fumaria capnoides* Sut.), *Cyclamen europaeum*, *Cytisus nigricans*, *Erysimum helveticum* Dec. (*Cheiranthus* Jacq.), *Galium insubricum* N., *G. purpureum*, *G. vernum* Scop. (*Valantia glabra* L.), *Helleborus viridis* (prope Melano), *Iasminum officiale*, *Panicum undulatifolium* Ard., *Ruscus aculeatus*, *Schoenus fuscus*, *Sedum Cepaea*, *Vicia dumetorum*.

Casanna, mons inter valles Oeni superioris, del Forno et Federiam, ad extremitatem orientalem iugi istius secundarii, sed altissimi, ac immensis molibus

glacialibus horrentis, quod per Maloiam cum Septimio, ac perinde cum iugo principe cohaeret, situs. Hocce secundarium iugum euro-austrum versus valles Oeni, Praegalliensem et Chiavennensem quasi muro altissimo sepit, et praeter Casannam, montes Berninam, Aureum (Monte del Oro) et Furculam comprehendit. Casannae plantae rariores citatae: *Campanula Cervicaria*, *Papaver alpinum*, *Saxifraga androsacea.*

Castione, pagulus vallis mediae Tellinae prope Chiuro ad flumen Addam situs. Ibi lecta est *Silene Armeria.*

Castrodunum (Château d'Oex, germ. Oesch), pulcher magnusque pagus Oberlandiae Vaudensis (district du pays d'Enhaut), ad Sarinam, inter Rougemont et Rossinière situs, ac testante Cl. Roger 1808 p. supra Lemanum et 2959 p. s. m. elevatus. Haec pars vallis Sanensis, etsi montibus praealtis subiecta, fertilis est, et multos pagulos habitationesque passim dispersas continet. Anno 1800 horrendum incendium fere totum vicum nec non eius templum colli vicino insidens penitus delevit. Ibi ante seculi proxime praeteriti finem vivebat ludimagister Favrod, herbariae rei amantissimus, qui proprio marte, librorum iconumque ope carens, permultas stirpes (inter quas nonnullae ipsi Hallero nondum innotuerant) in montibus vallibusque Sanensibus invenit et determinavit. In hortulo, quem vernaculi homines festive hortum latinum nuncupabant, plantas rariores pulchrioresque curiose alebat. Sarinae littora et Alpes valli imminentes Florae amicis dulces eius thesauros benigne largiuntur. In ipsa valle occurrunt: *Allium angulosum α petraeum* (ad Sarinam), *Astragalus aristatus* L'Hér. (*Tragacantha* Sut.; ibidem), *Astragalus depressus* (in templi colle), *Carduus crispus*, *C. Personata* Jacq. (*Arctium* L.), *Circaea alpina*, *Cirsium erucagineum* Lam., *C. subalpinum* N., *C. tricephalodes* Dec. (*Carduus* Lam.), *Epilobium Dodonaei* Vill. (*ros-*

marinifolium Haenke) *α*, et *β*, *Epipogium Gmelini* Rich. (*Satyrium Epipogium* L.; ad torrentem *la Ramaclée*), *Geranium sanguineum β pedunculis subbifloris*, *Hieracium succisaefolium* All. (au plateau des Braies), *Iuniperus Sabina*, *Mentha gentilis*, *Narcissus poëticus* (in pratis frequens), *Pyrola minor*, *Rosa rubrifolia* Vill., *Rumex sanguineus α pictus*, *Scutellaria alpina* (in torrentis glarea prope domum du Perret), *Selinum nigricans* N., *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis* L.), *St. pennata* (in montibus apricis supra oppidum), *Thalictrum minus* (ad Sarinam), *Valeriana Phu.* In Alpibus vulgo: *Arabis ciliata* R. Br. (*Turritis* Reyn.; in M. Charbonnet), *Cerinthe aspera* Roth. (in iugo septentrionali), *Cineraria aurantiaca* Willd. (aux Combettes), *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Corydalis intermedia* Mér. (*Fumaria* Ehrh.), *Hieracium blattarioides*, *Iuncus trifidus*, *Lapsana foetida* All. (*Hyoseris* L.), *Vicia sylvatica.* V. Crey, Parey, Seron, l'Étivaz.

Catogne de St. Branchier et Catogne de Martigny, montes Valesiae inferioris, prope St. Branchier et Octodurum siti. Hunc Vaudenses la Lotta nominant. In eo *Arbutus alpina*, *Avena versicolor*, et *Salix helvetica* Vill. (*arenaria* auct.) leguntur. Mons Catogne de St. Branchier 7800 p. s. m. elatus, ad orientem stratis calcareis, ad occasum autem rupibus graniticis constat. In sylva radicibus eius subiecta occurrunt: *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* Sut.), *Epipactis latifolia* Sw. (*Serapias* L.), *Helianthemum oclandicum* Dec. (*Cistus* L.), *Ophrys arachnites* Hoffm., ad summam sylvam), *Orchis coriophora*, *Pyrola minor*, *P. rotundifolia*, *P. uniflora.* In prato uliginoso 2. l. supra scopulum Roc de la Dent elato: *Phyteuma* floribus saturate coeruleis foliisque cordatis, *Ph. Halleri* All. simile (an *Ph. ellipticum* Poir.?), *Viola calcarata.* Prope montis verticem ad semitam infra locum ab incolis montem eversum (montagne renversée) dictum: *Sesleria disticha* Pers. (*Poa* Willd.)?? Ad

aristam montis vertici proximam, cuius pars superior strata lapidis muriatici et petrosilicis exhibet; *Androsace carnea*, *Andr. obtusifolia* All., *Andr. Chamaeiasme* Bieb. (*villosa* Sut.), *Azalea procumbens*, *Pinus Cembra* (nonnisi tamen rara et languescens), *Potentilla frigida* Vill., *Salix reticulata.* Paulo altius prope strata petrosilicis: *Draba Frigida* Saut. (*hirta* Sut.), *Dr. nivalis* Lili. Infra verticem, ad clivum occidentalem: caedem *Drabae*, *Androsace carnea* iterum, *Campanula thyrsoidea*, *Geranium aconitifolium* l'Hér. petalis magnis albis, antheris roseis, *Potentilla aurea* (*Halleri* Ser.), *Ranunculus alpestris*, *R. montanus* Willd. (*nivalis* Sut.), *Saxifraga aspera* II *bryoides.* In eo monte etiam occurrere videtur *Pedicularis tuberosa.* In alterutro praeterea citatur *Luzula lutea* Dec. (*Iuncus* All.).

Céligny, magnus pulcherque pagi Genevensis vicus, supra viam regiam, inter Crans et Coppet amoeno fertilique colli insidens. Territorium eius sese usque ad lacum extendit, sed ceterum undique ab agro Vaudensi cingitur. Prope hunc locum occurrunt: *Conium maculatum*, *Gaudinia fragilis* Pal. B. (*Avena* L.), *Scrofularia aquatica.* V. Crans, Bossey.

Cenere, mons humilior pulcherrimis castanetis consitus, a montis Camoghè cacuminibus inter valles d'Agno et Val-Marobbia, et inde iuxta magnam Ticini vallem usque in regiones lacubus Verbano et Luganensi contiguas extenditur. Pulcherrima via, nuperis temporibus exstructa, per hunc montem Bellinzona Bironicum et Luganum ducit. Plantae rariores: *Buphthalmum salicifolium*, *Carex punctata* N., *Lycopodium complanatum* (rarissimum), *Phyteuma corniculatum* Clairv. II *Columnae*, *Prunella laciniata* auct. helv. β floribus violaceis, *Schoenus fuscus.*

Cera (Tschiera, I. Scheuchzerus), mons fertilis Rhaeticae vallis Sexamniensis, austrum versus vico Andeer imminens. In eius sylvis, neque alibi a Scheuchzero et post eum ab amiciss. Gay *Milii effusi* varietas illa, quam Linnaeus *M. confertum* nominavit,

inventa est. Ibidem quoque reperiuntur: *Arundo halleriana* N., *Astragene alpina*, *Carex Scopolii* N. (*ferruginea* Sut.), *Danthonia decumbens* Dec. (*Festuca* L.), *Festuca Scheuchzeri* N. (*pulchella* Schrad.), *Linnaea borealis*, *Pedicularis foliosa*, *Phleum Michelii* All. (*hirsutum* Sut.), *Viola calcarata* I *subacaulis*.

Cergues (St.-), vicus montanus pagi Vaudensis, in iugo Iurano, ad viam, qua Neviduno in Galliam itur, situs, et testante Cl. Roger 2060 p. supra lacum Lemanum, vel 3211 p. s. m. elevatus. Nunc reipublicae expensis nova commodissimaque via inter Trélex et St.-Cergues exstructa est. In sylvis aliisque locis vicinis occurrunt: *Anemone nemorosa* * *monstrosa*, *Arabis hirsuta* Scop. (*Turritis* L.) II (*Ar. incana* Roth), *Calamintha Acinos* Clairv. (*Thymus* L.) β *villosa* (ad viam Trêlex versus), *Cardamina impatiens*, *Cuscuta europaea*, *Cytisus alpinus* Willd. (*Laburnum* Sut.), *Dentaria digitata* Lam., *D. pinnata* Lam., *Digitalis grandiflora* Lam. (*ambigua* Sut.), *D. lutea*, *D. media* Roth (rarissima nec alibi in Helvetia occurrens), *Dipsacus laciniatus*, *Hieracium amplexicaule* δ *denticulatum*, *Hypnum albicans* Neck. (ad viam regiam, paulo supra vicum), *Hypochoeris maculata* (à la Conrièrie), *Lilium Martagon*, *Lunaria rediviva*, *Orchis pyramidalis* (supra vicum), *Peucedanum Chabraei* N. (*Selinum* L.), *Potamogeton natans* K. et Z. I *vulgaris* β *pygmaeus* (in lacuna exsiccata, ad viam, les Rousses versus), *P. obtusus* Ducros (*rufescens* Schrad.; ibidem), *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Sm. Ser.), *Rosa rubrifolia* Vill. γ *iurana*, *R. spinosissima*, *Rubus hybridus* Vill. (*glandulosus* Bell.), *R. tomentosus* Willd. (uterque ad descensum in planitiem), *Scabiosa alpina* (rara stirps), *Senecio viscosus*, *Sorbus hybrida* (à la Croisette; tantum ibi et prope Agaunum observata).

Cerisius (lacus; lacus Luganensis, lago di Lugano), haud quidem inter maiores lacus Helvetiae, sed omnino inter amoenissimos recensendus. Partim in Ticinensi pago, partim in ditione Mediolanensi situs,

et 882 p. s. m. elevatus est. Latitudo eius summa vix unam leucam superat; sed Porlezza et Ponte di Tresa, loca maximam eius longitudinem metientia, ab oriente ad occidentem inter se 7 — 8 leucis distant. Forma valde irregulari insignis, austrum versus in duos sinus fere parallelos desinit. Littora eius, modo rupestria asperioraque, modo sylvestria, sed plerumque vicis villisque laetissimis ornatissimisque consita, summam adspectuum diversitatem praebent, ut eo respectu vix alius lacus cum Cerisio comparari queat. Veteres eius nullam mentionem fecerunt, et nonnulli putant eum olim nonnisi exigua lacuna constitisse, ac temporibus recentioribus aquis, quae ex montium vicinorum abyssis subterraneis subito eruperunt, summopere auctum fuisse. Inter rivos, quorum aquis alitur, Agnensis longe maximus est, nec procul ab istius rivi ostio, scilicet prope Ponte di Tresa, lacus per fluvium Tresam in Verbanum duabus leucis distantem exoneratur. Omnes hunc pulchrum lacum circumdantes regiones stirpium rariorum, climatibus felicissimis propriarum, feracissimae sunt. V. Generoso, Luganum, Gandria, Ponte di Tresa, Capo di lago.

Cernetz, vicus Rhaetiae, in summa Engadinae inferioris parte, ad Oeni ripam dextram situs, et 4485 p. s. m. elevatus. Regionis vicinae amoenitas domorumque elegantia hunc locum commendant; sed civium prosperitas ac frequentia adeo imminutae fuerunt, ut 45 domus incolis penitus orbae esse dicantur. Ab eo vico via montana, cuius summa altitudo ad 6664 p. s. m. aestimatur, equis tamen carrisque accessa, per montem Fuorno sive Ofen in vallem Monasteriensem (val da Mustair, das Münsterthal) ducit. In pratis prope pagum ad hancce viam frequens *Polemonium coeruleum*, et in quadam sylvula infra ipsius M. Fuorno diverticulum sita pulcherrimus *Senecio abrotanifolius* etiam copiose occurrit. Ceterum istum montem ipsumque verticem undique obsident sylvae.

Cernil. V. Chaux-de-Fonds.

Cervin. V. Sylvius.

Cevio. V. Maggia (Val).

Cierges (St.-), vicus pagi Vaudensis, Ebrodunum versus, una leuca Miniduno distans. Prope hunc locum provenit *Galeopsis ochroleuca* Lam. (*latifolia* Sut.).

Chalez (en), locus sterilis incultusque prope Aquileiam inter montem viamque regiam situs. Ibi nonnullae plantae rariores inveniuntur: v. gr. *Calamintha Nepeta* Clairv. (*Melissa* L.), *Samolus Valerandi* etc. V. Aquileia.

Chambave (Ciambava) oppidulum vallis Praetoriae, 3 fere leucis Augusta distans, et vino praestantissimo, quod regio vicina profert, notum. Climate calidissimo gaudet, neque tantum vallis ipsa, sed montes quoque eam sepientes pulchris stirpibus luxuriant. Circa Chambave frequentes leguntur: *Arenaria mucronata* Dec., *Aristolochia Clematitis*, *Gnaphalium luteo-album* (ad muros), *Hyssopus officinalis*, *Inula montana* (in pratis aridis), *Plantago arenaria* W. et K. (*Psyllium* Sut.), *Podospermum calcitrapifolium* Dec. (*Scorzonera resedifolia* Sut.; rarissima species), *Salsola prostrata*, *Scleropliyllum pulchrum* N. (*Crepis* L.), *Thymus vulgaris* (in ipsa Helvetia nusquam occurrens), *Tribulus terrestris* (perinde valli Praetoriae proprius). Prope Châtillon ad vallis Tornanche aperturam: *Alyssum alpestre* β *argenteum* (rarissimum), *Sisymbrium acutangulum* Dec. II *Tillieri*, *Thymus vulgaris*.

Chamblande (en), planities agri Lausannensis arvis fertilibus constans. Ibi plantae multae rariores repertae fuerunt. V. Lausanna.

Chambon, pagulus Vaudensis ad parochiam Noville haud procul Rhodani ostiis in Lemanum. Ibi inveniuntur *Galium tricorne*, *Ophrys arachnites* Hoffm., *Orchis viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Ornithogalum pyrenaicum* (Chessel versus).

Chamoseyre, altus mons Aquileiensium, supra

Olon et Aquileiam sese extollens, valli alpinae Ormonds contiguus, ac 5040 p. supra mare elatus. Plantae rariores cum ibi, tum in vicino M. Brettaie provenientes: *Achillea macrophylla*, *Aconitum Cammarum* Heg., *Ac. Napellus*, *Arnica montana*, *Arn. scorpioides*, *Blechnum boreale* Sw. (*Osmunda Spicant* L.), *Callitriche sessilis* Dec. δ *stellata* (in lacus aquis), *Erigeron alpinus*, *Gentiana purpurea*, *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Iuncus filiformis*, *Lycopodium alpinum*, *Menyanthes trifoliata* (in lacus alpini aquis), *Orchis* (*Satyrium* L.) *albida* All., *Orch. nigra* Scop., *Orch. viridis* Crantz, *Pedicularis foliosa*, *P. tuberosa*, *Potentilla alpestris* Hall. fil., *Rumex alpinus*, *Thalictrum aquilegifolium*, *Veronica alpina*, *V. Teucrium* II *Vahlii*, *Viola grandiflora* I *lutea*, *V. montana* I *stricta* (???), *V. palustris*.

Chamouny, vallis notissima Sabaudiae giganteo Mont-Blanc, qui sese austrum versus extollit, subiecta. Eam integram Arva percurrit, et inde per fauces perangustas inter immensos rupium parietes in humiliorem vallem Servoz defluit. Vallis Chamouny circiter 3160 p. s. m. elevata est. Secundum ripam sinistram v. meridionalem Arvae, a pede Montis Col de Balme prope le Tour (4485 p. s. m.), ad pylarum ingressum supra Servoz, ubique magnis pulchrisque molibus glacialibus horret, quae ab altioribus vallibus lateralibus ima petentes, multis locis usque in arvorum cultorum viciniam extenduntur. Inter quas praecipue distinguenda est, quae Glacier des Bois nominatur: pyramidibus innumeris in immensum amphitheatrum sese supra vallem sylvasque eius umbrosas extollentibus constat, atque ex parte inferiori, sublimem pulcherrimamque porticum efficiente, torrens impetuosus Arveyron erumpit, et ad Arvae littora festinat. Totius valli vicus princeps le Prieuré dicitur: ibi per omnes aestatis menses hospites ex diversis Europae regionibus adfluunt, incolisque olim pauperrimis parva sua tributa adferunt. Eis multi homines,

verbi gratia Rupicaprarum venatores, pastores etc. sese viae duces praebent, eosque in Alpibus vicinis comitantur. Tum per ipsam vallem, tum praesertim in montibus ei contiguis multae crescunt stirpes rarae. In sylva des Fonts indicatur *Linneae borealis.* In sylvis supra vallem: *Pyrola minor.* In rupibus faucium ad ipsam viam *Rhododendrum ferrugineum*, et inde in montibus ubique vulgatissimum. Ad vallis rupes, muros collesque: *Acrostichum septentrionale*, *Astrantia minor*, *Colchicum alpinum* Dec. (*montanum* All.), *Gentiana campestris*, *Hieracium florentinum* All. I (*H. praealtum* Vill.), *Scleranthus perennis* (in collibus graminosis), *Trifolium spadiceum*, *Viola pumila* Chaix *α cordifolia* (inter les Ouches et le Prieuré ad rupes murosque; forma princeps, sed rarissime occurrens). — In sylva laricina infra moles glaciales des Bois: *Epilobium Dodonaei* Vill. (*rosmarinifolium* Haenke), *Saxifraga aizoides*, *Sempervivum arachnoideum.* — In Alpibus vicinis: *Alchemilla pentaphyllea*, *Betonica hirsuta*, *Campanula cenisia* (in M. Buet), *Pedicularis rostrata*, *Senecio incanus.* V. Balme (col de), Breven, Montanvert.

Champé, vallecula amoenissima et hucusque fere ignota Valesiae inferioris, supra Octodurum, inter Orsière et Bourgvernier sita. Imam eius partem lacus subalpinus piscibus abundans obtinet. In ea valle leguntur: *Agrostis pilosa* Schleich. *α mutica* (in M. Bovinette), *Arundo halleriana* N. (ad lacus ripas), *Carex ampullacea* Good. (ibidem), *Eriophorum alpinum*, *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.), *Luzula spadicea* Dec. (*Iuncus* All.) *β elatior* (forma locis minus editis propria, rarissime occurrens), *Poa sudetica* Schrad., *Potentilla intermedia* (rara), *Tussilago alba*, *Uvularia amplexifolia.*

Champel, collis urbi Genevae vicinus, Arvae imminens. V. Geneva.

Champéry. V. Illiers.

Chams, perperam pro Schams. V. Sexamniensis vallis.

Chanci, pagus agri Genevensis in Rhodani ripa sinistra, 2 fere leucis ab urbe distans. Paludes vicinae plantis rarioribus abundant. Ad Rhodanum legitur: *Gypsophila repens.*

Changins. V. Nevidunum.

Chapuise, mons fertilis Aquileiensium, supra Bex, valli subalpinae Frenières imminens. In eius pascuis inveniuntur: *Achillea atrata*, *Ach. macrophylla*, *Androsace helvetica* N. (*Aretia* L.), *Aquilegia alpina*, *Arabis bellidifolia* Jacq., *Ar. pumila* Wulff., *Arbutus alpina*, *Astragalus aristatus* l'Hér., *Astrantia minor*, *Carex digitata*, *Centaurea montana*, *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Corallorrhiza Halleri* Rich. (*Ophr. Corallorrhiza* L.), *Epipogium Gmelini* Rich. (*Satyrium Epipogium* L.), *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.), *Hieracium Jacquini* Vill., *H. prenanthoides* Vill. III *cydoniaefolium*, *Imperatoria Ostruthium*, *Lapsana foetida* All. (*Hyoseris* L.), *Neottia cordata* Rich. (*Ophrys* L.), *Oxytropis montana* Dec. (*Astragalus* L.), *Phaca astragalina* Dec. (*Astragalus alpinus* L.), *Rumex arifolius* All., *R. scutatus*, *Senecio Doronicum*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.), *Tussilago alba*, *T. nivea*, *T. Petasites* ♀ (*T. hybrida* L.), *Uvularia amplexifolia*, *Valeriana montana*, *Viola palustris.*

Charat, pagulus Valesiae inferioris, ad viam sedunensem, inter Octodurum et Saxon situs. Ibi proveniunt: *Achillea setacea* W. et K., *Adonis vernalis*, *Agrostis interrupta*, *Anthriscus Cerefolium* Hoffm. (*Scandix* L.), *Anthr. vulgaris* Pers. (*Scandix Anthriscus* L.), *Avena fatua*, *Bromus tectorum*, *Chenopodium intermedium* M. et K. (*urbicum* fl. helv.), *Cicuta virosa*, *Conium maculatum*, *Galium tricorne* With. (*Valantia Aparine* Sut.), *Hieracium lanatum* Vill. (*Andryala* L.), *Lepidium petraeum*, *Oxytropis uralensis* Dec. (*Astragalus* L.), *Papaver Argemone*, *Tragus racemosus* Desf. (*Cenchrus* L.), *Thalictrum simplex*,

Veronica praecox All. *β minor (V. acinifolia* Mur.), *V. verna.*

Chaset, errore typographico in florae helv. textu pro Charat.

Chasseral, mons altus iugi Iurani in pago Bernensi supra lacum Biennensem et urbem Neuveville exsurgens, hinc ad occidentem valli Neocomensi Ruz, inde ad orientem Iuranae valli Erguël vel D. Immerii imminet. Ex eius cacuminibus supra lacum 3614 p. et supra mare 4968 p. elevatis, omnes ei subiectae regiones, lacus Biennensis, Neocomensis et Muratensis, et praecipue Alpium longissimus tractus lautissime prospiciuntur. Clivi montis inferiores habitationibus, pratis arvisque, ad quorum sepes *Lilium Martagon* insolita magnitudine et pulchritudine luxuriat, exornati sunt. In pascuis superioribus leguntur: *Allium paniculatum* (copiose), *All. Victorialis*, *Androsace lactea*, *Angelica montana* Schl., *Antirrhinum alpinum*, *Apargia alpina* Host, *Betula nana* (à l'Echelette), *Bupleurum ranunculoides β elatius (angulosum* Sut.), *Cardamine trifolia* (stirps in Helvetia rarissima neque in eo monte nuper reperta), *Carex brachystachys* Schrank, *C. paniculata* (à l'Echelette), *Cervaria Oreoselinum* N. *(Athamanta* L.), *Circaea alpina*, *Cochlearia saxatilis* Lam. *(Myagrum* L.), *Cyclamen europaeum* (ad pedem montis circa Lignières), *Drosera rotundifolia* (à l'Echelette), *Erigeron alpinus*, *Eranthis hyemalis* Salisb. *(Helleborus* L.), *Eriophorum alpinum*, *Erysimum ochroleucum* Dec. *(Cheiranthus* Hall. fil.), *Euphrasia alpina* Dec., *Gentiana Pneumonanthe* (prope Lignières), *Globularia cordifolia*, *Hieracium murorum* I *vulgatum δ obtusifolium*, *H. succisaefolium* All., *Helianthemum canum* Dun. *(Cistus* L.), *H. grandiflorum* Dec. *(Cistus* Scop.), *Laserpitium Siler*, *Neottia cordata* Rich. *(Ophrys* L.; inter stabula du Milieu et pascua montana Biennensia), *Orchis albida* All. *(Satyrium* L.), *Orchis pyramidalis*, *Potentilla aurea (Halleri* Ser.), *Rosa spinosissima*, *Rubus saxatilis*, *Salix*

phylicifolia II *nigricans* & *Cotoneaster*, *S. repens*, *S. retusa* var. foliis plerisque acutis (Hall. helv. 1648 β *S. myrtillioides* Sut.), tum et forma vulgatior, *Sonchus montanus* Lam., *Swertia perennis* (à l'Echelette), *Thalictrum aquilegifolium*, *Thlaspi montanum*, *Tozzia alpina*, *Uvularia amplexifolia* (à la Combe Biosse).

Chasseron, mons Iuranus pagi Vaudensis, ad limites Galliae et Neocomensium, supra Grandisonum adsurgens. Plantae citatae: *Angelica montana* Schl., *Dianthus caesius* Sm. II *montanus*, *Hypericum Richeri* Vill., *Pinguicula longifolia* Ram., *Ranunculus montanus* Willd. (*nivalis* Sut.).

Château d'Oex. V. Castrodunum.

Chatel-St.-Denis, oppidulum in parte meridionali pagi Friburgensis, ad viam regiam inter Viviscum et Bulle situm, 2497 p. s. m. elatum. Magnae paludes torfaceae prope hunc locum patentes raris stirpibus abundant nec hucusque sufficienter exploratae fuerunt. Ibi tamen iam indicantur: *Carex curta* Good. (*canescens* auct.; Semsales versus), *C. limosa*, *C. teretiuscula* Good. β *nana*, *Chrysosplenium alternifolium*, *Cicuta virosa*, *Comarum palustre*, *Conium maculatum*, *Dianthus superbus*, *Digitalis grandiflora* Lam. (*ambigua* Sut.), *Dipsacus pilosus*, *Drosera anglica* Huds., *Dr. rotundifolia*, *Epilobium palustre*, *Geranium palustre*, *Impatiens Noli-tangere*, *Melampyrum nemorosum*, *Menyanthes trifoliata*, *Narcissus Pseudo-Narcissus*, *Nymphaea alba*, *Ranunculus aquatilis* (*heterophyllus* Hoffm., *R. reptans*, *Salix repens* β *elatior*, *Saxifraga Hirculus* (ad lacum), *Scheuchzeria palustris*, *Sedum villosum*, *Spergula nodosa*, *Swertia perennis* (ad lacum), *Thysselinum palustre* Hoffm. (*Selinum* L.), *Vaccinium uliginosum*, *Viola palustris*.

Châtel sur Montsalvens. V. Friburgensis pagus.

Châtillon. V. Chambave.

Chaudane, nomen rivi et eius fontis pulchri prope Rossinière in Oberlandia Vaudensi. In aquis

purissimis istius fontis nonnulli Musci rariores laete vegetant. Ad rupes vicinos frequens legitur *Stipa Calamagrostis* Wahlenb. (*Agrostis* L.), nec procul inde *Rosa rubrifolia* Vill.

Chaud commun, mons Aquileiensium, pascuis fertilibus abundans, supra vicum subalpinum Gryon situs. Plantae: *Allium Schoenoprasum β alpinum*, *Avena distichophylla* Vill., *Luzula lutea* Dec. (*Iuncus* All.), *Sisymbrium pinnatifidum* Dec. (*bursifolium* Sut.), *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.).

Chaude, mons altus, sed fertilis, sese supra Pennilucum extollens, et Lemano imminens. Per eum montem semitae alpestres Penniluco Castrodunum ducunt. Plantae rariores: *Arbutus alpina*, *Eryngium alpinum*, *Gentiana asclepiadea*, *Hedysarum obscurum*, *Hieracium flexuosum* Willd. *β calvescens*, *Pedicularis gyroflexa* (formosa raraque species ibi olim reperta fuisse dicitur), *Ranunculus Thora*, *Rumex scutatus*.

Chaumont, mons Neocomensium, haud procul ab urbe distans. Ibi reperitur rara *Arundo sylvatica* Schrad. (*Agrostis arundinacea?* L.); sic et *Coronilla montana* Scop. (*coronata* Sut.).

Chaux (la), mons Valesiae infra horrenda praecipitia Grand-Vire et pascua les Martinets, supra vicos Fouly et Branson situs. Ibi pulchrum occurrit *Hieracium aurantiacum*.

Chaux d'Abelle (la), regio montana paludosaque, habitationibus sparsis consita, vallis superioris D. Immerii, in Bernensium Iuranis praefecturis. Hunc terrarum tractum per medium praeteritum seculum a Cl. Gagnebin assidue investigatum, nuper visitavit amiciss. Em. Thomas. Plantae rariores: *Andromeda polifolia*, *Betula intermedia* N., *B. nana*, *Carex curta* Good., (*canescens* auct.), *C. limosa*, *Cineraria spathulaefolia* Gmel., *Epilobium alpinum*, *Eriophorum vaginatum*, *Salix repens*, *Saxifraga Hirculus*, *Uvularia amplexifolia*, *Viola palustris*.

Chaux-de-Fond (la), emporium ditissimum alta-

rum vallium pagi Neocomensis, parum a limitibus Galliae et circiter duabus leucis ab oppido le Locle distans. Nonnisi ante seculi praeteriti initium conditum, iamiam, incolarum numero, urbem totius regionis principem superat, templum ingens magnificumque, vias latas, rectas domibusque elegantibus constantes, et scholas optime institutas possidet: quae omnia commercium et incolarum admirabilis industria genuerunt. Oppidum 3075 p. s. m. elevatum colles vicini sylvis abietinis horrentes circumdant; sub hoc inclemente coelo arbores pomiferae vix ac ne vix, nec nisi frumenta aestivalia provenire possunt. Et tamen, invita ipsa natura, undique tota regio praediis villisque concinnis ridet, adeo ut omnis via inter la Chaux-de-Fonds et le Locle praelongo ornatissimoque vico similis sit. Ceterum solum aridum sterileque nonnisi pauciores stirpes attentione dignas profert. Ibi inveniuntur: *Alopecurus pratensis* (aux Esplatures; Gramen rarum), *Carduus Personata* Jacq. (*Arctium* L.; in clivo sylvoso secus viam Neocomum ducentem), *Cerastium tomentosum* (au Foulet; rarissimum), *Cineraria spathulaefolia* Gmel. (etiam au marais de Chatelaz), *Corallorrhiza Halleri* Rich. (*Ophrys Corallorrhiza* L.), *Galanthus nivalis*, *Genista Halleri* Reyn. (*Spartium procumbens* Sut.), *G. pilosa* (tum à Cernil-Chaude), *Pinus sylvestris* γ (*P. Pumilio* Dec.), *Viola grandiflora* Vill. II *elongata*, *V. montana* I *stricta* (??), *V. palustris*. — Circa Boinod ad viam qua Neocomum itur: *Bellis perennis* γ *tubulosa*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.).

Chaux-du-milieu, vallis et vicus montium pagi Neocomensis, haud procul la Brevine, eurum versus. Vicus domibus dispersis, in duas lineas dispositis vallemque circiter sesquileucam longam circumdantibus constat. Ibi reperiuntur: *Lonicera coerulea* (la Brevine versus), *Scirpus caespitosus*.

Chemin, pagulus montanus Valesiae inferioris, supra Octodurum et St.-Branchier situs, fere undi-

que sylvis laricinis circumdatus. In monte vicino eiusdem nominis occurrunt 1) ad eius radicem vix leucae quadrantem Octoduro distantem: *Arabis hirsuta*, *Ar. perfoliata* Lam. (*Turritis glabra* L.), *Ar. turrita*, *Dianthus Armeria*, *Filago arvensis*, *Potentilla recta*, *P. rupestris*, *Trifolium agrarium.* 2) Tum in adscensu et in ipso monte: *Acer Pseudoplatanus*, *Asplenium septentrionale* Sw., *Campanula persicifolia*, *Cardamine impatiens*, *Chaerophyllum aureum*, *Cirsium eriophorum* Scop. (*Cnicus* L.), *Cynosurus echinatus*, *Digitalis lutea*, *Galium rotundifolium*, *Hypochoeris maculata*, *Inula salicina*, *Lycopodium selaginoides*, *Malva Alcea*, *Orchis pallens*, *Orch. sambucina* fl. flavis, *Polygala Chamaebuxus*, *Potentilla rupestris*, *Prenanthes purpurea*, *Pyrola minor*, *Rubus idaeus*, *R. saxatilis*, *Saxifraga cuneifolia*, *Scrofularia vernalis*, *Senecio alpestris* N. (*saracenicus* Sut.), *Sisymbrium thalianum* N. (*Arabis* L. in agris), *Ulmus montana* Sm. (fol. latissimis), *Veronica urticaefolia* Jacq., *V. verna* (prope pagulum Chemin).

Chemin-neuf, via alpina qua per M. Cheville et alia iuga difficilia praeruptaque inter paucas horas ab altissimis pascuis Enzeindaz Sedunum pervenitur. In eo itinere stirpes multae rariores inveniuntur, v. gr.: *Acer opulifolium* Vill., *Anthericum Liliastrum*, *Arbutus Uva-ursi*, *Astragalus aristatus* l'Hér. (*Tragacantha* Sut.), *Globularia nudicaulis*, *Hieracium lanatum* Vill. (*Andryala* L.), *Lilium bulbiferum* (supra Aven), *Potentilla caulescens*, *Rhamnus pumilus*, *Rosa montana* Vill. (*R. rubrifolia* H fl. helv.; supra Aven), *Tamarix germanica.* Ad lacum Derborenzae: *Arabis alpina*, *Ar. bellidifolia* Jacq., *Ar. pumila* Wulff., *Corydalis solida* N. (*Fumaria* Hoffm.).

Chenau (la), sylva alpestris, abietibus excelsis densissimisque constans, ad viam, qua Aquileia ad vicum le Sepey seu Ormond-dessous itur, sita. Ibi leguntur: *Convallaria verticillata*, *Cytisus alpinus* Willd., *Epipogium Gmelini* Rich. (*Satyrium Epipogium*

L.; rarissimum), *Melissa officinalis* (rara), *Rubus saxatilis*, *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis* L.), *Vicia sylvatica*.

Chenit (le), una ex tribus magnis parochiis vallis Iugensis, occidentem versus sita. Constat multis pagulis per superiorem vallis partem sparsis, quorum praecipui sunt: 1) le Sentier (ubi templum et presbyterium), fere ad caput lacus et paulo infra Urbae ostium situs; 2) derrière la Côte pone collem supra le Sentier; 3) le Brassus in dextra Urbae ripa ad pedem montis Marchairuz; 4) l'Orient de l'Orbe, secus fluvium supra le Brassus etc. Tota ea regio stirpibus montanis paludosisque rarioribus abundat, quas loco suo indicavimus. V. Sentier (le), Brassus (le).

Chéserex, pulcher vicus pagi Vaudensis, supra Nevidunum, fere ad radices montis Dolae et paulo infra castellum Bonmont situs. Regio vicina campestris est, atque pratis, pulchris pomariis arvisque constat; sed coelo frigidiori subiecta, vitis impatiens est. Plantae rariores: *Campanula patula*, *Convallaria multiflora β maior* (*C. latifolia* Sut.), *Hieracium fallax* Willd. I *exstolonosum*, *Laserpitium prutenicum*, *Primula farinosa*, *Stellaria pentagyna* N. (*Cerastium aquaticum* L.; in ipso vico).

Chessel, pagulus Vaudensis prope ripam dextram Rhodani inter Noville et Vouvri situs. In paludibus vicinis occurrunt: *Allium angulosum β palustre*, *Arabis hirsuta* Scop. (*Turritis* L.; Rupem versus), *Cakile rugosa* l'Hér. (*Myagrum* L.; ibidem), *Inula salicina* (perinde), *Senecio paludosus*. — V. Luissel.

Cheville, mons Valesiae inferioris, in iugo boreali, altissimis M. Enzeindaz pascuis continuus ac perinde aethereis montium Diablerets cacuminibus subiectus. Per eum via alpina, quae dicitur nova (le chemin neuf), ab Enzeindaz Sedunum ducit. Plantae rarae: *Achillea atrata*, *Ach. nana*, *Arbutus Uva-ursi*, *Astragalus aristatus* l'Hér. (*Astr. Tragacantha* Sut.), *Crataegus Amelanchier* Desf. (*Mespilus* L.),

Coronilla vaginalis Lam. (*minima* auct.), *Genista radiata* Scop. (*Spartium* L. in M. Verruet supra Cheville), *Gentiana acaulis*, *Globularia nudicaulis*, *Hieracium lanatum* Vill. (*Andryala* L.), *Lilium bulbiferum*, *Mespilus tomentosa* Ait., *Ornithogalum fistulosum* I *subalpinum* (*luteum* fl. helv.), *Pedicularis foliosa*, *P. verticillata*, *Ranunculus nivalis*, *R. pyrenaeus*, *Rosa montana* Vill. (*rubrifolia* II fl. helv.), *Silene acaulis*, *Tamarix germanica*, *Thalictrum minus*, *Viola calcarata*. V. Chemin-neuf, Enzeindaz.

Chexbus, pulcher magnusque pagi Vaudensis vicus, ad celebrem regionem vitiferam la Vaux dictam pertinens. Colli laetissimo, supra St.-Saphorin et infra parvum lacum montanum (le lac de Bré) adsurgenti insidet. Inde prospectus magnificus supra Lemanum et Alpes sabaudas atque valesiacas. Plantae insigniores: *Althaea hirsuta*, *Anemone Hepatica*, *Bunias Erucago* (in arvis frequens), *Carex gynobasis* Vill. (la tour de Gourze versus), *Galium tricorne* With. (*Valantia Aparine* Sut.), *Iberis amara*, *Rumex pulcher*. Praeterea ibidem a Cl. Leresche indicantur: *Arbutus Uva-ursi* (au Signal), *Cervaria glauca* N. (*Athamanta Cervaria* L.), *Corydalis cava* Wbg. (*Fumaria* Sut.), *Gnaphalium dioicum*, *Polygala Chamaebuxus*.

Chiasso. V. Mendrisium.

Chiavenna (lat. Clavenna germ. Cleven), urbs mediocris in valle eiusdem nominis, quae usque ad annum 1797 ditionis Rhaeticae fuit, ad fluvium Mairam, 2 leucas supra locum, ubi iste fluvius in lacunam Clavennensem (il laghetto di Chiavenna) et per eam in lacum Larium effunditur, sita. Tota vallis meridiem versus magno iugo australi subiecta, climate vere italico soloque fertilissimo, gaudet. In duos magnos ramos supra urbem discinditur, quorum alter per Praegalliam euro-boream versus usque ad Maloiam montem, alter per vallem D. Iacobi occidenti-boream versus usque ad Spelugam adscendit. Planities inter urbem et lacum contenta paludosa et valde

insalubris est, ut vicus Riva, ad lacunae caput situs, per quandam anni partem ab omnibus fere incolis deseratur. Sed in eo tractu pulcherrimae plantae occurrunt. Stirpes rariores circa Clavennam nascentes: *Andropogon Gryllus*, *Celtis australis*, *Cyperus longus*, *C. Monti*, *Hippophaë rhamnoides*, *Phytolacca decandra*, *Poa pilosa*, *Scirpus mucronatus* et *Sc. triqueter* (omnes inter Chiavennam et Riva). — *Achillea setacea* W. et K., *Campanula spicata* (versus Ripam), *Centaurea nigrescens* Willd., *C. splendens*, *Celtis australis*, *Chondrilla iuncea*, *Cistus salvifolius*, *Cytisus nigricans* (locis montanis aut ad rupes), *Erica arborea*, *Euonymus latifolia* Jacq., *Galium purpureum* (Riva versus), *G. vernum* Scop. (*Valantia glabra* Sut.), *Geranium sanguineum*, *Gnaphalium luteo-album* (ad Mairae ripam), *Iasminum officinale*, *Mentha rotundifolia*, *Nasturtium pyrenaicum* R. Br. (*Sisymbrium* L.), *Parietaria diffusa* M. et K. (*iudaica* auctor), *Phyteuma corniculatum* II Columnae, *Potentilla recta*, *Rumex scutatus*, *Ruscus aculeatus*, *Trifolium elegans* Savi, *Tr. rubens*.

Chiavennensis (lacus). V. Larius.

Chillon. V. Montreux.

Christianae (St.-), mons a C. B. citatus, inter Wiesae ripam sinistram et Rhenum in pago Basileensi, prope Riehen situs et fere leuca una ab urbe distans. Ibi indicat Bauhinus *Arbutum Uva-ursi*, *Chrysanthemum corymbosum*, *Violam caninam* floribus albis.

Clarens, pagulus agri Vaudensis, prope Lemanum inter Viviscum et arcem Chillon situs. Torrens vicinus ex Alpibus huic regioni imminentibus descendens, valde impetuosus est, nec raro totam planitiem inundat. Plerumque tamen alveus eius latissimus sicco pede traiicitur; inter arenas cadivosque lapides, quibus constat, multae plantae montanae v. subalpinae laete vigent. In eis vastis glareis, quas vulgo les baies de Clarens nominant, occurrunt: *Alnus incana* Willd., *Diplotaxis muralis* Dec. (*Sisymbrium* L.), *Epilobium Dodonaei* Vill. (*rosmarinifolium* Haenke), *Equisetum*

polymorphum Vauch., *Hieracium florentinum* All. II (*H. piloselloides* Vill.), *Hippophaë rhamnoides*, *Salix repens.*

Clarens, molendinum chartarium agri Nevidunensis, ad Promenthusam, inter Bénex et Vich, in regione campestri arvisque aptissima, quamquam substerili et lapidosa, situm. In agris vicinis leguntur: *Aira caryophyllea* (circa Pont-farbé), *Anchusa italica* Retz, *Bunium Bulbocastanum*, *Carex dioica*, *C. paniculata*, *Carthamus lanatus*, *Caucalis daucoides*, *Cladium Mariscus* R. Br. (*Schoenus* L.), *Crepis recognita* Hall. fil., *Cynanchum Vincetoxicum* Pers. (*Asclepias* L.; ad sepes copiose), *Herniaria glabra*, *Hieracium fallax* Willd. I *exstolonosum*, *Micropus erectus* (rarissimus), *Papaver Argemone*, *Trifolium striatum* (circa Pont-farbé semel lectum). — Secus Promenthusam: *Anemone ranunculoides*, *Carex maxima* Scop. (*pendula* Huds.; infra Pont-farbé), *Chaerophyllum hirsutum*, *Laserpitium prutenicum*, *Salix phylicifolia*, *Sium nodiflorum* (rarum), *Thalictrum angustifolium* I *jacquinianum*, *Th. aquilegifolium* (in sylvis), *Tofieldia calyculata* Wbg. (*Anthericum* Sut.).

Claridae (Alpes), editum Alpium Glaronensium iugum, Uraniae vicinum, molibus glacialibus immensis obrutum, ex quibus altissima cacumina, v. gr. montes Altenohren, Baumgarten, Fissmatt etc. sese extollunt. Supra pagum Linththal, ad limitem Uraniae iugum insigniter deprimitur, ibique laetissimis pascuis luxuriat, et iter satis commodum inter utrumque pagum viatoribus praebet. In eo itinere speciatim reperiuntur: *Achillea macrophylla* (etiam in valle Schächenthal), *Acrostichum septentrionale*, *Aiuga pyramidalis* β (*Ai. alpina* Sut.), *Alchemilla pentaphylla*, *Arnica montana*, *Asperula taurina*, *Astrantia minor*, *Avena versicolor* Vill., *Azalea procumbens*, *Bartramia halleriana* Hedw., *Carex capillaris*, *Carex firma* Host, *Chrysanthemum alpinum*, *Daphne Cneorum* (probabiliter forma II quae *D. striata* Tratt.), *Eriophorum Scheuch-*

zeri Hoppe (*capitatum* Hoffm.), *Festuca sylvatica* Vill., *Luzula spadicea* Dec. (*Juncus* All.), *Lycopodium alpinum*, *L. annotinum*, *Ligusticum Mutellina* Crantz (*Phellandrium* L.), *Osmanda spicant*, *Oxytropis campestris* Dec. (*Astragalus* L.), *Pedicularis foliosa*, *P. verticillata*, *Phyteuma hemisphaericum*, *Poa distichophylla* N., *Primula integrifolia*, *Saxifraga androsacea*, *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis* L.), *Trifolium alpinum*, *Viola palustris.* Testante Cl. Hegetschweilero in Alpibus Claridis generatim occurrunt: *Androsace helvetica* N. (*Aretia* L.), *Andr. pennina* N., *Apargia hispida* b *elatior* Heg., *Cardamine bellidifolia*, *Dianthus sylvestris* var. *alpina*, *Draba fladnizensis* Wulff. (*nivalis* Heg. in flore helv.), et *β minor* N. (*helvetica* Schl.), *Dr. tomentosa* Wbg., *Hieracium hyoseridifolium* Vill. (in M. Altenohren), *Phyteuma pauciflorum* (*globulariaefolium* Sternb. et Hoppe), *Saxifraga stenopetala* N. (*aphylla* Sternb.; copiose), *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.).

Claude (St.-), pulchrum oppidum, in Iurano tractu gallico (Département du Jura) supra Gex situm. In valle depressa, undique montibus collibusque asperis circumdata, cuius fundum occupat oppidum, pulchrae raraeque stirpes proveniunt, v. gr.: *Athamanta Libanotis β maior*, *Buxus sempervirens* (affatim. Incolae, teste I. Bauhino, iam seculo XVI ut et nunc etiam, e Buxi radicibus durissimis cochlearia, cultellorum manubria, fistulas sibilatorias, latrunculos, pyxides elegantissimas, et eius modi opera tornata conficiebant), *Cyclamen europaeum* Dec., *Orchis hircina* Crantz (*Satyrium* L.; à la vallée de Mijoux), *Orch. pyramidalis*, *Orobanche Epithymum* Dec., *Sedum anopetalum* Dec.

Clavenna. V. Chiavenna.

Clavennensis lacus. V. Larius.

Clées (les). V. Urba.

Clermont, regio montana inter les Convers et la Chaux-de-Fonds in pago Neocomensi sita, habita-

tionibus sparsis instructa. In eo tractu proveniunt: *Geranium phaeum*, *Malva moschata.*

Cliben, locus prope Klein-Hüningen, ad Rheni ripam dextram situs, Basileaque parum distans. Ibi citantur: *Allium carinatum*, *Asparagus officinalis*, *Carex Pseudo-Cyperus* (sub Friedlingen Klein-Hüningen versus), *Chenopodium polyspermum*, *Heliotropium europaeum*, *Ornithogalum arvense* Pers. (*minimum* Sut.), *Senecio sylvaticus*, *Triticum intermedium* Host (*iunceum* Sut.).

Clus (die), fauces perangustae Oberlandiae Bernensis, quibus ex Kandersteg vallis asperrima, undique montibus altissimis cincta, Gastern aditur. Ibi provenit: *Arenaria Villarsii* Balb.

Cluse, Sabaudiae oppidulum inter la Bonneville et Sallenche, quo per amoenam vallem Maglan pervenitur, ad Arvam in pylis asperrimis, inter horrendos rupium parietes coarctatis situm et p. 378 supra lacum Lemanum elevatum. Haud procul ab eo loco, pulchra in medio iugi septentrionalis pariete spelunca (caverne de Balme) aperitur. Ista caverna ad 700 p. supra Arvam elevata, magna porticu fere semicirculari et proinde cuniculis praelongis, in quibus stalactitae atque stalagmitae inveniuntur, denique puteo sicco profundissimo constat. Ad eius aditum *Lactuca sylvestris* lacte vegetat.

Codelago. V. Capo di Lago.

Codeno. V. Larius.

Cognes. V. Praetoria vallis.

Coinsins, vicus pagi Vaudensis, inter Vich et Trélex in agro Nevidunensi. Paludes vicinae torfaceae plantas nonnullas minus vulgares alunt. Ibi inveniuntur *Carex dioica*, *C. paniculata* (Duillier versus et ad Promenthusam), *Cladium Mariscus* R. Br. (*Schoenus* L.), *Laserpitium prutenicum* (ad pedem M. Iurae), *Minyanthes trifoliata*, *Pedicularis palustris*, *Potamogeton plantagineus* Ducros, *Schoenus ferrugineus*, *Spiranthes aestivalis* Rich. (*Ophrys* Balb.).

Col de Balme. V. Balme.

Col de St.-Remi. V. Remi (St.-).

Col de la Seigne. V. Seigne.

Col de la Fenêtre. V. Fenêtre et Ferret.

Col du Bonhomme. V. Bonhomme.

Col Ferret. V. Ferret.

Colico, pagulus vallis imae Tellinae, inter paludes ac prope lacum Larium situs. In vicinia occurrunt: *Senecio rupestris* Willd. (*laciniatus* Bert.), *Vicia sativa* II *segetalis* β *insubrica*.

Colombier (le). V. Gex.

Colombier, vicus amoenus pagi Neocomensis, prope lacum, inter urbem et Boudry, colli fertili, vite arboribusque pomiferis consito, insidens. Lacum versus, *Glaucium luteum* Scop. (*Chelidonium* L.), iam circa Grandisonum, ubi antehac abundabat, rarescens, etiamnum (aux allées de Colombier) reperitur. Ibidem etiam occurrunt: *Alnus incana* Willd., *Colutea arborescens* (circa Auvernier), *Diplotaxis tenuifolia* Dec. (*Sisymbrium* L.), *Gratiola officinalis*, *Hydrocotyle vulgaris*, *Teesdalia Iberis* Dec. (*Iberis nudicaulis* L., in arvis), *Teucrium Scordium* (aux champs d'Areuse).

Combaniva, mons humilior fertilis Aquileiensium, supra Gryon, eius generis, quos incolae Mazotz v. Mayens nuncupant, in quibus nempe armenta per primos bonae tempestatis menses pascuntur. Ibi crescunt: *Corallorrhiza Halleri* Rich. (*Ophr. Corallorrhiza* L.), *Epipogium Gmelini* Rich. (*Satyrium Epipogium* L.), *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.), *Hieracium montanum* Jacq. (*Hypochoeris pontana* L.), *Neottia cordata* Rich. (*Ophrys* L.), *Salix hastata* (*Arbuscula* Sut.), *Stellaria nemorum*, *Tozzia alpina*.

Combaz (la), mons Valesiae inferioris, ubi, testante Hallero, provenit *Chrysanthemum coronarium*.

Combe (la), clivus et vallecula cum parvo praedio, Nevidunensi ambulacro occidentali subiecta. V. Nevidunum.

Combe (La — Vallée de la). V. Octodurum.

Combe de Valanvron. V. Valanvron.

Combin, mons altissimus 13,253 p. s. m. elevatus, summam vallem Bagnes austrum versus claudens.

Combin (lac). V. Seigne (Col de la).

Como (lago di Como). V. Larius.

Comum (ital. Como), urbs mediocris, sed pulchra, in provincia Lariensi, ad extremum lacus Larii sinum occidentalem, in regione amoenissima et plantarum, quales terrae coelo mitiori subiectae proferunt, feracissima. Vix una leuca a vico Ticinensi Chiasso, in totius Helvetiae ultimo termino australi, ad viam, qua Mendrisium itur, sito, distat. Plantae rariores: Ad ripas lacus in urbis vicinia, *Adianthum Capillus*, *Aquilegia pyrenaica* Dec. (supra urbem), *Andropogon Allionii* Dec., *Andr. Gryllus*, *Aristolochia rotunda*, *Capparis spinosa*, *Celtis australis*, *Centaurea splendens*, *Cervaria alsatica* N. (*Peucedanum* L.) *β albiflora* (*Selinum venetum* Spreng.), *Ceterach officinarum* Willd. (*Asplenium Ceterach* L.), *Corydalis lutea* Dec. (*Fumaria capnoides* Sut.), *Cyperus longus*, *Cytisus nigricans*, *Galium insubricum* N. (inter Comum et Borgo di Vico), *Galium purpureum*, *Helleborus viridis*, *Melia Azedarach* (circa villas quasi spontanea), *Parietaria diffusa* M. et K. (*iudaica* auct.), *Ruscus aculeatus*, *Ruta graveolens*, *Scirpus mucronatus*, *Spiranthes autumnalis* Rich. (*Ophrys* Balb. *Ophr. spiralis* L.; ad colles herbidos prope urbem). V. Larius lacus.

Conches. V. Geneva.

Conches. V. Gombs.

Concise, magnus et pulcher pagi Vaudensis vicus, haud procul a lacu Neocomensi situs, pago eiusdem nominis fere conterminus, et Grandisono 2 leucis distans. Regio vicina valde fertilis est, et pulchris vineis pomariisque luxuriat. Ibi indicatur *Arenaria fasciculata* Jacq. (*Alsine mucronata* Sut.).

Contamines (les). V. Bonhomme.

Contey, vicus decuriae eiusdem nominis caput, in Valesia inferiore, supra Sedunum ad pedem mon-

tium Diablerets et Cheville, pulchro fertilique colli insidens, ac fere leuca una Seduno Rhodanoque distans. Ibi leguntur: *Achillea nobilis*, *Adonis autumnalis*, *Aethionema saxatile* R. Br. (*Thlaspi* L.), *Alyssum incanum*, *Anthriscus Cerefolium* Hoffm. (*Scandix* L.), *Artemisia vallesiaca*, *Asperula arvensis*, *Avena fatua*, *Avena loeflingiana* (*rarissima*), *Bupleurum rotundifolium*, *Caucalis daucoides*, *C. latifolia*, *Campanula bononiensis*, *Chondrilla iuncea*, *Crepis foetida*; *Erysimum helveticum* Dec. (*Cheiranthus* Jacq.); *Ficus Carica*, *Lepidium graminifolium* (*L. Iberis* Sut.), *Lonicera Caprifolium*, *L. Periclymenum*, *Morus alba*, *Onosma montanum* Sm., *Oxytropis pilosa* Dec. (*Astragalus* L.), *Physalis Alkekengi*, *Podospermum muricatum* Dec. (*Scorzonera laciniata* Sut.), *Ranunculus arvensis*, *Rubia tinctorum*, *Salvia Sclarea*, *Thrincia hirta* Roth (*Leontodon* L.), *Veronica acinifolia*, *Vicia onobrychioides*.

Coppet, oppidulum pagi Vaudensis, ad Lemani ripam, inter Nevidunum et Versoix situm, pagique limiti occidentali proximum. Huius loci barones ibi sumptuosam villam, hortis sylvulisque amoenissimis instructam possident. Eam sedem celebrem fecerunt Baylius, qui ibi sub initio seculi octodecimi apud comites de Dohna vivebat, tum temporibus nostris illustris Neckerus, antea regni Galliae vectigalibus praefectus et summae publicae rei administer, cum sua erudita venerandaque coniuge e civili naufragio elapsus; post eorum obitum filia, quam unicam habebant, ingenio eloquentiaque praeclara; denique nobilis eius filius, virtutibus omnibusque bonis artibus pollens, sed, eheu! obitu praematuro, religionis, humanitatis patriaeque amicis ereptus. — Regio vicina campis collibusque fertilibus constat, bonum vinum rubrum profert, neque omnino Florae ornamentis caret. Inveniuntur nempe: *Crassula rubens*, *Gaudinia fragilis* Pal. B. (*Avena* L.), *Inula hirta* (olim a rev. Ducros lecta), *Lotus corniculatus* ε *tenuifolius*, *Melilotus officinalis* Willd. (inter Coppet et Commugny. Forma

maxima, stipulis, in planta nondum florente, basi dentes longos subulatos divergentesque emittentibus, ac figura insolita foliorum conspicua), *Orobanche Artemisiae campestris* Vauch. (*gracilis* Schl.; ad viam qua Divonam itur), *Peplis Portula* (à Tanay et au bois de Vétey), *Scrofularia canina*, *Stachys germanica*, *Tulipa sylvestris*, *Verbascum Blattaria.*

Corbacière, mons Valesiae mediae,, in valle Lens vel Lenz, supra St.-Léonard, in Rhodani ripa dextera situs. Pone eum montem occurrit *Saxifraga cernua*, pulchra stirps, sed rarissima, et diu post Hallerum apud nos detecta.

Corbacières de Bagnes. V. Bagnes.

Corbières. V. Lens.

Corneaux. V. Blaise (St.-).

Corni di Canzo, scopuli gemini lacui Lario, ubi in duos sinus diffinditur, altissime imminentes, et supra eius superficiem 3612 pedes elevati. Ad eorum rupes praeruptas quam multae stirpes rarissimae pulcherrimaeque proveniunt, quarum *Saxifragam Vandellii* facile reginam diceres. Praeterea occurrunt: *Apargia incana* Scop., *Betonica Alopecuros*, *Buphthalmum speciosissimum*, *Bupleurum graminifolium* Vahl., *Campanula pusilla* Haenke *γ pubescens*, *C. Rainerii* Perp., *Cirsium pannonicum* N. (*Carduus* L. fil.), *Dianthus monspessulanus β plumosus* (*D. plumosus* Spreng.), *Echinospermum deflexum* Sw. (*Myosotis* Wbg.; supra pagum Val-Madrera), *Horminum pyrenaicum*, *Laserpitium luteolum* N. (non vegetat ultra regionem alpinam inferiorem" Comolli), *Phyteuma comosum*, *Ph. corniculatum* III (*Ph. Charmelii* Vill.), *Primula calycina* Duby, *Saxifraga Vandellii* („nusquam alibi in montibus Lariensibus reperitur" Com.), *Scabiosa graminifolia*, *Senecio rupestris* W. et K. (*laciniatus* Bert.), *Valeriana saxatilis*, *Viola declinata* W. et K. (testibus Cl. Duby et Emm. Thomas), *V. heterophylla* Bert. (secundum Cl. Comolli: an eamdem stirpem aut duas diversas plantas invenerint, non liquet).

Correndelin. V. Delémont.

Cortebert, vicus modicus vallis D. Immerii, in praefecturis Iuranis Bernensium, infra Courtelary, ad fluvium Susam situs. Ibi occurrunt *Arbutus alpina* (à la cheneau de Cortebert), *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.).

Cossonay, amoenum oppidulum inter la Sarraz et Morgias situm. Regio vicina pulcherrimos prospectus exhibet. — In sylvis eius reperta fuit rarissima *Carex pilosa* Scop.; occurrunt quoque: *Vicia hybrida* (non alibi reperta), *Anemone hortensis*, *Alnus incana* Willd. inter oppidum et Lausannam ad rivulos frequens occurrit, *Bunias Erucago* (circa Penthaz).

Côte (la). V. Mont, Rotulum.

Côtes (les). V. Trêlex.

Coudray, pagus Sabaudiae, ad lacum Lemanum, in amoenissimi sinus fundo, inter Ivoire et Thonon situs. Prope vicum pulchra est sylvula, tota *Buxo vulgari α arborescente* constans. Plantae rariores: *Hippophaë rhamnoides* (ad lacus littora, copiose), *Scirpus Holoschoenus*.

Couleuse (rochers de la). V. Ilfingen.

Cour, pulcher vicus, Lausannae proximus, ubi multae villae, inter laetissima pomaria quasi latitantes, civibus atque hospitibus deliciis sunt. Ibi occurrit: *Orobanche minor* Sut. V. Lausanna.

Courmayeur, vicus Pedemontanus, infra vallem Ferret, nec procul a pede australi Montis-Albi, in summa Doriae Valle, quae regionis Praetoriae partem superiorem efficit, situs et testante illustrissimo Saussurio, 3750 p. supra mare elevatus. Per aestatem hospites multi propter thermas celebres, et fontes aquarum acidularum, magnis viribus pollentium, in eius loci vicinia scaturientium, eo affluunt. Infra vicum cito limites inveniuntur climatis subalpestris frigidique, et Italici seu calidioris, ut intra paucas horas stirpes montium glacialium et regionum calidissimarum in ea valle locisque vicinis facile colligi possint. Inter

Villeneuve et Courmayeur leguntur: *Anchusa officinalis*, *Aristolochia Clematitis*, *Artemisia Absinthium*, *Astragalus Onobrychis*, *Calamintha grandiflora* Moench. (*Melissa* L. ad rivum, l'Allée blanche versus), *Celtis australis*, *Centaurea Crupina*, *Chenopodium Botrys*, *Colutea arborescens*, *Echinops sphaerocephalus*, *Erysimum helveticum* Dec. (*Cheiranthus* Jacq.), *Hieracium rupestre* All. (in vallecula Entrêve infra vallem Ferret), *Iuniperus Sabina*, *Lactuca angustana* All., *L. perennis*, *L. Scariola*, *L. virosa*, *Lycopodium helveticum*, *Nasturtium pyrenaicum* R. Br. (*Sisymbrium* L.), *Onosma echioides* Sm., *Podospermum muricatum* Dec. (*Scorzonera laciniata* Sut.), *Salsola prostrata*, *Scutellaria alpina* (supra vicum vallem Véni versus), *Stipa capillata*, *Thymus pannonicus* All., *Tragopogon maior* Hoffm. In monte vicino Cramont, unde immensa Montis Albi dorsa magnifica prospiciuntur, lecta fuerunt: *Bupleurum caricifolium* Willd., *Thalictrum nutans* Desf.

Court. V. Moutiers-Grandval.

Couvet. V. Motiers.

Cran. V. Lens.

Crans, vicus Vaudensis, villa pulcherrima insignitus, inter Nevidunum et Céligny (huic loco nempe proximus), colli fertili supra viam regiam Lemanumque insidens. Plantae rariores: *Allium carinatum*, *All. oleraceum*, *Castanea vulgaris* Lam. (omnino spontanea), *Colutea arborescens*, *Corydalis cava* Wbg. (*Fumaria* Hoffm.), *Dipsacus pilosus*, *Fedia dentata* Vahl, *Galium tricorne* With. (*Valantia Aparine* Sut.), *Melica uniflora* Retz., *Ophrys anthropophora*, *Ornithogalum nutans*, *Lathyrus Aphaca*, *L. Nissolia*, *Leersia oryzoides* Willd. (*Phalaris* L.), *Lolium arvense* With., *Ornithogalum nutans*, *Panicum glabrum*, *Physalis Alkekengi*, *Ranunculus Philonotis* (in agris), *Scilla amoena*, *Scirpus Baeothryon*, *Sc. setaceus*, *Thlaspi arvense*, *Vicia lutea*. In sylvula pago vicina vastissimum observatur rupis graniticae fragmentum, cuius immensa moles omnigenis alpinis lichenibus ac praecipue *Gyro-*

phora pustulata Ach. obtecta est. *Ceterach officinarum* Willd. ad muros hortorum villae occurrit.

Crassier, amoenus pagi Vaudensis vicus, ad rivuli Boiron, quo a ditione gallica separatur, ripam sinistram, supra Crans et infra la Rippe situs. Campi vicini subfrigidi vitisque impatientes, ceterum gratissimi sunt, ac pratis, arvis sylvulisque constant. Ibi crescunt: *Leersia oryzoides* Willd. (*Phalaris* L.), *Orchis coriophora*, *Potamogeton densus*.

Crenzach, pagus magni ducatus Badensis, ad ripam dextram Rheni, paulo supra Basileam situs. Collis vicinus, fluvio imminens, stirpibus raris pulchrisque tectus (das Crenzacher Horn), iam a temporibus Bauhinorum usque ad nostros dies inter botanicos helveticos celeberrimus est. Ibi reperiuntur: *Aira caryophyllea*, *Allium Ampeloprasum* (in vineis), *All. arenarium*, *All. carinatum* (floribus ochroleucis), *All. oleraceum*, *All. vineale*, *Anemone Pulsatilla*, *Anthericum Liliago*, *Anth. ramosum*, *Arabis perfoliata* Lam. (*Turritis glabra* L.), *Arenaria fasciculata* Jacq. (*Alsine mucronata* Sut.), *Athamanta Libanotis β maior*, *Bromus squarrosus*, *Buxus sempervirens*, *Campanula patula* (Bettingen versus ad oram sylvae), *Carex humilis* Leyss. (*clandestina* Good.), *Centunculus minimus*, *Cervaria glauca* N. (*Athamanta Cervaria* L.), *C. Oreoselinum* N. (*Athamanta* L.), *Convallaria bifolia*, *C. Polygonatum*, *Dianthus Armeria*, *D. superbus*, *Epilobium Dodonaei* Vill. (*rosmarinifolium* Haenke), *Euphorbia dulcis*, *Gentiana ciliata*, *Geranium phaeum*, *G. pratense*, *Hieracium praemorsum*, *H. sabaudum*, *Isatis tinctoria*, *Leucoium vernum*, *Lilium Martagon*, *Luzula campestris* Dec. „*β elatior*" Hag., *Muscari* (*Hyacinthus* L.) *comosum* Mill., *M. racemosum* Mill., *Ophrys anthropophora*, *Ophr. aranifera* Huds., *Ophr. myodes* Jacq., *Orchis fusca* Jacq., *Physalis Alkekengi*, *Poa aquatica*, *Potentilla cinerea* Chaix, *P. opaca*, *Pulmonaria angustifolia*, *Pyrola secunda*, *Sambucus racemosa*, *Saponaria Vaccaria*, *Schoenus compressus*, *Seseli bienne* Crantz (*annuum*

L.), *Tofieldia calyculata* Wbg. (*Anthericum* L.), *Trifolium filiforme* Schreb., *Tr. rubens*, *Ulmus suberosa* Willd. β *pumila* (V. fl. helv. II. p. 606.), *Viola mirabilis*, *V. odorata* fl. albo.

Cressi vel potius Crissier. Vicus planitiei Vaudensis, ad viam qua Lausanna Cossonay versus itur, 2 leucis ab illa urbe distans. In vicinia occurrunt: *Fedia dentata* Vahl, *Ophrys apifera* Huds., *Ornithogalum pyrenaicum*, *Saponaria Vaccaria*, *Stachys germanica* (inter Cheseaux et Romanel), *Trifolium ochroleucum* (prope Romanel). — Prilly versus: *Lythrum Hyssopifolia* (rarum), *Orchis coriophora*, *Pulicaria vulgaris* Gaertn. (*Inula Pulicaria* L.; rara). — V. Bussigny.

Creux du Van, Creux du Vent, mons Iuranus ad limites pagorum Vaudensis et Neocomensis situs. Intra horam unam ex vico Neocomensi Noiraigues in immensam rupium altissimarum ac praeruptarum aream, quae formam circularem vanni quodammodo refert, pervenitur. Ex qua similitudine monti nomen inditum fuisse viri peritissimi contendunt; cum autem in rupium istarum cacumine ventus impetuosus plerumque spiret, ac mirum in modum subliniora petat, alii putant hocce nomen antrum venti, neque fauces vanni, significare. Amphitheatrum vepribus arbusculisque consitum, rupium parieti subiectum, pulchris stirpibus abundat. Inter quas occurrunt: *Allium Victorialis*, *Androsace lactea*, *Angelica montana* Schl., *Antirrhinum alpinum* β *caule erecto*, *Aster alpinus*, *Athamanta cretensis*, *Ath. Libanotis*, *Bupleurum longifolium*, *Campanula urticifolia* Schmidt (floribus albis), *Cardamine hirsuta* α (*C. sylvatica* Link), *Carduus Personata* Jacq. (*Arctium* L.), *Carex Pseudo-cyperus* (!), *Chaerophyllum aureum*, *Convallaria verticillata*, *C. Polygonatum*, *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* auct.), *Cynoglossum montanum* Lam., *Dentaria digitata* Lam., *Erysimum virgatum* Roth. β *Iuranum*, *Euphrasia alpina*, *Galium sylvestre* II *alpestre*, *Helianthemum canum*

Dun. (*Cistus* L.), *Heracleum alpinum*, *H. Sphondylium* II *stenophyllum*, *Hieracium flexuosum* Willd., *H. Jacquinii* Vill., *H. prenanthoides* II *iuranum*, *Hypericum pulchrum*, *Inula montana*, *Laserpitium siler*, *Lunaria rediviva*, *Luzula (Iuncus* L.) *Forsteri* Dec. (*I.* Sm.), *L. sylvatica* N. (*I.* Curt.), *L. spadicea* Dec. (*I.* All.), *Orchis nigra* Scop. (*Satyrium* L.), *Phleum Michelii* All., *Poa hybrida* N., *Potentilla caulescens*, *Ranunculus montanus*, *Rhododendrum ferrugineum*, *Rubus saxatilis*, *Rumex obtusifolius*, *Scabiosa sylvatica β longifolia*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *Thalictrum minus* I *pruinosum*, *Thlaspi alpestre*, *Thl. montanum*, *Valeriana angustifolia.*

Crevola, locus ditionis pedemontano-mediolensis, una fere leuca a Domo d'Ossola distans et ad pedem australem montis Sempronii situs; olim obscurus, nunc, propter altissimum pulcherrimumque pontem, ad ingressum totius regii operis exstructum, celebris. In rupibus gramine vestitis, paulo supra pontem *Cactus Opuntia* frequens occurrit, sic et *Silene Armeria*, *S. Otites* Sm., *Allium angulosum γ serotinum*, *Potentilla opaca β germanica.*

Crey, mons alpinus inter pagum friburgensem et Oberlandiam vaudensem, supra Castrodunum sese extollens. Plantae rariores: *Avena pubescens β alpina*, *Pedicularis versicolor* Wbg. (?), *P. foliosa*, *P. adscendens* Schleich., *Hedysarum obscurum*, *Iuniperus Sabina* (ad montis radices supra Castrodunum).

Crispalt. V. Rhaetia.

Crissier. V. Cressi.

Croix (St.-), magnus vicus pagi Vaudensis in montibus Neocomensi ditioni proximis situs, atque per magnam partem frigidae vallis torfaceae sparsus. Ea vallis stirpibus rarioribus abundat. Ibi nempe leguntur: *Centaurea nigra* (in Helvetia rarissime occurrens), *Comarum palustre*, *Eriophorum angustifolium* Roth *α* (*Er. Vaillantii* Turp. et Poit.), *Gentiana Pneumonanthe β uniflora* foliis solito multo latioribus, *Myosotis*

alpestris Schmidt *β elatior*, *Polemonium coeruleum*, *Scirpus caespitosus*, *Swertia perennis*, *Viola pumila γ (V. ericetorum* Schrad.)

Crosgalle. V. Larius lacus.

Cudrefin. V. Neocomensis lacus.

Culand, mons Alpium, ni fallor, Aquileiensium, ab Hallero citatus. In eo nempe occurrunt: *Artemisia Mutellina* Vill., *Betonica hirsuta*, *Gnaphalium alpinum*, *Hedysarum alpinum*, *Rumex scutatus.*

Cully, oppidulum regionis viniferae la Vaux, ad Lemanum viamque regiam inter Lutry et Viviscum. Ibi observatae fuerunt: *Arbutus Uva-ursi* (au Signal), *Limodorum abortivum* Sw. *(Orchis* L.), *Mespilus Cotoneaster*, *Solanum nigrum δ humile.* V. la Vaux.

Curia (Chur, gall. Coire, romanice Coira, Quura et Quera), urbs in magna Rheni valle, inter Reichenau et Mayenfeld, in fluvii ripa dextra, haud procul a montis Galandae pede australi sita, totius Rhaetorum reipublicae caput. Climate mitissimo gaudet, campis pratisque fertilibus circumdata est, et plerique vicini colles vinum generosissimum rubrum et album edunt. Plantae rariores: *Achillea tanacetifolia* All.? (in pratis; C. B.), *Adonis aestivalis* (in satis prope Haldenstein), *Allium carinatum* (prope Ems et ad viam Thusis versus, *Anchusa angustifolia*, *Androsace pennina* N. *(Aretia* Mur.; in Alpibus supra urbem), *Anthericum Liliastrum* (auf den Emser Mayensässen), *Asperula arvensis*, *Asp. odorata*, *Asp. taurina*, *Asplenium Adiantum-nigrum*, *Astragalus monspessulanus* (inter Curiam et Thusis v. gr. prope Ems), *Brassica Erucastrum* (secus viam Ems versus), *Camelina sativa* Crantz *(Myagrum* L.), *Cardamine impatiens* (inter urbem et pontem lateritium Ziegelbrücke), *Carduus crispus* (copiose), *Cervaria Oreoselinum* N. *(Athamanta* L.), *Chondrilla prenanthoides* Vill. *(Lactuca* Scop. ad alveum amnis Plessur, an etiam secus Rhenum?), *Chrysocoma Linosyris* (Ems versus), *Colutea arborescens* (Tamins versus), *Cyclamen europaeum*, *Digitalis pur-*

purea?? (CONR. GESNER), *Diplotaxis angustifolia* Dec. (*Sisymbrium* L.), *Dorycnium suffruticosum* Vill., *Echinospermum Lappula* Sw. (*Myosotis* L.), *Gladiolus communis??*, *Hieracium staticefolium* Vill. (ad *Rheni* glareas), *Hippophaë rhamnoides* (ibidem), *Hyoscyamus niger*, *Hypochoeris maculata* (prope Malix), *Lathyrus tuberosus*, *Lunaria biennis* Moench?? (*annua* L.?? I. B.), *Lotus siliquosus*, *Narcissus poëticus*, *Nepeta Cataria*, *Oxytropis pilosa* Dec. (*Astragalus* L. inter Curiam et Thusis), *Potentilla caulescens*, *Primula acaulis* Jacq. (qua reliquae Helvetiae germanicae partes fere omnino carent), *Rhamnus saxatilis* (Ems versus), *Tamarix germanica* (ad Rheni glareas), *Thalictrum aquilegifolium*, *Trientalis europaea???* (in sylvis SCHLEICHER), *Trifolium rubens*, *Veronica longifolia* (prope Ems; rev. POL; quid?), *V. urticaefolia* Jacq., *Zanichellia palustris* (supra urbem). V. Mayenfeld, Galanda, Marschlins.

D.

Dansex, mons alpinus iugi borealis, ubi ab Hallero citatae fuerunt: *Allium angulosum α petraeum*, *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Chrysanthemum Leucanthemum* II *montanum*, *Pedicularis foliosa*, *P. tuberosa*.

Darbignon. V. Arbignon.

Darbon, mons alpinus ab HALLERO subinde citatus; Viro enim magno teste inter eius raras stirpes occurrunt: *Arabis pumila* Wulff., *Ar. bellidifolia* Jacq., *Bupleurum stellatum*.

Dardagny, vicus pagi Genevensis, in ripa dextra Rhodani, 2 leucas infra urbem situs. Ibi occurrit *Reseda Phyteuma* ad fluminis littora et loco dicto à la plaine.

Daube (die), Daubensee. V. Gemmi.

Davos, vallis alpina pagi Rhaetorum, inter vallem Schalfik et Engadinam inferiorem, ab oriente occidentem versus porrecta, et a torrente Landwasser dicto

percursa. Tota vallis pagulis et domibus sparsis consita, quamvis undique montibus asperrimis geluque perpetuo rigentibus circumdata, amoenissimum adspectum viatoribus praebet. Orientem versus in vallecula laterali Sertig, ubi etiam pagulus saltem per aestatem habitatur, sylva quaedam integra *Pinis Cembris* constat. — Supra vicum praecipuum auf dem Platz vel am Platz dictum, fere ad 4500 p. s. m. elevatum, lacus alpinus dimidiam leucam longus, tructarum magnam copiam alit. Haec regio hucusque naturae investigatoribus parum nota attentione eorum dignissima esse videtur. Prope Monstein, imum vicum totius vallis, iuxta torrentis ripam sita sunt aedificia ad vicinas plumbi fodinas spectantia. Circa Davos *Polygonum Bistorta* in pratis abundat. Ibi etiam copiose provenit *Lychnis Flos-cuculi*, ceterum in Rhaetia infrequens. *Linnaea borealis* pone Monstein, Iennisberg versus nascitur. In alpibus valleculae Sertig citantur: *Ligusticum Mutellina* Crantz (*Phellandrium* L.), *Phyteuma orbiculare* et *Ph. hemisphaericum.*

Dazio. V. Faido.

Delémont (germanice Delsberg), oppidulum praefecturarum Iuranarum Bernensium, amoeno colli insidens, inter Moutiers et Laufen, haud procul a Birsa, in pulchra regione campestri situm. Terrae oppidulum circumdantes stirpes nonnullas rariores edunt, quas Cl. Friche-Joset, civis delemontinus, curiose indagavit. Ibi nempe occurrunt: *Agrostis rupestris* Willd. β (*Agr. filiformis* Vill.; in montibus vicinis), *Alnus incana* Willd., *Arabis arenaria* Scop. (*Sisymbrium* L.), *Athamanta cretensis* β (*Ath. Matthioli* Sut.; inter Correndelin et Moutiers Grand-val), *Bunium Bulbocastanum*, *Chrysosplenium oppositifolium* (perrarum), *Dentaria pinnata* Lam., *Dianthus superbus*, *Dipsacus laciniatus*, *Drosera anglica* Huds. (ad paludem Bellevue), *Dr. rotundifolia* (prope stagnum Bonfol), *Euphorbia dulcis*, *Genista pilosa* (circa Correndelin), *Gentiana Pneumonanthe*, *Heracleum alpinum*,

Ligusticum Meum Crantz (*Athamanta* L.), *Limosella aquatica*, *Lithospermum purpuro-coeruleum*, *Luzula* (*Iuncus* L.) *campestris* Dec. δ *nemorosa* (*L. multiflora* Dec.), *L. Forsteri* Dec. (*Iuncus* Sm.), *Pedicularis sylvatica* (rara), *Potamogeton pusillus*, *Primula farinosa*, *Saponaria Vaccaria*, *Sedum dasyphyllum*, *Thlaspi montanum*. — Prope arcem Vorburg: *Galanthus nivalis*, *Lilium Martagon*, *Lunaria rediviva*, *Primula Auricula*.

Dent de Midi, Dent de Morcles, montes praealti magnis Valesiae pylis supra Agaunum impendentes, atque a Rhodano separati. Ille australior, valdeque praeruptus, totus in ditione Valesiaca contentus, sese ad 9805 p. s. m. extollit; hic accessu facilior, partim in Valesia, partim in pago Vaudensi situs, pedes duntaxat 8951 s. m. elevatus est. Propter eorum formationem, substantiam stratorumque directionem omnino homogenas, geognostae suspicantur eos olim unam immensam molem constituisse et quandam naturae horrendam subversionem Rhodano demum iter per hunc altissimum murum perrupisse. Mons uterque stirpibus raris abundat. In Dent de Midi nempe occurrunt *Androsace helvetica* N. (*Aretia* L.), *Arabis bellidifolia* Jacq., *Arenaria polygonoides*, *Ar. Villarsii* Balb., *Betonica hirsuta*, *Bupleurum stellatum*, *Centaurea phrygia*, *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Phaca australis*, *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* Dec., *Ox. montana* Dec. — In M. Morcles: *Achillea moschata* Jacq., *Agrostis pilosa* Schleich. β *aristata*, *Anthericum Liliago*, *Astragalus depressus*, *Geranium bohemicum* (rarissimum), *Hieracium Schraderi* Schl. I. *integrifolium*, *Poa nemoralis* V *caesia*, *Saussurea alpina* Dec. (*Serratula* L.), *Selinum nigricans* N., *Verbascum crassifolium* Dec. (*montanum* Schrad.).

Dent de Vaulion. V. Vaulion.

Devens (le), locus pagi Vaudensis, dimidia fere leuca vico Bex occidentem versus distans, ad pedem collis alti le Montet situs, in torrentis Gryonae ripa sinistra situs. Ibi praecipua aedificia ad salinas Vau-

denses pertinentia, earum praefecti sedes, ut et domus hortique Cl. Emm. Thomas, viatorum attentionem merentur. Eruditissimus I. de Charpentier, fodinis praefectus meritissimus, omnium naturae scientiarum amantissimus, pulcherrimas conchyliorum, fossilium herbarumque collectiones, quas per Germaniam, Gallias, Italiam et Helvetiam conquisivit, possidet. Hortus amiciss. Emm. Thomas multas alpinas aliasque insigniores complectitur stirpes, eiusque officinae optimum plantarum ac fossilium apparatum continent, quae omnia amatoribus summa aequitate atque pretiis moderatissimis impertiuntur. Ceterum regio vicina secus torrentem alpinum posita botanophilis etiam gratas excursiones pollicetur. *Pinus Larix* haud procul a domibus laete vegetat. *Alnus incana* tum ad Gryonae ripas, tum in colle Montet provenit. Ad glareas legitur *Ononis Natrix;* ad colles *Orchis pallens*, *Ophrys anthropophora;* in pratis, *Andropogon Gryllus;* secus arvorum limites, *Rumex Hydrolapathum? β mediterraneus* N., in pratis irriguis, *R. sanguineus α pictus.* Ad radices collis *Montet*, *Pulmonaria officinalis.* Passim quoque occurrunt: *Anemone hortensis*, *An. ranunculoides*, *Chaerophyllum aureum*, *Dentaria pinnata* Lam. (aux Fondemens), *Fagus sylvatica γ* foliis albis? (ibidem), *Hippophaë rhamnoides* (ad Gryonam), *Polygala Chamaebuxus*, *Stachys alpina*, *Thlaspi perfoliatum*, *Trifolium scabrum*, *Veronica Buxbaumii* Ten.

Diablerets (les). V. Enzeindaz, Cheville et Grandvire.

Diaboli pons, ad summam extremitatem faucium rupestrium, Schöllenen, in pago Uraniensi situs, loco nempe asperrimo, undique rupium altissimarum ac praeruptarum amphitheatro subiecto, quo Ursa e valle Ursaria per pylas angustissimas elapsa, subito impetu horrendo sese in abyssum saltem pedes 100 profundum praecipitem ruit. Aër undarum furentium lapsu vehementer commotus magnum efficit ventum et undequaque vaporum nubem agitat. Denique tristis nudarum

rupium adspectus, fragor ingens praecipitis fluminis, vasta loci solitudo scenam alpinam fortasse unicam efficiunt et animo horrorem quendam insolitum imprimunt. Pons altissimus ipse unico arcu, ad 75 pedes lato, constans utriusque littoris rupes committit. Licet ibi omnia gramine, arboribus vepribusque fere omnino denudata sint, ex rupium rimis crebrae erumpunt suffrutices rariores, et herbae alpinae quas viator botanophilus in tali deserto non sine singulari voluptate colligit. Sic mihi in ipso ponte *Iuncus Iacquini* et in eius vicinia *I. trifidus* frequens occurrit. V. Gotthardus et Ursaria vallis. Etiam prope Einsiedlen alius pons eodem nomine notus est.

Diesse (montagne de), Dessenberg. V. Bienna.

Dietisberg, mons parum elatus Iurani iugi, in parte pagi Basileensis orientali, bona possidet pascua domumque commodam. In eo monte leguntur: *Agrostis alba* IV *maior (Agr. gigantea* auct. helv.), *Allium oleraceum*, *Atropa Belladonna*, *Bromus asper*, *Carex strigosa* Huds. (rarissima huicce tractui propria), *Chaerophyllum hirsutum β (Ch. Cicutaria* Vill.), *Chrysosplenium alternifolium*, *Eriophorum gracile* Koch (*triquetrum* Hoppe), *Festuca arundinacea* Schreb., *F. rubra* V *diversifolia (F. heterophylla* auct. helv.), *F. sylvatica* Vill., *Galium glaucum* (rarum), *Globularia cordifolia*, *Gentiana acaulis*, *Laserpitium latifolium*, *Lonicera nigra*, *Poa pratensis* IV *anceps*, *Pyrola minor*, *Rhamnus alpinus*, *Ribes alpinum*, *Scabiosa Succisa*, *Sc. sylvatica β longifolia*, *Schoenus compressus*, *Tofieldia calyculata* Wbg. (*Anthericum* L.), *Triglochin palustre*, *Valeriana montana*, *Veronica Teucrium* var. foliis ternatis (*V. latifolia δ* Hag.; planta nobis ignota).

Disentis, Benedictinorum monasterium celebre, cum magno eiusdem nominis pago, in summa Rheni anterioris valle, ad confluentia utriusque fluminis rami situm, et auctore Cl. Keller 5918 p. s. m. elevatum. Monasterium bibliothecam libris manuscriptisque divitem possidet, et patres scientiis assidue operam impen-

dunt: inter quos reverendus Placidus a Specha omnigenis artibus bonis instructus, totam vicinam altissimam regionem montiumque naturam et elevationem optime novit. Fluminis brachium, quod vulgo Rhenus medius dicitur, ad pedem montis Cornero fontes habet, alpinam vallem Medelsianam 3 — 4 leucas longam percurrit, ac prope monasterium cum Rheno anteriori in valle Tavetsch, ad montis Gotthardiani Oberalp radices scaturiente confunditur. Istarum sublimium regionum natura maiestate propria, venustateque singulari gaudet; earum praeterea montes multa rarissima pretiosissimaque fossilia gignunt, quae oryctopolis in Airolo et Andermatt degentibus, praecipuam suppellectilem praebent. Respectu autem ad rem herbariam habito, suspicor eas regiones hucusque haud satis exploratas fuisse. Inter Disentis et Trons occurrit *Dianthus carthusianorum*, planta ut videtur in Rhaetia infrequens. Circa Disentis: *Potentilla rupestris.*

Divonne, pagus ditionis gallicae, ad pedem iugi Iurani, haud procul Crassier, in regione amoenissima situs. Ibi visuntur limpidissimi fontes Versoviae (la Versoix), quae tructas optimas alit. In paludibus inter Divonam et Crassier sitis stirpes nonnullae rariores occurrunt, ut *Carex intermedia* Good. (*arenaria* Sut.) et *Utricularia minor.* Locis aridioribus frequens invenitur *Geranium sanguineum.* Ad Versoviae fontem in dumetis: *Luzula nivea* Dec. (*Iuncus* L.), *Melica uniflora.*

Doedi (Toedi), mons altissimus Glaronensium 11,039 p. s. m. elevatus, montibus Sandalp et Claridis septentrionem versus porrectis vicinus, et magnae valli Rheni anterioris Rhaetorum fere conterminus. Scopuli eius terni sese quasi e maris glacialis sinu extollunt, parumque invicem distant: quorum duo magis australes Rhaetisque proximi, ab iis Piz Russein v. Piz Roschein, et Crap Glaruna appellantur: hic etiam minoris Toedi nomine notus est. Tertium propius ad boream accedentem, magisque a finibus Rhaeticis distantem Glaronenses κατ' ἐξοχὴν montem Doedi nuncupare

solent. Qui mole latissima, superne quasi truncata atque horinzontali, nivium perennium immenso tapete obtectus, undique facile dignoscitur. Ex omnibus eius partibus vasti tractus glaciales in loca ei subiecta descendunt. Ad rupes nive denudatas, 8699 p. s. m. elevatas, minori Doedi proximas a Cl. HEGETSCHWEILER observatae fuerunt: *Androsace (Aretia* L.) *helvetica* N., *Andr. pennina* N. (*Ar. intermedia* Heg.), *Cerastium latifolium* δ (*C. subacaule* Heg.), *Cherleria sedoides*, *Gentiana bavarica* β (*G. imbricata* Froel.) floribus pulcherrime cyaneis, *Potentilla frigida* Vill. (*norvegica* Sut.), *Ranunculus glacialis*, *Saxifraga aizoon* Jacq. var. minima, *S. caesia*, *S. caespitosa* var. *acaulis* Heg. (*S. acaulis* N.), *S. muscoides* Jacq. γ *uniflora*, *S. oppositifolia*, *S. Seguieri* Spreng. (*sedoides* Heg.), *Silene acaulis* β *exscapa*, *Soldanella Clusii* Schmidt. Istae stirpes alpinae ibi omnes gregatim, et quasi in parvas societates congestae, laetissime vigent. — In M. Toedi tractu etiam proveniunt; *Aquilegia alpina* (circa moles glaciales *Bifertenfirn*), *Arabis pumila* Wulff. (im Riedwald), *Cardamine bellidifolia*, *Oxytropis campestris* Dec. (*Astragalus* L.), *Petrocallis pyrenaica* R. Br. (*Draba* L.), *Saussurea alpina* Dec. (*Serratula* L.).

Dola, Dole, Dolaz (la), unum ex summis Iurae cacuminibus 500—600 p. supra eius iugum elatum, inter Bonmont et pagum gallicum les Rousses sese extollit. Auctore illustr. DE SAUSSURE Dolae summa rupes 3948 p. s. lacum Lemanum et 5099 s. mare (secundum geographos gallicos 4040 p. s. lacum, 5191 s. m. testante autem accuratissimo ROGER, qui hunc montem per multos annos investigavit et tum barometri ope tum trigonometriae mensuris altitudinem eius determinavit, 4017 p. supra lacum et 5168 s. m.) elevata est. Ex tanta altitudine immensum Alpium iugum huic monti oppositum latissime patet, ac simul cum multis campis interiacentibus, innumeris urbibus, oppidis, vicis villisque, ac lacubus Genevensi, Neocomensi, Muratensi, Biennensi, potissimum sole iam

ad occasum vergente oculo incomparabilem prospectum offerunt. Laeta montis pascua atque casae perpulchrae pastoriae, illi altissimae rupi praeruptae forma ad hemisphaericam accedenti, atque arboribus omnino denudatae subiectae sunt. Commodissimae viae expensis publicis stratae mox etiam omnigenis vehiculis ad pastorum casas aditum praebebunt. A Bauhinorum temporibus usque ad nostrum aevum iste pulcher mons inter rei herbariae amatores notissimus fuit, et quotannis ab innumeris botanophilis visitatur. Stirpes rariores quam multae in eo inveniuntur, inter quas praecipue enumerandae sunt: *Actaea spicata*, *Aconitum Anthora*, *Ac. Lycoctonum*, *Ac. Napellus*, *Allium Victorialis* (prope verticem occasum versus, infrequens), *Androsace villosa* (genuina, in summa rupe copiosa), *Anemone alpina*, *An. hortensis* (?), *Anemone narcissiflora*, *Anthericum Liliago*, *Anth. Liliastrum*, *Anthyllis montana* (ad summas rupes clivi australis, orientem versus), *Arabis alpina*, *Ar. brassicaeformis* Wallr. (planta rarissima), *Ar. serpyllifolia* Vill., *Arenaria liniflora* (affatim), *Aster alpinus*, *Athamanta cretensis*, *Ath. Libanotis*, *Avena pubescens β alpina*, *Bartsia alpina*, *Bupleurum longifolium*, *B. ranuncoloides β elatius* (*B. angulosum* Sut.), *Campanula pusilla* Haenke, *C. thyrsoidea*, *Carex Scopolii* N., *C. sempervirens* Vill., *Cineraria spathulaefolia* Gmel., *Circaea alpina* (in adscensu M. Vuarne), *Cirsium eriophorum* Scop. (*Cnicus* L.), *C. Erisithales* Scop. (*Carduus* L., prope casas pastorias in *Aconiti Anthorae* consortio), *Chrysanthemum Leucanthemum* II *montanum*, *Cochlearia saxatilis* Lam., *Coronilla vaginalis* Lam., (*minima* auct.), *Crataegus Amelanchier* Desf., (*Mespilus* L.), *Cr. Chamaemespilus* Jacq. (*Mespilus* L.), *Dentaria digitata* Lam., *D. pinnata* Lam., *Draba aizoides*, *Dryas octopetala*, *Epilobium alpestre* Schmidt *β trigonum* et *γ* fol. quaternis (infra Dolam boreaoccasum versus, prope viam novam utraque varietas), *Erinus alpinus*, *Erysimum ochroleucum* Dec. (*Cheiranthus* Hall. fil.), *Festuca glauca*

Lam., *F. nigrescens* Lam., *Gentiana campestris*, *G. lutea*, *G. verna*, *Geranium sylvaticum*, *Globularia cordifolia*, *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.; in summa rupe frequens), *Helianthemum canum* Dun. (*Cistus marifolius* Sut.), *Heracleum montanum* Schl., *Hieracium blattarioides*, *H. flexuosum* Willd., *H. Jacquinii* Vill., *H. montanum* Jacq. (*Hypochoeris pontana* L.), *H. succisaefolium* All., *H. villosum*, *Hippocrepis comosa*, *H. unisiloquosa* (? ? a CHERLERO citata), *Hypericum dubium* Leers, *H. montanum*, *H. Richeri* Vill. (*fimbriatum* Lam.), *Iuniperus communis γ alpina*, *Laserpitium latifolium*, *L. Siler*, *Lepidium alpinum*, *Lilium Martagon*, *Linum montanum* Schl. (*narbonense* Sut.), *Lonicera alpigena*, *L. nigra*, *Lycopodium clavatum*, *L. selaginoides*, *Luzula spicata* DC. (*Iuncus* L.; etiam in M. Vuarne) *Mespilus Cotoneaster*, *Myosotis alpestris* Schmidt, *M. sylvatica* Ehrh. (in M. Vuarne), *Narcissus poëticus* (foliis angustis scapo humiliore), *N. Pseudo-Narcissus*, *Orchis albida* All. (*Satyrium* L.), *Orch. globosa*, *Orch. nigra* Scop. (*Satyrium* L.), *Orch. odoratissima*, *Orch. sambucina α lutea*, *Orch. suaveolens* Vill. (rarissima), *Orch. viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Ornithogalum luteum* (*sylvaticum* Pers. et fl. helv.), *Orobus luteus*, *Phleum alpinum*, *Phl. commutatum* N., *Pinguicula alpina*, *Plantago alpina*, *Pl. montana* Lam., *Poa hybrida* N., *Polygonum viviparum*, *Potentilla alpestris* Hall fil. (*aurea* Sm. Ser.), *P. aurea* (*Halleri* Ser.) α, et β flore semipleno, *Ranunculus Thora* (ad summum clivum borealem, parce), *Rhododendrum ferrugineum* (in clivo occidentali, infra cacumen, parce), *Rubus saxatilis*, *Rumex arifolius* All., *R. obtusifolius*, *R. scutatus*, *Sambucus racemosa*, *Scrofularia canina β montana*, *Sedum atratum*, *Senecio alpestris* N. (*saracenicus* Sut.) α, et β *sessilifolius*, *S. Doronicum*, *Serratula tinctoria*, *Sideritis hyssopifolia*, *Soldanella alpina*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *Stereocaulon paschale* Ach. (*Lichen*), *Swertia perennis* (infra montem, au marais de la Pile et in aliis paludibus

montanis), *Thalictrum aquilegifolium*, *Tozzia alpina* (in clivo boreali), *Trinia glaberrima* Hoffm. (*Henningii* fl. helv. neque Hoffm., *Pimpinella dioica* L.), *Tussilago alpina*, *Veronica aphylla*.

Domdidier. V. Aventicum.

Domestica vallis (Domleschg) V. Rhaetia, Thusis.

Domo d'Ossola, oppidum ditionis Pedemontano-Mediolanensis, ad pedem australem M. Sempronii, in ima valle Antigoria ad 942 p. s. m. situm. Ea vallis pars, ibi leucam unam lata, vulgo dicitur vallis superior d'Oscella (das obere Eschenthal); solo fertili coeloque mitissimo gaudet. Via vere regia, quae ad Sempronium ducit, oppido traiecto, deinde Tocciae seu Tosae fluvii, in summa valle Antigoria e montis Gries molibus glacialibus orti, ripam dextram usque ad lacum Verbanum 6—7 leucis distantem plerumque sequitur. Plantae rariores: *Arabis Halleri* II *stolonifera*, *Athamanta Libanotis*, *Bromus squarrosus*, *Celtis australis*, *Centaurea nigrescens* Willd., *Galeopsis pubescens* Bess. (*G. versicolor* Clairv.), *Galium vernum* Scop. (*Valantia glabra* Sut.) β floribus pallide ochroleucis, *Helleborus viridis*, *Montia fontana* (Villa versus), *Scirpus setaceus*, *Silene Otites* Sm. (*Cucubalus* L.), *Thalictrum elatum* DC., *Trifolium incarnatum* β (*Tr. Molinerii* Balb.; Mezzano versus).

Doria, (la Doire); hisce nominibus duo fluvii Pedemontani designantur. Alter in vallibus Galliae conterminis ortus, infra Segusium, Augustae Taurinorum cum Pado coniungitur; alter, cuius rami duas vallis Praetoriae partes superiores percurrunt, (occidentalis scilicet in valle Ferret, supra Courmayeur, orientalis autem prope St.-Remi ad montis Pennini pedem australem scaturit) et Augustae Praetoriae in unum confluunt, totam hancce longam vallem irrigat, Eporediae in planitiem Pedemontanam evadit et inter Chivasso et Verrua perinde in Padum exoneratur.

Dorigny, villa elegantissima, leuca fere una

Lausanna distans et iuxta viam regiam, quae Morgias ducit, posita, utilissimis experimentis agronomicis ab illustriss. DE LOYS ibi institutis inclaruit. Neque solum eius pingue plantas rariores respuit; ibi enim inveniuntur: *Arundo Pseudo-Phragmites* (Hall. fil.), *Carex acuta (parcissime)*, *Geranium palustre*, *Salix fragilis* (copiose), *Scirpus triqueter.*

Dornacum (Dornach), oppidulum Solodurense, ad pagi extremitatem occidentali-borealem, atque in confiniis agri Basileensis et Bernensis ad Birsam situm. Plantae rariores: *Arabis hirsuta* Scop. *(Turritis hirsuta* L.), *Ar. Turrita*, *Arundo montana* N. *(Agrostis arundinacea* Sut.), *Coronopus Ruellii* All. *(Cochlearia Coronopus* L.), *Hieracium amplexicaule*, *Inula salicina*, *Lithospermum purpureo-coeruleum*, *Melica ciliata*, *Ornithogalum pyrenaicum*, *Peucedanum Chabraei* N. *(Selinum* L.), *Physalis Alkekengi*, *Sedum Telephium.* — In monte vicino cognomine, ut videtur vix 1500 p. s. m. elato, occurrunt: *Androsace lactea*, *Athamanta cretensis*, *Ath. Libanotis*, *Daphne Laureola*, *Globularia cordifolia*, *Lonicera alpigena*, *Rhamnus alpinus*, *Thlaspi montanum*, *Valeriana tripteris.*

Drakau. V. Berna.

Dübendorf, vicus pagi Tigurini ad pedem orientalem montis Zürichberg, fere leuca una ab urbe distans, ad viam Pfäffikensem in regione campestri fertilique situs. Ibi in paludibus torfaceis *Utricularia intermedia* Hayne, quae non nisi eo loco ac nuper ad locum Bodamicum in Helvetia observata est, et *Lysimachia thyrsiflora* occurrit.

Dubis. V. Bernensis pagus.

Duillier, vicus pagi Vaudensis inter Genollier et Nevidunum, ultra villam Changins, in amoena regione, vineis nobilibus, arvis pinguibus lactisque pomariis constante, situs. Ibi per seculum praeteritum commoratus est IOANN. CHRISTOPH. FATIO, Basilea oriundus, deinceps civis Genevensis, illustrissimi NICOLAI FATIO, artium mathematicarum peritissimi

frater: ipse etiam earum amantissimus et auctor dissertationis de Lacu Lemano historiae Sponianae reipublicae Genevensis quam Cl. Abauzit rursus edidit ac illustravit adfixae, tum et optimus Sam. Engel, Bernas, qui de totius nostrae regionis agricultura optime meritus est, et apud nos pretioso *Solano tuberoso* ius civitatis paravit: ob quae beneficia cives senatoresque Nevidunenses in eius honorem nummum inscriptione, qua novi Triptolemi titulo salutatur, insignatum, grato animo excudi curaverunt. Plantae insigniores: *Allium vineale*, *Antirrhinum striatum* Lam. (*galioides* Vent.), *Asplenium Adiantum-nigrum*, *Campanula patula*, *Carex riparia*, *Caucalis grandiflora*, *Centaurea solstitialis*, *Chenopodium polyspermum* II *acutifolium*, *Dipsacus pilosus* (ad viam infra vicum), *Hypericum humifusum* (in agris, rarius), *Ranunculus Lingua* (in pratis paludosis austrum versus), *Rumex sanguineus* II *viridis* (*nemorosus* Schrad.; infra vicum ad Promenthusam), *R. scutatus*, *Thalictrum angustifolium* I *iacquinianum.* — Prope Promenthusam, Coinsins versus, occurrunt: *Carex paniculata*, *Chaerophyllum hirsutum*, *Cladium Mariscus* R. Br. (*Schoenus* L.), *Luzula nivea* Dec. (*Iuncus* L.), *Sium nodiflorum.* — In palude inter Duillier et Trêlex: *Drosera anglica* Huds., *Epipactis palustris* Crantz (*Serapias longifolia* β et γ L.), *Eriophorum angustifolium* Roth β *laxum*, *Gentiana Pneumonanthe*, *Laserpitium prutenicum*, *Menyanthes trifoliata*, *Mylinum Carvifolia* N. (*Selinum* L.), *Orchis laxiflora* Lam., *Salix repens*, *Spiranthes aestivalis* Rich. (*Ophrys aestiva* Balb.), *Utricularia minor.* — In pratis huic paludi contiguis, Calevam versus: *Dianthus superbus*, *Orchis coriophora*, *Orchis viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Spiraea Filipendula.*

Dulive (La), rivulus pagi Vaudensis, infra viam regiam inter Nevidunum et Rotulum, prope praedium la Liniere in lacum Lemanum defluens. In littoribus ostio eius proximis *Scirpus Holoschoenus* nascitur. V. Nevidunum.

Duria, (die Thur), fluvius impetuosus inter montium Sangallensium Kuhfirsten paludes, Münsterried dictas, et ad M. Sentis clivum Toggicum, in summa nempe eiusdem nominis valle (das Thurthal), fontes habet. Totam vallem Toggicam ab austro ad septentrionem defluens percurrit; Wylae eurum subito petit; rursus, prope Bischoffzell, Sitterae aquis aucta, occidentem versus convertitur, agrum Tigurinum intrat, et mox in Rhenum infra Andelfingen et Scaphusiam effunditur. Plerisque locis navium impatiens, pisces quam multos et praesertim deliciosos salmones alit. Tempore hiemali vernalique per nivium deliquium subitum, ac magnos imbres fluctus eius in immensam molem crescunt, alveumque transgressi campos circumiacentes strage vasta affectant.

E.

Ebenalp, pascua alpina pagi Abbatiscellani (Innerrhoden) eremitae sedi notissimae das Wildkirchlein dictae adiacens. Ex magnis nempe speluncis domunculae istius eremitae contiguis, per longum obscurumque cuniculum, via ad ea pascua ducit. In hoc monte, auctore Cl. Wahlenberg 509¼ p. s. m. elato, laetissimus patet prospectus. Ibi crescunt: *Carex atrata γ (C. nigra* All.) et *C. capillaris.*

Ebrodunum (Yverdon), oppidum parvum sed valde concinnum pagi Vaudensis, ad lacus Neocomensis caput, ubi nempe fluvius Urba mutato iam nomine Thielaque dictus, sese ei commiscet. In eius urbis arce per annos fere vicenos Scholam illustrem habuit celeberrimus optimusque Pestalozzius, quam omnium ordinum ac totius Europae, imo etiam ceterarum orbis partium pueri frequentaverunt. Officinarum, quas ibi per seculum sedecimum instituerat Pyramus Decandolle, Cyropaediae versionis optimae gallicae auctor vel saltem editor, prela deinceps renovata magnam plantarum historiam, a Ioanne Bauhino conscriptam,

atque seculo praeterito Pariensium dictionnarium encyclopaedicum excuderunt. Regio urbi proxima campestris est, ac praesertim pratis magnisque paludibus, quarum tamen haud paucae, non sine maximo emolumento, exsiccatae fuerunt, constat. In eius vicinia proveniunt; *Achillea Ptarmica*, *Alisma ranunculoides*, *Allium angulosum β palustre (All. senescens* L.), *Amaranthus Blitum*, *Asparagus officinalis* (frequens), *Astragalus Cicer*, *Butomus umbellatus* (?), *Carex acuta (gracilis* Curt.), *Corydalis solida* N. *(Fumaria* Hoffm.), *Delphinium Consolida*, *Gratiola officinalis*, *Hottonia palustris*, *Hydrocotyle vulgaris*, *Mylinum Carvifolia* N. *(Selinum* L.), *Nuphar luteum* Sm. *(Nymphaea* L.), *Nymphaea alba*, *Oenanthe fistulosa*, *Oenothera biennis*, *Poa aquatica*, *Polygonum amphibium*, *Potamogeton natans*, forma foliis elongatis, *Pulicaria vulgaris* Gaertn. *(Inula Pulicaria* L.), *Ranunculus Lingua*, *R. pantothrix β rigidus*, *R. sceleratus*, *Rumex Hydrolapathum* Ehrh. *(aquaticus* Sut.), *R. pulcher*, *Sagittaria sagittifolia*, *Scirpus maritimus* α et β spicis omnibus sessilibus, *Scutellaria galericulata*, *Sium angustifolium*, *S. latifolium*, *Spergula nodosa*, *Spiranthes aestivalis* Rich. *(Ophrys aestiva* Balb.), *Thalictrum flavum*, *Thysselinum* palustre Hoffm. *(Selinum* L.), *Teucrium Scordium*, *Trifolium rubens* (prope Chamblon), *Triglochin palustre*, *Utricularia vulgaris*, *Verbascum pulverulentum* Vill., *V. Blattaria.*

Echallens, vicus agri Vaudensis fere ad medium viae, qua Ebroduno Lausannum itur, situs. Incolae partim ecclesiae romanae, partim autem fidei evangelicae addicti sunt. In agris vicinis occurrere dicitur *Lupinus angustifolius.*

Echelette (l'), pars occidentalis montis Chasseral ad pagum Neocomensem pertinens. V. Chasseral.

Ecluse (Fort de l'). V. Rhodanus.

Econaz, villa ad Canonicos D. Bernardi pertinens, inter Octodorum et Sedunum sita. Ibi occurrunt:

Sparganium simplex Huds. (in paludibus), *Typha angustifolia* (Riddes versus), Viola *mirabilis.*

Ecublens, vicus pagi Vaudensis, inter Lausannam et Morgias, supra viam, in regione campestri situs. Plantae citatae: *Scirpus setaceus* (in silva), *Veronica praecox* All.

Efringen, locus parum ab urbe Basilea distans, ubi provenire dicuntur: *Allium sphaerocephalum*, *Euphorbia Lathyris*, *Panicum ciliare* Retz, *Trinia Henningii* fl. helv. (absque dubio *Tr. glaberrima* Hoffm. *Pimpinella dioica* L.).

Einsiedeln (divae Virginis eremus, gallice *N. D. des Ermites)*, totius Helvetiae celeberrimum monasterium, s. Benedicti normae addictum, una cum vico s. oppidulo eiusdem nominis, in amoena etsi frigida et 2938 p. s. m. elevata Silae valle situm est. Ea vallis pars ad Suitenses pertinens, medium locum inter vallem Wäggithal et Marchiam atque reliquam pagi regionem lacui Lucernensi adiacentem obtinet. Huc quotannis innumeri peregrinatores Virginis ligneae imaginis adorandae causa ex omnibus fere Europae catholicae regionibus adfluunt. Imago thaumaturgica pretiosissimis vestibus induta in quodam sacello, quod ab Angelis ipsoque Christo consecratum fuisse putant, adservatur. Monasterium colli modico insidet atque templo et aedificiis sumptuosissimis constat, super quae pulchra abietina sylva haud procul distans in amphitheatrum sese extollit. Abbatia bibliothecam ditissimam, apparatum pulchrum instrumentorum ad physicam pertinentium et fossilium collectiones possidet. Inter patres eruditi sunt professores, qui iuvenibus instituendis operam dant. Glarona, ubi parochus erat, huc vocatus, antequam Turici magnum, quo nomen et honos eius semper manebunt, reformationis opus aggressus fuisset, optimus Zwinglius tam felici eventu evangelium praedicavit, ut intra parvum temporis spatium peregrinatio interrupta, imago plebis oculis subducta, ac coenobium a plerisque monachis

desertum fuerit. — Regio vicina terris frigidis arborum pomiferarum impatientibus constat, paludesque torfaceas continet, ubi stirpes quaedam rariores proveniunt; citari potissimum merentur: *Asarum europaeum* foliis solito maioribus, *Betula nana* (in paludibus circa Teufelsbruck), *Carex limosa*, *Drosera rotundifolia*, *Eriophorum gracile* Koch (*triquetrum* Hoppe), *Gentiana asclepiadea*, *Iuncus stygius* (in *Caricis limosae Betulaeque nanae* consortio) nuper inter montem et monasterium, in palude absque dubio eadem, ubi olim a Bursero lectus fuerat (specimina helvetica etiamnum in eius herbario Upsaliae adservantur, iamque provenire suspicabatur sagacissimus Wahlenberg, a digno eius cive Wahlberg revera rite recognitus fuit, ut nunc stirpibus Helveticis adnumerari debeat), *Lycopodium inundatum* (ibidem), *Pinus sylvestris* δ (*P. Pumilio* Dec.; perinde), *Rubus plicatus* Weihe (inter Einsiedeln et Richterschweil; Cl. Wahlberg; rarissimus. V. fl. helv. vol. VI. in app.), *Scheuchzeria palustris* (passim, v. gr. inter Biberam et Hohen-Rohne, prope Hoffner-Allment), *Tozzia alpina*.

Elex, ultimus agri Vaudensis pagulus ad Alpium pedem, in ripa dextra Rhodani, ac utrinque Valesiae conterminus. — Plantae rariores: *Lychnis viscaria*, *Orchis coriophora* (prope Colonge), *Saxifraga cuneifolia*, *Vicia onobrychioides*.

Embornats. V. Seiche des Embornats.

Emma, Emmia. V. pagi Bernensis flumina.

Emmia vallis (das Emmenthal), pulchra ditissimaque vallis pagi Bernensis, ab Emmia maiore percursa, eurum versus Entlebuchiae Lucernensi, ad occidentem vero Oberlandiae Bernensium contermina, ab austro septentrionem petens sese porrigit. Longitudo eius 9—10 leucas, maxima autem latitudo fere 4 l. metitur. In montium ad eas pertinentium pascuis armenta perpulchra aluntur, et incolae caseum optimum praeparant. Ceterae vallis partes, etsi ipsae submontanae collibusque constantes, undique arva

fertilissima magnos pulchrosque vicos populumque frequentem, commercio, industria ac omnigenis bonis artibus ditatum, oculis offerunt. Infra Burgdorf insigniter dilatata cum planitie Bernensi confunditur. Respectu ad Botanicam habito ista vallis adhuc parum nota est, et inter eius plantas dumtaxat *Pinguicula alpina* et *Valeriana tripteris* recensentur.

Emousson. V. Finhauts.

Ems, magnus Rhaetorum pagus, in Rheni ripa dextra, inter Curiam et Bonadutz situs. Plantae insigniores: *Allium carinatum*, *Anthericum Liliastrum* (auf den Mayensässen), *Astragalus monspessulanus*, *Chrysocoma Linosyris* (Curiam versus), *Daphne alpina* (auf dem Brühl Reichenau versus), *Oxytropis pilosa* D. C. (*Astragalus* L.), *Veronica longifolia* Pol. (nobis ignota).

Engelberg, (vallis, abbatia Angelimontana), nobilissimum pagi Subsylvani monasterium cum eiusdem nominis vico in parte euro-australi pagi situm, a vicino monte, ex cuius cacuminibus angelorum concentus tempore, quo templum abbatiale consecrabatur, auditos fuisse vulgo creditur, nomen usurpavit. Vallis angelimontana ante annum 1798 abbatis legibus subiecta erat, sceptroque vere paterno sub IV pagorum Waldstettarum tutela ab eo regebatur. Haec vallis alpina ultra duas leucas longa, $1/4$—$1/2$ l. lata, undique altissimis montibus, inter quos eminet Titliacus (der Titlisberg) 10,710 p. s. m. elatus, cincta est, et pars eius summa tota mari glaciali riget. Ceteri montes adiacentes sunt: *Arni*, *Gemsspiel*, *Spitzstock*, *Blakenstock*, *Alpes Surenae*, *Grassen*, *Laubergrat*, *Faulblatten*, *Bitristock*, *Iuchli*, *Selistock*, *Walenstock* s. *Wellenstock* etc. Mons *Engelberg* etiam *Henneberg* v. *Hanneberg* dictus, ipsi monasterio impendet, et sese tantum ad 3918 p. s. m. extollit. Pleraque autem cetera cacumina multo sublimiora ad altitudinem 7—9 millium p. accedunt. Secus torrentem impetuosum et per nigras sylvas in vallem pervenitur,

quae pratis floridis constans eo amoenior viatori adparet, quo aditus eius magis horridus visus est. Ceterum hortis pomariis arvisque plane destituta, nullas arbores nisi Alnos et stirpes nemorum elatiores alit. Monasterium 1860 p. s. lacum Lucernensem et 3180 p. s. mare elevatum est. Aedificia eius et templum elegantissima sunt. Ibi bibliotheca 10000 voluminum constans adservatur et coenobitae, ordini erudito D. Benedicti addicti, iuventutis institutioni operam sedulo navant. Cl. Müller geographus-artifex, qui totam eam regionem solertissime exploravit, et mappas anaglypticas (bas-reliefs) montium vicinorum formas dimensionesque accuratissime exprimentes confecit, in pago Engelberg iuxta monasterium sito commoratur, opera sua viatoribus lubens demonstrat, eosque consilio et officiis humanissime adiuvat. Montes vicinos sollicite exploravit Cl. Wahlenberg et inde quam multas pulchras stirpes alpinas retulit. V. Titlisberg. Plantae rariores: *Androsace helvetica* N. (*Aretia* L.), *Arabis bellidifolia* Jacq. (in valle Dagesthal), *Arnica scorpioides*, *Asperula taurina*, *Azalea procumbens*, *Betula viridis* Chaix (in istis Alpibus inter 4200 et 6100 p. s. m. frequens), *Carex atrata*, *C. curvula* All., *C. foetida* All., *C. frigida* All., *Chrysanthemum alpinum*, *Chr. corymbosum*, *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* auct.), *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Helianthemum oelandicum* Dec. α (*Cistus alpestris* Wbg.), et β *glabrum* (*C. oelandicus* Wbg.; inter Dagesthal et culmen Weissberg, affatim), *Hieracium blattarioides*, *H. grandiflorum* All., *Hypochoeris uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq.), *Lunaria rediviva* (supra Grafenort), *Luzula spicata* Dec. (*Iuncus* L.), *Oxytropis campestris* Dec. (*Astragalus* L.), *Pedicularis recutita* (ad lacum Trübsee), *Phaca frigida* Jacq. (in Monte Melchjoch), *Primula viscosa* Vill. (*villosa* Sut.), *Sibbaldia procumbens*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.; ad lacum Trübsee), *Thlaspi rotundifolium* N.

(*Iberis* L.; in M. Melchjoch), *Tozzia alpina* (in M. Arnealp), *Veronica aphylla* (in Laubergratspitz ad 7600 p. s. m.). — In M. Weissberg: *Anemone vernalis*, *Lonicera coerulea*, *Pedicularis recutita* (et infra Trübsee), *P. versicolor* Wbg. (*flammea* Sut.), *Polygala Chamaebuxus*, *Rhamnus pumilus*, *Sempervivum tectorum*, *Thalictrum aquilegifolium*. — In M. Ochsenstock: *Gentiana utriculosa*, *Iuncus Jacquini*. — In M. Wendistock: *Geum reptans*, *Iuncus trifidus*, *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.); infra moles glaciales: *Draba fladnizensis* Wulff., *Hypochoeris uniflora* Vill., *Pedicularis rostrata*, *Ranunculus glacialis*; ad ipsas moles Wendigletscher, (6400 p. s. m.): *Empetrum nigrum*, *Phaca frigida* Jacq. (loco Helleblanke dicto), *Salix hastata* (*Arbuscula* Sut.; ibidem), *S. herbacea*.

Engelberg. V. Tobinium.

Engstlen, vallecula alpestris praealta, montibus Joch et Ochsenberg subiecta, atque inter Angelimontanorum vallem et Bernensium Oberlandiam sita. Ibi observatae fuerunt: *Aiuga pyramidalis β alpestris*, (*Ai. alpina* Sut.), *Rhodiola rosea*, *Viola calcarata* II *caulescens* (*V. grandiflora* Sut.).

Enkersried locus haud procul ab urbe Sangallensi situs. Ibi frequens occurrit *Silene gallica*.

Enguerne. V. Méry.

Entlebuch, nobilis pagi Lucernensis regio, 10—12 l. longa, ad orientem vallis Emmiae Bernensium sita, ipsa valle magna, quam ex austro-occidente ad borea-orientem amnis percurrit minor Emmia dictus, qui inde paulo infra Lucernam cum Ursa coniungitur, atque nonnullis vallibus minoribus constat. Montes satis alti quidem, sed nusquam sese ad limitem nivalem extollentes, pascuis irriguis fertilibusque et pulchris silvis abundantes eam circumdant. Armenta eius vallis ad pulchriora, quae possidet Helvetia, pertinent, et populus qui eam incolit corporis viribus, animo, libertatis amore et ingenii facunditate iamdudum inclaruit. Entlebuchia hucusque, respectu ad rem

herbariam habito, nondum rite explorata fuerat: nunc autem absque dubio plantae, quas gignit, amicissimi Kraueri, qui de scientia amabili in pago patrio optime meretur, opera, mox tandem innotescens. Interim iam potissimum ab eo indicatae fuerunt: *Andromeda polifolia*, *Asperugo procumbens*, *Astrantia maior*, *Campanula barbata* (in M. Peicheln supra Escholzmatt), *Carex frigida* All. (*fuliginosa* Wbg. ad M. Schwarzberg), *C. limosa* (inter Sörenberg et Salwiderbad), *C. pauciflora* Lightf., *Chaerophyllum aureum*, *Eriophorum alpinum*, *Gentiana asclepiadea*, (prope das heilige Kreutz), *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.; in M. Nesselweng), *Hieracium montanum* Jacq., (*Hypochoeris pontana* L.; infra Maisee), *Iuncus filiformis*, *Narcissus poeticus* (in alpibus vicinis), *Orchis ustulata*, *Schoenus albus* (prope Schüpfheim), *Spergula arvensis*, *Trifolium alpinum*, *Valeriana tripteris*, *Veronica urticaefolia* Jacq., *Ulmus campestris* (Krauer). Ad montem Schratten in summa valle meridiem versus situm citantur: *Achillea atrata*, *Allium Schoenoprasum β alpinum*, *Androsace villosa*, *Antirrhinum alpinum*, *Arabis bellidifolia* Jacq., *Ar. pumila* Wulff., *Arbutus alpina*, *Arb. Uva-ursi*, *Arenaria ciliata*, *Ar. polygonoides* Wulff., *Ar. verna β diffusa* (*Ar. caespitosa* Heg.), *Arnica scorpioides*, *Aster alpinus*, *Astrantia minor*, *Athamanta Libanotis*, *Azalea procumbens*, *Biscutella laevigata*, *Bupleurum ranunculoides*, *Campanula glomerata*, *C. rhomboidalis*, *C. thyrsoidea*, *Carduus defloratus*, *Carex brachystachys* Schwarz., *C. firma* Host, *Cerastium alpinum*, *C. arvense* II *strictum*, *Cherleria sedoides*, *Chrysanthemum alpinum*, *Chr. Leucanthemum* II *montanum*, *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Convallaria verticillata*, *Coronilla Emerus*, *C. vaginalis* Lam. (*minima* auct.), *Crataegus* (*Mespilus* L.) *Amelanchier* Desf., *Cr. Chamaemespilus* Jacq., *Dianthus sylvestris* Wulff., *Digitalis purpurea*, *Draba aizoides*, *Dr. tomentosa* Wbg., *Epilobium alpinum*, *Erigeron uniflorus*, *Eriophorum Scheuchzeri* Hoppe (*ca-*

pitatum Hoffm., *Festuca alpina* Sut., *F. pumila* Vill., *Gentiana bavarica*, *G. nivalis*, *Geum montanum*, *Globularia cordifolia*, *Gl. nudicaulis*, *Gnaphalium supinum*, *Gypsophila repens*, *Hedysarum obscurum*, *Helianthemum oelandicum* DC. (*Cistus* Sut.), *H. vulgare* Desf. (*Cistus Helianthemum* L.), *Hieracium prenanthoides* Vill., *H. succisaefolium* All., *H. villosum*, *Imperatoria Ostruthium*, *Leontodon Taraxacum*, *Lepidium alpinum*, *Lonicera alpigena*, *Moehringia muscosa*, *Orchis nigra* Scop., (*Satyrium* L.), *Oxytropis montana* DC. (*Astragalus* L.), *Pedicularis versicolor* Wbg., (*flammea* Sut.), *Petrocallis pyrenaica* R. Br. (*Draba* L.), *Phaca astragalina* DC. (*Astragalus alpinus* L.), *Pimpinella magna*, *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Ser.), *P. minima* Hall. fil., *Ranunculus alpestris*, *R. montanus* Willd., *Rhamnus pumilus*, *Rhododendrum ferrugineum*, *Rh. hirsutum*, *Rubus saxatilis*, *Rumex scutatus*, *Salix reticulata*, *S. retusa*, *Saxifraga caesia*, *S. muscoides* Jacq., *Sedum atratum*, *Sempervirum tectorum*, *Senecio doronicum*, *S. alpestris* N. (*saracenicus* Sut.), *Sibbaldia procumbens*, *Silene acaulis*, *S. nutans*, *Spergula saginoides*, *Thalictrum minus*, *Thesium alpinum*, *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.), *Valeriana montana*, *Veronica alpina*, *V. aphylla*, *V. fruticulosa*, *V. saxatilis* L. fil., *Viola biflora*.

Entremont vallis, in Valesia inferiori supra Octodurum sita, valli Bagnes contermina ac fere parallela, a monte Pennino septemtriones versus porrigitur. Eam percurrit ramus occidentalis Druentiae (la Dranse) Valesiacae. Pars eius superior valde angusta atque montibus glacialibus subiecta est. Prope molendina la Valette, ubi torrens aliquot cataractas magno cum fragore efficit, rursus adeo coarctatur, ut omnino ad fauces petraeas reducta sit. Prope Orsières vallis occidentalis Ferret, atque inferius vallis orientalis Bagnes in eam sese aperiunt; iisdem duntaxat locis quadantenus dilatatur. Moles glaciales Valserey in summo huius nominis tractu inter valles Bagnes et

Entremont supra vicum St.-Pierre sitae sunt; immensam profundissimamque cavitatem continent; quae permagnam anni partem aquis impletur, donec mensibus Iulio v. Augusto liquefactae glaciei parietes extemplo dirumpunt, et saepe magno totius regionis damno usque ad Rhodanum praecipites festinant. Via qua Octoduro ad D. Bernardi hospitium iter est, totam vallem Entremont percurrit. Ea vallis magnum iugum Alpium australe ad angulum fere rectum persecat, ideoque a geognostis curiosissime indagata est. Botanophili quoque eam non sine magna voluptate peragrant, cum fere undique stirpibus raris abundet. Ibi enim eis occurrunt: *Arenaria laricifolia* (supra Liddes, ubique), *Carduus defloratus*, *Crepis setosa* Hall. fil., *Chrysanthemum inodorum*, *Mentha gentilis* (aux Vallettes), *M. rubra* Sm. (cf. Cl. *Schleicher;* nusquam alibi in Helvetia occurrit), *Onosma montanum* Sm., *Poa alpina brevifolia*, *Podospermum muricatum* DC. (*Scorzonera laciniata* Sut.), *Potentilla rupestris* (aux Valettes), *Sempervivum arachnoideum* (ubique), *Thymus pannonicus* All., etc. V. St.-Branchier, Orsières, Liddes et St.-Pierre.

Entreroches, locus pagi Vaudensis haud procul a Lassaraz situs, ubi canalis incipit, quo naves mercibus onustae Ebrodunum vehuntur. Hic canalis lacum Neocomensem cum Lemano iungere debebat. Sed labores ad hunc scopum suscepti, ob nimias impensas, usque ad nostros dies interrupti permanserunt. Regio vicina, solo partim petroso et partim paludoso constans, aliquot plantas insigniores edit. Ibi nempe inveniuntur: *Arabis brassicaeformis* Wallr. (*Brassica alpina* L., rarissima), *Euphorbia palustris*, *Potamogeton natans* K. et Z. II *ellipticus*, *Tussilago Petasites* (secus canalem). V. Urba.

Entrèves. V. Courmayeur, aut Ferret.

Enzeindaz, mons Aquileiensium fertilis supra Bex exsurgens, scopulis Diablerets subiectus, Valesiae conterminus; altitudinem absolutam 7332 p. ei

Cl. Wild tribuit. Pascua eius, quamvis laetissima, nonnisi per paucas aestatis calidissimas hebdomades ab armentis habitari possunt. Ista ut et loca vicina lapidibus, qui e rupibus elatissimis cacuminum iis imminentium decidunt, obruta, stirpibus alpinis raris pulchrisque abundant. In eo monte enim proveniunt: *Achillea nana*, *Aira flexuosa* α (*A. montana* Sut.), *Aiuga pyramidalis* β *alpina* (*Ai. alpina* Sut.), *Allium Schoenoprasum* β *alpinum*, *Androsace Chamaeiasme* Bieb. (*villosa* Sut.), *Androsace helvetica* N. (*Aretia* L.), *Anemone vernalis*, *Apargia dubia* Hoppe, *Arabis bellidifolia* Jacq., *Ar. ciliata* R. Br. (*Turritis* Reyn.), *Arbutus alpina*, *Artemisia Mutellina* Vill., *Avena distichophylla* Vill., *Campanula valdensis* All., *Cardamine bellidifolia*, *Carex capillaris* (ad ruinas M. Diablerets), *C. dioica*, *C. foetida* All., *C. frigida* All., *C.-aea alpina*, *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* auct.), *Draba fladnizensis* Wulff. β *minor* (*Dr. helvetica* Schl.), *Dr. frigida* Saut. (*stellata* Mur.) β *maior*, *Erigeron uniflorus*, *Erinus alpinus*, *Eriophorum Scheuchzeri* Hoppe (*capitatum* Hoffm.), *Festuca alpina* Sut., *F. Halleri* Vill., *Galium helveticum* Weig. (*saxatile* Sut.), *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Gentiana brachyphylla* Vill., *G. nivalis*, *Geum reptans*, *Gnaphalium alpinum*, *Gn. Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Hedysarum obscurum*, *Hieracium alpinum* III. (*H. Halleri* Vill.), *H. aurantiacum*, *H. glaucum* All. II. *graminifolium*, *H. montanum* Jacq. (*Hypochoeris pontana* L.), *H. prunellaefolium* Gouan (ad pedem montium Diablerets), *H. staticefolium* Vill., *Hypochoeris uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq.), *Iuncus filiformis*, *Kobresia scirpina* Willd. (*Carex Bellardi* All.), *Lapsana foetida* All. (*Hyoseris* L.), *Onobrychis vulgaris* N. α (*On. montana* Dec.), *Orchis* (*Satyrium* L.) *nigra* Scop., *Orch. viridis* Crantz, *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* Dec., *Ox. montana* Dec., *Pedicularis tuberosa*, *P. verticillata*, *Phaca astragalina*

Dec. (*Astragalus alpinus* L.), *Phaca frigida* Jacq., *Pinus Cembra* (parce, tum in adscensu, infra scopulos Diablerets), *Pinus uncinata* Ram., *Poa laxa* Haenke, *Poa nemoralis* IV *glauca* (ad rupes infra casas), *Potentilla grandiflora*, *Pot. minima* Hall. fil., *Primula Auricula* (affatim), *Pr. farinosa*, *Ranunculus alpestris*, *R. glacialis*, *R. parnassifolius*, *R. pyrenaeus*, *Rhamnus pumilus*, *Rhododendrum hirsutum*, *Salix caesia* Vill. (*prostrata* Ehrh.; sp. rarissima, neque alibi intra nostros fines visa, infra casas, qua ad M. Taveyannaz itur, occurrit), *S. hastata* (*Arbuscula* Sut.), *S. helvetica* Vill. (*arenaria* auct.), *S. herbacea*, *Saxifraga oppositifolia*, *Senecio Doronicum*, *Soldanella alpina*, *Thalictrum maius* Jacq., *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.), *Viola calcarata*, *V. cenisia* (ad ruinas M. Diablerets).

Escharpigny, V. Charpigny, collis rupestris ei contiguus, cui vicus et arx diruta S. Tryphonis insident, ac paulo magis ad orientem porrectus, haud procul a via, qua Aquileia Bactium tenditur. Hi colles rupibus calcareis, inter quas pulchra marmora nigra reperiuntur, et ad tabulas aliasque supellectiles conficiendas per totum pagum adhibentur, constant. Rupes superiores collis S. Tryphonis, sese ad 250 p. supra vallem Aquileiensem extollentes, stratis calcareis griseis, horizontalibus et satis regularibus, petrefacta quaedam continentibus, inferiores, in quibus fodinae sunt, marmore constant. Rupes autem collis Escharpigny inordinatae et quasi contritae iacent, signa gerentes ingentium subversionum, quas in ista Alpibus circumdata regione natura olim subiisse videtur. Tota circumiacens vallis campis planissimis patet, atque ex summis collibus prospecta scenam pulcherrimam oculis ostendit. Plantae rariores: *Arabis perfoliata* Lam. (*Turirtis glabra* L.), *Molinia serotina* M. et K. (*Festuca* L.), *Ophrys arachnites* Hoffm., *Orchis coriophora*, *Orobus niger*, *Ruscus aculentus*, *Salvia verticillata*, *Tragus racemosus* Desf.

(Cenchrus L.), *Trifolium rubens.* — Prope St.-Tryphon: *Allium angulosum α petraeum*, *All. carinatum*, *Campanula rapunculoides*, *Fragaria collina* Ehrh., *Geranium rotundifolium*, *Hemerocallis flava?* (teste rev. Murith), *Herniaria hirsuta*, *Iris germanica*, *Medicago minima* Desrouss., *Melica ciliata*, *Ornithogalum luteum (sylvaticum* Pers. et fl. helv.), *Poa bulbosa*, *Prunus Mahaleb*, *Rumex conglomeratus* Schreb. *(Nemolapathum* auct.), *Ruscus aculeatus* (ad rupis cuiusdam, inter St.-Tr. et Aquileiam, clivum orientalem, copiose), *Sempervivum tectorum*, *Teucrium Scordium*, *Trifolium scabrum*, *Trinia Henningii* Hoffm. (vel potius *glaberrima* Hoffm.; *Pimpinella dioica* L.) *Veronica spicata* I *vulgaris β persicifolia).*

Esplatures nomen altae vallis comitatus Neocomensis, ad quam nobile emporium *La-Chaux-de-Fonds* pertinet. V. supra.

Essert, vicus pagi Vaudensis in agro Urbigeno, nec multum Urba, orientem versus distans. Ibi et circa Écornillières occurrit *Micropus erectus.*

Esserts (les). V. Roche.

Essevenex, pagulus Sabaudiae ad pulchrum sinum, quem inter Aquariam (Yvoire) et Coudray lacus Lemanus efficit. Planities vicinae sabulo tenuissimo constantes, ericeta, pineta atque ripae insignes proferunt plantas. Ibi enim leguntur: *Cakile rugosa* L'Hér. *(Myagrum* L.), *Diplotaxis muralis* D. C. *(Sisymbrium* L.), *Euphorbia exigua β retusa*, *Euph. falcata*, *Euph. Gerardiana* Jacq. *(Paralias* Sut.), *Festuca glauca* Lam., *Orobanche ramosa*, *Scirpus Holoschoenus* (in littoris arenis), *Silene Otites* Sm. *(Cucubalus* L.).

Essuyères (les), Aquileiensium mons, ubi inveniuntur *Aquilegia alpina*, *Potentilla grandiflora*, *Rosa rubrifolia* Vill.

Estavayer. V. Neocomensis lacus.

Établins (les), locus, ut putamus, praefecturarum Iuranarum, ubi *Geranium pratense*, in Helvetia rarissimum, occurrere dicitur.

Etivaz (l'), vallecula cum vico eiusdem nominis, supra Castrodunum, inter valles Ormonds et Gsteig sita, secus torrentem Tourneresse, fere ab austro septentrionem versus extenditur. Vix ultra duas leucas longa est, atque tam arcta montibusque adeo elatis subiecta, ut per nonnullas hyemis hebdomades incolae solem nunquam videre possint. Prope pagum, cuius habitationes per maximam fere vallis partem disseminatae sunt, balneum salutiferum aquae sulphureae exstat, quod regionum vicinarum, ac totius pagi incolae nunc frequentius quam olim visitant. Vallis pascuis fertilissimis abundat, sed perpaucos agros possidet, in quibus frumenta tantum aestivalia coluntur. Montes Tomaley, Seron atque scopulus la Cape au moine dictus valli Ormonds imminentes, alti quidem sunt, sed nivium regionem non attingunt; cacumina autem orientalia Rübli et Floriettaz orientem versus supra vallem Gsteig exsurgentia, atque dorsum ea coniungens, glacie nivibusque perennibus rigent. Omnes isti montes multas alpinas stirpes producunt. Huius loci sunt: *Campanula pusilla* Haenke β fl. albo, *Cerinthe glabra* Mill. (*minor* Sut. *alpina* Kit.), *Mentha gentilis*, *Rosa rubrifolia* Vill, *Valeriana Phu*. V. **Seron.**

Étroz, nomen, quo Valesii altissimorum montium stabula designant. Em. Th.

Étroubles, pagulus Pedemontanus vallis Praetoriae, ad M. Pennini pedem australem situs. In vicinia proveniunt: *Antirrhinum Bauhini* N. (*genistifolium* Sut.; etiam prope St.-Oyen), *Fumaria parviflora* Lam., *Nepeta lanceolata* Lam. (*N. Nepetella* Sut.), ***Sisymbrium strictissimum.***

Etzel, mons Suitensium, ripae lacus Tigurini sinistrae imminens, per quem via ab urbe Rapperschweil ad Einsiedlen ducit. Summum huius itineris punctum 2010 p. supra lacum et 3310 p. s. m. elatum est. Ibi scena pulcherrima coram viatoris oculo undique adparet. In montis cacumine hocce collo altiore

3402 p. s. m. elevato, atque ab eo ½ l. distante, latius adhuc prospectus extenditur.

Etzelfluhe. V. Pilatus.

Evian, oppidulum Sabaudiae, ad lacum Lemanum, fere e regione Morgiarum situm. Fontes aciduli, Amphionis nomine noti, urbe parum distantes, a multis hospitibus per aestatem frequentantur. Haud procul ab aquarum aedificiis, Thonon versus, *Cyclamen europaeum* inter lapides arenasque ripae lacustris iuxta sepes, copiose occurrit. Prope vicum montanum Bernier supra Evian situm observata est *Salvia verticillata.*

Eysins, parvus vicus page Vaudensis, inter Nevidunum et Crassier, prope rivulum Boiron situs. Ibi reperiuntur: *Dipsacus pilosus* (ad sepes vulgo), *Gratiola officinalis.* Infra vicum ad rivuli ripas: *Limodorum abortivum* Sw. (*Orchis* L.), *Ophrys aranifera* Huds., *Ophr. myodes* Jacq., *Orchis fusca* Jacq.

F.

Fabariae (thermae, germ. *Pfeffers*), fontes earum thermarum in agro Sarunetensi (im Bezirke Sargans) pagi sangallensis, supra furibundam Taminam et in praecipitii horrendi imo fundo, ubi nempe, per totius anni longissimos dies, sol nonnisi 4 horas lucet, ad altitudinem 2128 p. supra mare ex ipso faucium pariete scaturiunt. Inde per canales ponti, seu aquaeductui ligneo 600 passus longo impositos, infra pylas petraeas et supra impetuosi torrentis fluctus, aquae salutiferae ad balnea perveniunt. Fons praecipuus tantum per aestatem aquas praebet, et temperatura eius 29½ gradus thermometri reaumuriani metitur. Aquis istius fontis per annos sicciores balneo non sufficientibus, pumparum, quas Tamina agitat, ope, fons alius multo profundior, cuius aqua dimidio gradu calidior esse dicitur, necessarium supplementum praebet. Aquae Fabariae limpidae et levissimae sunt, atque colore, gustu et odore carent. Aegris tum

propinantur, tum perinde in balneorum usum inserviunt. Quarum vires in multis morbis praestantissimas seculorum experientia confirmavit; quapropter, balneorum difficili accessu, ac situ in profunda remotaque valle paulo tristiori haud obstantibus, a multis hospitibus quotannis frequentantur. Balnei aedes spatium, in ipso rupium pariete ad hunc finem diffracto conquisitum, et trecentis fere hospitibus sufficiens occupant. Itaque loca balneo proxima semitis viisque planis fere omnino carent; sed per clivos Taminae impendentes ambulacra haud inamoena parata fuerunt, hisque superatis clivis regiones pulchrae amatores ad varios excursus invitant. Homines pede firmo atque capite vertiginibus inaccesso praediti, non sine quodam horrore voluptate temperato per illum longum, quem modo diximus, pontem supra furentis Taminae undas suspensi, thermarum scaturiginem adeunt.

Pulchra Abbatia Fabaria, ordinis D. Benedicti, quae balnei domum ac fontes possidet, inter thermas et Rhenum sita est. — Vallis Taminae tum inferior, quae usque ad montem Galandam extenditur, tum superior, Kalveiserthal dicta, quae subito ad angulum pene rectum occidentem versus convertitur, raris pulchrisque stirpibus abundat. Nostris temporibus istae regiones subalpinae a Cl. Wahlenberg, ac potissimum ab amiciss. Custore cura singulari exploratae fuerunt. Etiam sub prioris seculi initio Joannes et J. Jacobus Scheuchzerus ibi non paucas plantas observaverant. Circa thermas et in Alpibus vicinis nascuntur: *Achillea macrophylla*, *Acer platanoides*, *Aconitum Lycoctonum*, *Allium paniculatum*, *Anthericum serotinum*, *Aquilegia alpina* (inter thermas et monasterium), *Arabis bellidifolia* Jacq., *Buphthalmum salicinum*, *Calamintha Nepeta* Clairv. (*Melissa* L.), *Circaea alpina*, *Coronilla Emerus*, *Daphne Cneorum* H *striata* (in sylvis dumetisque frequens), *Digitalis lutea*, *Euonymus latifolia* Jacq. (in alpinis et subalpinis), *Galeopsis pubescens* Bess. (*versicolor* Clairv.), *Hedysarum*

obscurum, *Hypochoeris maculata*, *Impatiens Noli-tangere*, *Laserpitium latifolium*, *Luzula nivea* Dec.) *Iuncus* L.), *Physalis Alkekengi*, *Phyteuma Halleri* All. (*ovata* Willd.), *Rhododendrum ferrugineum*, (ultra Taminae pontem), *Rubus saxatilis*, *Stipa Calamagrostis* Whg. (*Agrostis* L.), *Veronica urticaefolia* Jacq., *Vicia sylvatica*. — Inter Valenz et Vettis: *Coronilla vaginalis* Lam. (minima auct.), *Epipactis rubra* Sw. (*Serapias* L.), *Linnaea borealis* (?? nuper non visa). — In valle Calveiserthal: *Aira flexuosa α* (*montana* Sut.), *Anthericum serotinum*, *Apargia alpina* Host., *Ap. autumnalis* Hoff. *β alpina*, *Arabis bellidifolia* Jacq., *Arenaria ciliata* (forma vulgaris, et grandiflora), *Ar. polygonoides* Wulff., *Artemisia spicata* Jacq., *Avena distichophylla* Vill., *Av. pubescens β alpina*, *Av. versicolor* Vill., *Cardamine bellidifolia*, *C. resedifolia*, *Carex atrata α varia*, et *γ* (*C. nigra* All.), *C. frigida* All., *Centaurea Rhapontica*, *Cerastium arvense* II *strictum*, *Cerinthe glabra* Mill. (*alpina* W. et K.), *Epilobium Dodonaei* Vill., *Eriophorum Scheuchzeri* Hoppe (*capitatum* Hoffm.), *Geum reptans*, *Hieracium piloselaeforme* Hoppe, *Neslia paniculata* Dec. (*Myagrum* L.), *Phaca astragalina* Dec. (*Astragalus alpinus* L.), *Phyteuma hemisphaericum*, *Poa annua* II *varia* (*P. supina* Schrad.), *Salix herbacea*, *S. serpyllifolia* Scop., *Saponaria ocymoides*, *Saxifraga aspera* II *bryoides*, *Sedum saxatile* All., *Sempervivum montanum*, *Sibbaldia procumbens*, *Silene rupestris*, *Sparganium natans* (ultra terminum abietinum adscendens), *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis*), *Valeriana saxatilis*. — *Pinus Cembra* inter eius vallis stirpes in Cl. Ebelii libro manuali citata, ut videtur, ab amiciss. Custore, cui hanc plantarum enumerationem debemus, ibi non observata est, „nec „constat eam nisi ad Arolae fontes, usquam inter „Arolam et Rhenum crescere." Wahlenb. helv. p. 180.

Fähnern, Abbatiscellanorum mons alpinus, in cuius pascuis inventae fuerunt: *Hieracium pilosellae-*

forme Hoppe (stirps pulchra rarissimaque), *Oxytropis montana* Dec. (*Astragalus* L.), *Valeriana saxatilis.*

Faido, vicus pagi Ticinensis, in valle Lepontia, ad M. Gotthardi viam inter Dazio (telonium) et Giorcino situs. Solum 2292 p. s. m. elevatum et frigidum est, sed satis fertile, ut arbores pomiferae et frumentum ibi felici successu coli possint. Uva tamen rarius ad maturitatem pervenit. In regione vicina Castanea vulgo et promiscue cum Pino Larice reperitur. — Plantae rariores potissimum circa Dazio provenientes: *Allium angulosum α petraeum*, *Hieracium Jacquini* Vill., *H. sabaudum*, *H. staticefolium* Vill., *Phyteuma corniculatum* Clairv. II *Columnae.* In ipsis faucibus infra telonium: *Achillea nobilis*, *Echinospermum Lappula* Lehm. (*Myosotis* L.) et *Cytisus nigricans.*

Falconarius, mons iugi Iurani, ni fallor, illi amphitheatro rupestri, nomine Creux du Van noto, proximus. Ibi inventae fuerunt: *Androsace villosa* (genuina), *Anemone alpina*, *Dryas octopetala*, *Helianthemum canum* Dun. (*Cistus marifolius* Sut.), *Hieracium aureum* Vill. (*Leontodon* L.), *Orchis viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Polygonum viviparum*, *Thalictrum aquilegifolium.*

Falkenstein, arx pagi Solodurensis, altae rupi insidens, in iugo Iurano, nec procul ab oppidulo Ballstall sita. Ad rupis pedem via regia dividitur, atque hinc ad M. Superiorem Hauenstein, inde vero ad M. Passawang ducit. Infra arcem proveniunt: *Athamanta Libanotis* (Mummeliswyl versus), *Cardamine impatiens*, *Hieracium amplexicaule.* Ad ipsam arcem: *Primula Auricula.*

Falkniss, mons Rhaetigoviae, paulo supra vallis aditum, ad agri Montafunensis limites situs et secundum Cl. Roesch, 7605 p. s. m. elatus. Prospectum excellentem exhibet, et stirpibus pulchris abundat. — Citantur: *Campanula Cervicaria* et *Gentiana nivalis.*

Farnsburg, arcis dirutae rudera, in pago Basileensi, inter Liestall et regionem Argoviensem Frick-

thal, colli insidentia, ubi campi late patentes pulchrum laetissimumque spectaculum offerunt. Plantae rariores: *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Buphthalmum salicifolium*, *Cardamine hirsuta α sylvatica*, *Coronilla montana* Scop. (*coronata* Sut.), *Hesperis matronalis β sylvestris* (*H. inodora* L.), *Melissa officinalis*, *Rhamnus alpinus*, *Rumex scutatus*, *Valeriana montana*.

Faucilles (Les). V. Gex.

Féchy. V. Albona.

Felinus lacus (der Katzensee), ¾ l. longus, in pago Tigurino, ad pedem orientalem Legerii montis et infra oppidulum Regensberg situs, duplici lacuna canalis ope coniuncta constat. Ripas eius solitarias, nec nisi a perpaucis piscatoribus habitatas, paludes torfaceae circumdant, quae huic parvo lacui iam a C. Gesneri et I. Scheuchzeri temporibus apud rei herbariae amatores magnam celebritatem paraverunt. Pisces multos, praecipue Cyprinos alit. Plantae rariores: *Agrostis canina α*, *et δ hybrida*, *Agr. purpurea* N., *Agr. vulgaris* With. *γ pumila* (*Agr. pumila* L.), *Andromeda polifolia*, *Arundo Calamagrostis*, *Carex ampullacea* Good., *C. chordorrhiza* L. fil., *C. dioica*, *C. flava δ polystachya*, *C. filiformis* (*lasiocarpa* Ehrh.), *C. intermedia* Good. (*arenaria* Sut.), *C. limosa α*, *C. Pseudo-Cyperus*, *C. pulicaris*, *C. stellulata* Good. (*echinata* Sut.), *C. teretiuscula* Good. (*diandra* Sut.), *Cicuta virosa*, *Cladium Mariscus* R. Br. (*Schoenus* L.), *Comarum palustre*, *Drosera anglica* Huds., *Dr. rotundifolia* (copiose), *Eriophorum angustifolium* Roth *γ alpinum*, *Er. gracile* Koch (*triquetrum* Hoppe), *Er. vaginatum*, *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.), *Hydrocotyle vulgaris*, *Malaxis Loeselii* Sw. (*Ophrys* L. *Ophr. lilifolia* Sut.), *Polygala amara γ austriaca*, *Potamogeton pusillus*, *Salix repens γ sericea* (ad fossas torfaceas), *Scheuchzeria palustris*, *Scirpus acicularis*, *Sc. Baeothryon* Ehrh., *Spiranthes aestivalis* Rich. (*Ophrys aestiva* Balb.), *Thysselinum palustre* Hoffm.

(Selinum L.), *Utricularia vulgaris*, *Vaccinium Oxycoccos*.

Fenalet, pagulus montanus ditionis Vaudensis, supra le Devens, ac fere leuca una a vico Bex distans. Locus amoenus pomariis pulchrisque castanetis circumdatus est. Ibi per multos annus optimus Abr. Thomas, rei herbariae, cui summo Hallero duce operam dederat, amantissimus vixit. Plantas rariores, quarum non paucas in regione vicina, ac praecipue per Alpes habitationi suae imminentes detexit, in hortulo curiose colebat. Circa Fenalet occurrunt: *Acer platanoides*, *Archangelica officinalis* (?) Hoffm. *(Angelica Archangelica* L.), *Anemone Hepatica*, *Buphthalmum salicifolium*, *Chaerophyllum aureum*, *Cypripedium Calceolus*, *Galanthus nivalis*, *Gentiana Amarella (germanica)*, *G. verna*, *Geranium lividum* L'Hér., *Hemerocallis fulva* (inter F. et les Posses), *Lathyrus heterophyllus*, *Leucoium vernum*, *Milium sylvaticum* (in nemoribus subalpinis), *Ophrys anthropophora*, *Orchis pallens*, *Ornithogalum luteum (sylvaticum* Pers. et Fl. helv.), *Salvia Sclarea*, *Scilla amoena*, *Staphylea pinnata*, *Trifolium ochroleucum*, *Vicia sylvatica*.

Fenêtre (Col de la), dorsum editissimum, pedes nempe 8990 s. m. elevatum, vallem Valesiacam Bagnes a Pedemontana valle Pellina, ad provinciam Praetoriam pertinente dissocians. Totius iugi latera undique molibus immensis glacialibus horrent. Semita difficillima vixque nisi per summam aestatem viatoribus accessa hocce collum elatissimum superat, atque secus montis quem Glacialem (Montgelé) nuncupant radices, ad vicam Augustanum Ollomont supra Gignod perducit.

Fenêtre (Col -), nomen alius colli, etiam in Alpibus Penninis siti, quo per pascua la Baux D. Bernardi hospitio austrum versus proxime subiecta ac secundum rupem quam dicunt Politam tenditur. Summa itineris altitudo fere 8400 p. s. m. metitur. Quo vertice traiecto via in vallem Valesiacam Ferret

cis eiusdem nominis collum ad septentrionem sitam descendit. In eo tractu anno 1829 pulchra raraque *Pedicularis recutita* Vill. hucusque intra patrios fines nonnisi in M. Generoso rite recognita, tandem lecta est. V. Ferret.

Fereina. V. Rhaetigovia.

Fermunt, mons praealtus Rhaetorum, in summa valle Prettigau, ad Engadinae et Austriacae ditionis limites situs. In eo monte crescere dicuntur: *Artemisia glacialis*, *Art. Mutellina* Vill. (*rupestris* Sut.), *Biscutella laevigata*, *Hieracium lanatum* Vill. (*Andryala* L.), *Ligusticum peloponesiacum* (in Alpe Gargela), *Rheum digynum* Wbg. (*Rumex* L.).

Fernex, pulcher pagus Gallicae ditionis supra Versoix situs, et sesquileuca ab urbe Geneva distans. Ibi locisque vicinis aliquot rariores proveniunt plantae, ut *Hypericum humifusum* et *Oxalis stricta*. Tum in sylvis ad viam, qua ad Versoix itur: *Dianthus superbus* et *Rosa gallica* I *pumila*.

Ferrera. V. Avers.

Ferret, (apud Hallerum plerumque Ferry) vallis alpina, ad Valesiae inferioris et Pedemontii limites pedemque euro — australem M. Albi (Montblanc) sita. Huc et inde ad oppidum Courmayeur semita alpestris e vico Orsières, vallis valesiacae Entremont per collum eiusdem nominis (Col-Ferret), 7170 p. s. m. elatum ducit. Casae pastoriae vallis ipsius 5154 p. s. m. elevatae sunt. Stabula autem valesiaca, inter Orsières et collum occurrentia vulgo mayens de Ferret nuncupantur. Plantae rariores: *Androsace obtusifolia* All., *Campanula Allionii* Vill. (?), *Chrysanthemum alpinum*, *Empetrum nigrum*, *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Hieracium rupestre* (in vallecula Entrèves, supra Courmayeur), *H. Schraderi* Schl. I *integrifolium*, *Salix hastata* δ *tenuifolia*, *S. herbacea* α, et β *macrophylla*, *Sibbaldia procumbens*, *Trifolium alpinum*. — Nuper in eo tractu a Cl. Lonesche observatae fuerunt et quidem 1) infra collum Fenêtre,

alpem la Baux versus: *Androsace (Aretia) pennina* N., *Artemisia spicata* Jacq., *Draba nivalis* Liljebl., *Potentilla frigida* Vill. *(norvegica* Sut.); — praeterea ibi provenire dicuntur: *Ophrys alpina*, *Saxifraga biflora*, *S. planifolia* Lapeyr. var. *citrina*. 2) In clivo opposito colli, infra tres lacunas: *Gnaphalium Leontopodium* Vill. *(Filago* L.), *Hedysarum obscurum*, *Onobrychis vulgaris* N. *α montana*, *Oxytropis cyanea* Bieb. (in Helvetia perrara, nec nisi in summa D. Nicolai valle visa), *Pedicularis gyroflexa* Vill., *Phaca australis*, *Ph. frigida* Jacq., *Potentilla grandiflora*, *P. minima* Hall. fil., *Salix reticulata*, *Sedum Anacampseros*. 3) Plantae vallis superioris Ferret, usque ad eiusdem nominis pagulum, a) ad torrentis ripam dextram: *Alchemilla pentaphyllea*, *Euphrasia minima* Jacq., *Iuncus triglumis*, *Spergula saginoides*; b) ad ripam sinistram: *Achillea macrophylla*, *Sisymbrium tanacetifolium*. 4) Inter Ferret et Orsières: *Asperugo procumbens*, *Gentiana purpurea*, *Geranium lividum* L'Hér., *Orobus luteus*; *Saxifraga cuneifolia*.

Ferrière, pagulus vallis D. Immerii, haud procul a vicis St.-Imier et Chaux d'Abelle situs. Plantae rariores: *Camelina sativa* Crantz *(Myagrum* L.), *Cardamine hirsuta α sylvatica*, *Carex intermedia* Good. *(arenaria* Sut.), *Fragaria vesca β crepitans*, *Galeopsis pubescens* Bess. *(versicolor* Whg.), *Gentiana ciliata*, *Geranium phaeum*, *G. pratense* (rarissimum), *Goodyera repens* R. Br. *(Satyrium* L.), *Hieracium succisaefolium* All., *Hypochoeris glabra*, *Ligusticum Meum* Crantz *(Athamanta* L.), *Mentha viridis*, *Myrrhis odorata* Scop. *(Scandix* L.), *Orchis viridis* Crantz *(Satyrium)*, *Pedicularis sylvatica*, *Rhamnus alpinus*, *Sambucus racemosa*, *Scabiosa sylvatica β longifolia*, *Solanum nigrum ε villosum*, et *ζ miniatum*, *Triticum caninum* Schreb. *(Elymus)*, *Triticum Halleri* Viv.

Feuerstein, mons ad Pilati et Entlebuchiae Alpium iugum pertinens, secundum Cl. Wahlenberg 5999 p. s. m. elatus. In eius latere insignis exstat

lacus, Sewersee dictus, 758 p. infra montis verticem situs. Eius littora plantarum frigidarum feracia esse testatur Vir celeberrimus, a quo in eo monte indicatae fuerunt: *Allium Schoenoprasum β alpinum*, *Anemone vernalis*, *Azalea procumbens*, *Betula viridis* Chaix (in monte vicino Schwanderberg), *Carex ampullacea*, *C. capillaris*, *C. pilulifera*, *Convallaria verticillata*, *Dentaria pinnata* Lam., *Empetrum nigrum* (in palud. montana), *Gentiana Amarella*, *G. ciliata*, *G. utriculosa*, *Globularia nudicaulis*, *Iuncus triglumis*, *Orchis viridis* Crantz *(Satyrium* L.), *Pedicularis versicolor* Wbg. *(flammea* Sut.), *Pinus sylvestris β montana* Wbg., *Primula viscosa* Vill. *(villosa* Sut.), *Swertia perennis*, *Tozzia alpina*.

Fidriga. V. Oeni vallis.

Filisur. V. Alveneu.

Finelen s. Fünelen, tractus alpestris altissimus et ad limitem nivalem adtingens, supra Zermatten, in summa D. Nicolai valle situs. Omnis ista frigidissima plaga plantis pulcherrimis, solo granitico propriis abundat. Potissimum occurrunt: *Androsace carnea*, *Andr. (Aretia) pennia* N., *Andr.* (Aretia) *tomentosa* Schl., *Anemone Halleri* All., *Anthericum serotinum*, *Apargia crispa* Willd. *(Leontodon* Vill.), *Aretia Vitaliana* N. *(Primula* L.), *Arnica Doronicum* Jacq. *Artemisia glacialis*, *Cacalia leucophylla* Willd. *(tomentosa* Vill.), *Carex iuncifolia* All., *Cirsium heterophyllum* Dec. *β pinnatifidum*, *Eriophorum Scheuchzeri* Hoppe *(capitatum* Hoffm.), *Gentiana utriculosa*, *Herniaria alpina* Vill., *Hieracium angustifolium* Willd., *H. lanatum* Vill. *(Andryala* L.), *H. Schraderi* Schl., *Lychnis alpina*, *Oxytropis uralensis* Dec. *(Astragalus* L.), *Pedicularis rostrata*, *Phyteuma pauciflorum (globulariaefolium* Hoppe et Fl. helv.), *Potentilla multifida*, *Salix myrsinites β angustifolia (S. arbutifolia* Willd.), *Saxifraga biflora* All., *Senecio uniflorus* All., *Thlaspi rotundifolium* N. *(Iberis* L.) *β corymbosum*, *Thl. sylvium* N. *(alpestre* Sut.). V. Zermatten et

ibi plantas ad alpem Flühe et circa Grieskummen indicatas, ad eundem tractum pertinentes.

Finges, sylva nobilis, prope Sideram in Rhodani ripa sinistra sita. V. Sidera.

Finshauts (Finioz, Fines alti), in Valesia inferiore, prope Sabaudiae Alpes. Semita montana a vico Verneya ad Rhodani ripam sinistram inter Octodurum et Agaunum sito, ad collum Tête-noire, et inde in vallem Chamouny ducit. Viator Octoduro profectus paulo ante Trientis pontem flumini proximum hancce arduam ingreditur semitam, qua intra horae trientem altum rupium parietem conscendit. In adscensu *Adianthum Asplenium-nigrum*, *Hieracium Jacquini* Vill., *H. murorum* I *γ pictum*, *Saxifragam Cotyledonem* (?), et *Veronicam vernam* legere potest. Pariete superato, saltem per mensem Iunium in paguli Geuroz pratis undique *Orchidem sambucinam*, tum luteam, tum purpuream (*incarnatam* L.), laete florentem miratur. Cum ea certatim nitent *Orchis Morio*, *Orch. mascula*, *Saxifraga bulbifera*, ibi fortasse quam in ulla alia statione pulchrior, et *Phyteuma betonicaefolium* Vill. Ultra Geuroz, in sylva abietina occurrunt: *Arenaria trinervia*, *Asperula odorata*, *Galium rotundifolium.* Circa tuguria (mayens) vicina: *Orchis mascula*, *Orch. militaris*, *Orch. odoratissima*, *Veronica praecox* All., *V. verna.* Deinde ad pagulum la Crottaz pervenitur, prope quem *Uvularia amplexifolia*, *Lycopodium annotinum*, et *L. clavatum* vigent. Supra eum locum in humida arduaque vallecula obvia est *Tozzia alpina*, et in pratis ad mapalia Planageurs dicta, rursus aliquot *Orchides*, *Actaea spicata*, *Convallaria verticillata*, atque iterum *Uvularia.* Secus viam inde ad vicum Létroz: *Stellaria nemorum;* tum supra Létroz, trans pontem, quo ad ripam sinistram Trientis pervenitur, in pratis huic torrenti vicinis *Phaca astragalina* *) Dec. (*Astragalus alpinus* L.) hocce

*) V. Mur. bot. val. p. 10. Amiciss. GAY. suspicatur Astragalum alpinum regionum hyberborearum a nostro differre,

loco magnitudine et elegantia perinsignis vegetat; tum in ipsius littoris sylva rara *Linnaea borealis*, quam praeter Vispae valles, nulla alia Valesiae regio profert. Inde ad viam, pagulum Trouléroz versus: *Orchis bifolia*, *Pinguicula alpina*, *Potentilla aurea (Halleri* Ser.), *Tofieldia calyculata* Wbg. *(Anthericum* Sut.). — Ad viam colli Tête-noire, infra quam Trientis unda inter horrendas rupes coarctata furit: aliquot *Lycopodia*, *Blechnum boreale* Sw. *(Osmunda Spicant* L.), *Hieracium murorum* I γ *pictum*, *Prenanthes purpurea*, *Rubus saxatilis.* Trans pontem, in torrentis nempe ripa dextra prope locum Trient dictum: *Lonicera coerulea*, *Phaca astragalina* Dec. *(Astragalus alpinus* L.), *Rosa rubrifolia* Vill. V. Trient. — Supra vicum Létroz, alia semita ad Finshauts, pagulum inter totius Helvetiae vicos alpestres altissimos recensendum pervenit. Regio ei vicina, etsi valde elata, neutiquam sterilis est, et pulchros possidet agros. Ibi occurrunt: *Arundo halleriana* N., *Festuca varia* Haenke, *Galeopsis ochroleuca* Lam. *(latifolia* Sut.), *Hieracium grandiflorum* All., *Rosa rubrifolia* Vill., *Saxifraga cuneifolia*, *Sedum saxatile* All., *Spergula arvensis* (planta per Valesiam rarius occurrens). Supra Finshauts, in M. Emousson, ad primum nempe adscensum: *Arenaria rubra*, *Cardamine resedifolia*, *Rosa villosa.* In arctissimis faucibus, unde per semitam arduam periculosamque ad pascua descenditur: *Saxifraga androsacea*, *S. aspera* I *elongata*, *S. Cotyledon (pyramidalis* Lapeyr.). In ipso pascuorum cratere: *Apargia Taraxaci* Willd. *(Leontodon* L.), *Campanula cenisia*, *Cerastium arvense* β *hirsutum (C. repens* Schl.), *Scirpus caespitosus*, *Viola palustris.* V. Barbarine.

---

quippe qui helvetico longe maior sit. Testante tamen Linnaeo, planta etiam Lapponica quoad staturam insigniter inconstans deprehenditur. Sed addit eam in Alpibus quam saepe flores albos proferre; quam variationem apud nos hucusque nemo vidit. Utcunque sit, autoptas stirpem trientinam, quam nondum videre potui, accuratius indagare non pigebit.

Finsteraarhorn. V. Grimsula.

Fläsch. V. Mayenfeld.

Flon (Le), nomen rivuli valleculam, quae duas praecipuas Lausannae urbis partes separat, percurrentis. V. Lausanna.

Flüela, mons excelsus Rhaetorum, inter vallem Oeni inferiorem et valleculam etiam Flüelae nomine cognitam, quae supra Davos in Albulae vallem principem aperitur, sese extollens. Viae alpestris, qua per hunc montem, schistis amphibolicis et gnesio constantem ab oppidulo Süss, in Engadina sito, ad vicum Davos itur, punctum summum, testante celeberr. J. de Charpentier, ultra 7000 p. s. m. elevatum est. Ibi vir optimus Septembri 1829 *Senecionem carniolicum* Willd., hucusque nusquam intra patrios limites observatum (V. fl. helv. VI. app.), in *Ranunculi glacialis* consortio frequentem detexit.

Folateires (Les). V. Branson.

Fondemens. V. Devens.

Fons ruber. V. Rothenbrunn.

Fontaine-André. V. Neocomum.

Forclaz. V. Trient et Mosses (les).

Formazza s. Pommat, Pedemontii vallis alpina, pago Ticinensi ad Eurum, et Valesiae ad boream occasumque contermina, ac M. Gries lateri meridionali subiecta. Locus praecipuus huius nominis octo pagulis constat, quorum incolae lingua germanica utuntur. In ista editissima valle nulla nisi aestivalia frumenta proveniunt, ac testante Cl. Ebelio, quaevis familia tantum semel quotannis panem sibi coquit. Pars vallis superior, 5888 p. s. m. elata, pascuis pinguissimis, stirpes rariores non paucas proferentibus, abundat. Montes vicini, verbi gratia, Furca di Bosco ac Gries, ut et pulcherrima Tocciae cataracta, quae viatoribus e valle Pommat per M. Gries in Valesiam transeuntibus occurrit, botanices et naturae amicorum attentionem summopere merentur. — Plantae rariores: *Cirsium* (*Carduus* L.) *heterophyllum*

Dec. *β pinnatifidum*, *Colchicum alpinum* Dec. (*montanum* All.), *Eriophorum angustifolium* Roth *γ alpinum*, *Galium parisiense* I (*G. litigiosum* Dec.; circa St. Roch), *Ligusticum peloponnesiacum* (in Alpibus), *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* Dec. (ad cataractae pedem), *Phyteuma corniculatum* Clairv. I (*Ph. Scheuchzeri* All.; supra Pommat), *Polygonum alpinum* All., *Salix daphnoides* Vill. (secus Tocciam), *Sesleria disticha* Pers. (*Poa* Willd.; inter Pommat et Muggio; rarissima), *Statice Armeria α alpina*, *Viola pinnata* (supra Pommat).

Forno s. Fuorn. V. Cernetz.

Forsteck, arx vallis Rheni, in ditione Sangallensi, fere ad pedem meridionalem montis Kamor, inter vicos Saletz et Sennwald, ad angulum pulchrae sylvae sita, et dimidia leuca a Rheno distans. Pars antiquior aedificii, quae iam a multis annis deserta fuit, magnae rupi insidet. Haec erat celebrium baronum ab Hohen-Sax, qui istam regionem civibus Tigurinis anno 1615 vendiderunt, antiquissima sedes. Helvetiae civili statu mutato, haec Rheguscorum vallis pars a pago Tigurino dissociata est. Rupi et arci veteri nova praefectorum habitatio adiacet. In vastis castri summi atriis tota pulchra Rheni planities, Alpiumque Abbatiscellanarum, Tyrolensium et Rhaeticarum iuga praelonga spectaculo sunt, magnificumque praebent prospectum. Plantae rariores in arcis sylva nascentes: *Anemone ranunculoides*, *Asperula taurina*, *Atropa Belladonna*, *Impatiens Noli-tangere*, *Physalis Alkekengi*. In pratis: *Galanthus nivalis*. In paludibus: *Menyanthes trifoliata*, *Nuphar luteum* Sm. (*Nymphaea* L.), *Nymphaea alba*, *Primula farinosa*. Ad Rheni littora: *Antirrhinum alpinum*, *Artemisia Absinthium*, *Hippophaë rhamnoides*, *Tamarix germanica* (copiose). Prope Saletz: *Galium boreale*. In Alpibus vicinis: *Crocus vernus*, *Dentaria bulbifera* (auf der Schloss-Alp; quin etiam in ipsam planitiem, prope Forsteck, ubi eurum versus affatim legitur, descendit. A Cl.

Custor quoque trans Rhenum circa Meders lecta est.) *D. pinnata* Lam. *Equisetum multiforme* Vauch. *α variegatum* (auf den Saxer-Mayensässen), *Kobresia scirpina* Willd. (*Carex Bellardi* All.; in M. Rosslen), *Valeriana tripteris*, *Viola biflora*.

Fouly, Fouilly s. Fully, pagulus Valesiae inferioris, ad pedem montis cognominis, in ripa Rhodani dextra, paulo supra Branson et fere e regione Octoduri situs. Omnia quae de vegetationis pulcherrimae natura in articulo Branson retulimus, huc quoque conveniunt. Totus vicinus ager magnam rararum stirpium varietatem profert. Sata ibi 2—3 hebdomadibus quam ad Lemani littus orientale praecociora sunt, atqui iam summo vere, cum adhuc nives ceteros campos proximos obtegunt, circa Fouly et Branson prata collesque floribus innumeris exornantur. Sed natura, quae in hacce plaga regnum vegetabile tam larga manu dotavit, hominum generi minus benigna videtur: nam eorum vicorum permulti incolae strumis valde obnoxii sunt, nec usquam in Valesia tristis morbus endemicus, quem *cretinismi* nomine designant, frequentius quam ibi grassatur. Quin imo ipsa armenta deformia sunt, staturaque pygmaea conspicua. Ceterum boves obesiores proceriores que in istius tractus arduis et petrosis Alpibus non sine summo possessorum periculo damnoque aspera pascua pererrare possent. Quoad plantas insigniores v. Branson.

Fouly s. Fouilloux, mons Valesiacus iugi borealis, vico eiusdem nominis impendens, praeruptus, sed fertilis atque pascuis alpinis optimis ditissimus. Pascua ea duo lacus alpestres irrigant, quorum aquae limpidissimae per canales sive ductus praelongos, magna cura ac singulari arte exstructos conservatosque in imam vallem deducuntur. — In montis parte quae ab Alessa (v. Alesse) venientibus primum obvia fit, natura quandam portam s. propylaeum ex ingente lapidis tophacei mole effinxit.

Extra omnem controversiam mons Fouly inter plantarum pulchriorum rariorumque feracissimos, quas possidet Helvetia, recenseri meretur. Ibi phytopolae nostri praecipuam sibi supellectilem colligere solent. Quin etiam tum in ipso monte, tum in planitie ei subiecta, intra 5—6 mensium spatium plus quam dimidia omnium patriarum stirpium pars facile comparari potest. In M. Fouly potissimum occurunt: *Achillea nana*, *Agrostis rupestris* Willd., *Aiuga pyramidalis β alpestris* (*Ai. alpina* Sut.), *Alchemilla pentaphyllea*, *Androsace carnea*, *Anemone alpina β sulphurea* (*An. apiifolia* Willd.), *An. baldensis*, *An. vernalis*, *Apargia Taraxaci* Willd. (*Hieracium* L.), *Arabis bellidifolia* Jacq., *Ar. coerulea* Wulff., *Ar. pumila* Wulff., *Ar. saxatilis* All., *Arenaria biflora*, *Ar. polygonoides* Wulff., *Artemisia Mutellina* Vill., *Art. spicata* Jacq., *Astragalus aristatus* L'hér. (*Tragacantha* Sut.), *Avena distichophylla* Vill., *Av. pratensis β alpina* (*Av. bromoides* Sut.), *Av. versicolor* Vill., *Bupleurum ranunculoides*, *B. stellatum*, *Campanula cenisia*, *C. spicata*, *Cardamine resedifolia*, *Carex caespitosa β alpina* N. (*C. fusca?* All.), *C. curta* Good. *β brunnascens* (*C. Gebhardii* Hopp.), *C. curvula* All., *C. dioica*, *C. foetida* All., *C. frigida* All., *C. limosa β irrigua* Whg., *Centaurea Rhapontica*, *Cerastium latifolium*, *Cervaria glauca* N. (*Athamanta Cervaria* L.), *Chrysanthemum alpinum*, *Digitalis grandiflora* Lam., *Draba nivalis* Liljebl., *Dracocephalum Ruyschiana*, *Empetrum nigrum*, *Erigeron Villarsii* Willd., *Erinus alpinus*, *Eriophorum alpinum*, *Er. Scheuchzeri* Hoppe (*capitatum* Hoffm.), *Festuca alpina* Sut., *F. Halleri* Vill., *Galium helveticum* Weig. (*saxatile* Sut.), *G. sylvestre* Poll. II *alpestre β pygmaeum* (*Jussiaei* Sut.), *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Gentiana acaulis*, *G. alpina* Vill., *G. brachyphylla* Vill., *G. glacialis* Abr. Thom., *G. nivalis*, *G. punctata*, *G. purpurea*, *G. verna*, *Geranium aconitifolium* L'hér., *G. bohemicum*, *G. lividum* L'hér. (sub ipso propylaeo), *Geum reptans*, *Gnaphalium alpi-*

num, *Gn. supinum*, *Gn. sylvaticum* γ *fuscatum* (*Gn. norvegicum* Retz), *Hedysarum obscurum*, *Hieracium alpinum* I *Allionii*, II *pumilum* (*H. pumilum* Hoppe), III *Halleri* (*H. Halleri* Vill.) α *uniflorum* et ceterae varietates, *H. angustifolium* Hoppe, *H. aurantiacum* δ *flavum*, *H. blattarioides*, *H. breviscapum* Dec., *H. flexuosum* Willd., *H. Jacquini* Vill., *H. pilosella* γ *incanum*, et δ *peleterianum* (*H. peleterianum* Mér.), *H. prenanthoides* Vill. I *multiflorum* (*H. spicatum* Sut.), *H. prunellaefolium* Gouan, *H. Schraderi* Schl. I *integrifolium*, et III *glabratum* (*H. glabratum* Hoppe), *H. villosum* α, et γ *uniflorum* (*H. helveticum* Sut.), *Iuncus filiformis*, *I. trifidus*, *Iuniperus Sabina* (au rocher du Tremble), *Laserpitium Halleri* All., *Linum montanum* Schl. (*narbonense* Sut.), *Luzula* (*Iuncus* All.) *lutea* Dec., *L. spadicea* Dec., *Myosotis alpestris* Schmidt, *Nardus stricta*, *Orchis odoratissima*, *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* Dec., *Ox. montana* Dec., *Ox. uralensis* Dec., *Pedicularis tuberosa*, *Phaca alpina* Jacq., *Ph. astragalina* Dec. (*Astragalus alpinus* L.), *Ph. australis*, *Phyteuma Halleri* All. (*ovata* Willd.), *Ph. hemisphaericum*, *Ph. orbiculare* III *cinerascens*, *Pinus Cembra* (valde infrequens), *Poa distichophylla* N., *P. sudetica*, *Potamogeton obtusus* Ducros (*rufescens* Schrad.; in lacus aquis), *P. pusillus* β *capillaris* (perinde), *Potentilla grandiflora*, *Primula farinosa*, *Pr. viscosa* Vill. (*villosa* Sut.), *Pteris crispa* Sm. (*Osmunda* L.), *Ranunculus glacialis*, *R. parnassifolius*, *R. pyrenaeus*, *Ribes rubrum*, *Salix glauca* β *Lapponum* (*S. Lapponum* L.), *S. helvetica* Vill. (*arenaria* auct.), *S. myrsinites*, *S. serpyllifolia* Scop., *Saussurea alpina* Dec. (*Serratula* L.), *Saxifraga acaulis* N., *S. aspera* α *elongata*, et β *bryoides* (*S. bryoides* L.), *S. biflora* All., *S. exarata* Vill. (*hypnoides* All.), *S. muscoides* Jacq., *S. oppositifolia*, *S. patens* N. (nonnisi in eo monte et in Alpibus Abbatiscellanis visa; utrobique parcissime occurrens), *S. petraea* Vahl, *Scirpus caespitosus*, *Scutellaria alpina*, *Sedum Anacam-*

pseros, *S. repens* Schl., *S. saxatile* All., *Selinum nigricans* N. (*montanum* Schl.), *Senecio incanus*, *S. uniflorus* All., *Sisymbrium pinnatifidum* Dec. (*bursifolium* Sut.), *Thalictrum alpestre* N. (*alpinum* Sut.), *Th. minus* III *caesium* (pulchra planta!), *Thesium alpinum*, *Trifolium alpinum*, *Valeriana Saliunca* All. (stirps rarissima ibi supra locum rocher du Tremble dictum, ceterum nusquam nisi in M. Corbières supra Sedunum et in Friburgensium Alpe Mortais provenit), *Veronica fruticulosa*, *Viola calcarata*, *V. cenisia*, *V. palustris*, *V. pinnata* (ad portam tophaceam).

In dorso Montbron dicto, inter montes Fouly, Alesse et Jeman sito occurrunt: *Arenaria biflora*, *Ar. polygonoides* Wulff. β *nana*, *Azalea procumbens*, *Carex foetida* All., *Chrysanthemum alpinum*, *Empetrum nigrum*, *Salix helvetica* Vill., *S. glauca* β, *Saxifraga androsacea*, *S. aspera* β (*S. bryoides* L.), *Sisymbrium pinnatifidum* Dec. In paludibus huic dorso subiectis: *Eriophorum alpinum*, *Viola palustris*. Prope pagulum Cheboz supra vicum Fouly in ipsius montis adscensu situm: *Artemisia vulgaris*, *Dianthus Carthusianorum*, *Thymus pannonicus* All. In arctissimis faucibus supra hunc pagulum: *Allium Schoenoprasum* β *alpinum*, *Geranium aconitifolium* L'Hér., *Pedicularis tuberosa*, *Scutellaria alpina*.

Founex, vicus ditionis Vaudensis, inter Céligny et Commugny, paulo supra viam regiam, qua Genevam itur, amoeno colli insidens. In lapicidinis vicinis leguntur: *Potamogeton heterophyllus* Schreb, *P. pusillus*.

Fours (Col des). V. Bonhomme (Col de).

Frachiz, mons fertilis Aquileiensium supra Fenalet et Gryon situs, altioribusque pascuis Bovonnaz et Lavaraz subiectus. Ibi bonus Abr. Thomas hortulum plantis alpinis colendis destinavit, consilio eo magis probando quod longe minus in ea elata regione stirpes degenerare soleant quam in planitiei hortis. Ceterum pascua eius montis etiam pulchras plantas sponte proferunt. Ibi enim leguntur: *Carex brachy-*

stachys Schrank, *Chaerophyllum hirsutum* floribus roseis, *Cineraria cordifolia* Gouan, *Dentaria digitata* Lam., *D. pinnata* Lam., *Hieracium paludosum*, *Lunaria rediviva*, *Luzula flavescens* N. (*Iuncus* Host.), *Milium effusum* (in sylvis altioribus), *Ornithogalum minimum* (*Orn. Sternbergii* Hoppe), *Poa nemoralis* I *vulgaris β spongiosa*, *Pyrola secunda*, *Ranunculus nemorosus* Dec., *Ribes petraeum* Jacq., *Saxifraga aizoides*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *S. Plumieri* loco dicto au Noé, M. Soreuzé versus), *Veronica aphylla*.

Fräla, Freelberg, mons supra Bormium situs. Plantae rariores citatae: *Asphodelus luteus* (in Helvetia nunquam nisi cultus occurrens), *Bupleurum ranunculoides*, *Chrysanthemum coronarium*, *Ch. corymbosum*, *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Hieracium Jacquini* Vill., *Hypochoeris maculata*, *Luzula lutea* Dec. (*Iuncus* All.), *Senecio abrotanifolius*.

Frangi, Sabaudiae vicus, ultra St.-Julien, ad viam regiam, quae Geneva Camberium ducit, situs. Prope hunc locum observatae fuerunt: *Plantago integralis* N. (*Pl. Coronopus* Sut.), *Orobanche Artemisiae-campestris* Vauch. (*gracilis* Schl.).

Frauenfeld, pulchrum oppidum, ad fluvium Murg, paulo supra locum, ubi sese in Duriam effundit, in fertilissima regione situm, totiusque pagi Thurgoviensis caput. V. Thurgovia.

Frenières, vallis pagi Vaudensis alpina, altissimis montium Diablerets scopulis subiecta, ab impetuoso torrente Avanson percursa, perangusta paucasque leucas longa. Pagus montanus eiusdem nominis vix ultra leucam unam a Bévieux distat. Sylvae ac potissimum partes vallis superiores pulchris plantis abundant. Potissimum indicantur: *Campanula latifolia* (planta speciosa raraque), *Circaea intermedia* Ehrh. (*C. alpina β* Sm. Schrad. et in fl. helv. app. ad vol. VI), *Phyteuma spicatum β* floribus coeruleis, *Poa minor* N., *Pyrola uniflora* (in sylvis abietinis).

Friburgensis pagus, ab agro Bernensi Vaudensique circumdatus, ad Helvetiam occidentalem pertinet. Ab austro, boream versus a fluvio Sarina percursus, et in eandem directionem porrectus, longitudine fere 15 leucas metitur; maxima autem latitudo ex oriente ad occasum ad l. 10—11 aestimari potest. Totius territorii superficies 35—38 milliariis geographicis quadratis constat. Solum agri Friburgensis bonum est, et magnam frumenti copiam, ac praesertim ad lacuum littora vinum tabacumque profert. Pars australis pagi, potentibus Grueriae comitibus olim subdita, praealtos montes, quorum tamen cacumina terminum nivalem nusquam adtingunt, complectitur. In eorum pinguissimis pascuis armenta pulchritudine staturaque insignia aluntur. Ibi incolae caseum deliciosum illum Gruериense praeparant, per totam Europam notum, unde suas praecipuas divitias conquirunt.

Montes Friburgenses partim ad Alpes, partim ad Iorati iugam pertinent. Constant lapide calcareo petraque arenaria brecciae supposita, quae pulchra petrefacta continet. Inter rupem calcaream gypsum, pyritae et schistae calcariae reperiuntur. Supra altissimos totius pagi montes eminet pulcher Moleson, 6181 p. s. m. elatus*), unde magna Helvetiae occidentalis pars longe lateque prospicitur. Ea iuga boream versus sensim deprimuntur, fertilibusque collibus cedunt, qui et ipsi ad lacus Muratensis et Neocomensis littora cum planitie campestri confunduntur.

Maxima amoeni lacus Muratensis pars ad pagum Friburgensem pertinet, sed nonnisi plaga illa angusta, quam ager Vaudensis fere undique circumdat, parvum lacus Neocomensis tractum pertingit.

Praecipui amnes Friburgenses sunt Sarina (V. Bernensis pagus) et Singina (die Sense), quae in lacu alpino Schwarzsee fontes habet atque cursu perpetuo

*) Auctore Cl. Glutz. Ei biblioth. univ. genev. ad annum 1830 dumtaxat altitudinem absolutam 6167 p. tribuit.

septemtriones petens, agrum Friburgensem a Bernensi ut plurimum dividit, ac prope Laupen in Sarinam exoneratur.

Incolae, genus hominum strenuorum, statura procera formarumque pulchritudine conspicuum, sed superstitionibus et sacerdotum imperio nimis obnoxium, agriculturae et pecoris educationi potius quam mercaturae aut industriae artibus curam impendunt. Praeter cives Muratenses et ceteros eiusdem praefecturae subditos, qui fidei evangelicae addicti sunt, omnes religionem romano-catholicam profitentur. Per maximam pagi partem dialectus linguae gallicae corruptae usitata est, nec nisi regio euro-borealis germanice loquitur. — Hucusque Flora Friburgensis non rite explorata fuerat et copia neutiquam spernenda, quam possidet, fere usque ad dies nostros botanicis nostris ignota permanserat. Tandem hasce divitias recognoscere ceperunt scientiae naturalis amici ferventes, ut referendus Dematra, ampliss. Bourquenoud, Baumann von der Weid et Lagger. Amiciss. Rapin et Lüthi etiam pulchras plantas in his terris fere incognitis detexerunt. In M. *Känel*, *Steinenganterisch* et *Karnist* plantae in iugo *Stockhorn* vulgo provenientes occurrunt; v. gr. *Androsace lactea*, *Arnica Doronicum* Jacq. (in monte Känel), *Campanula rhomboidalis*, *Dianthus sylvestris*, *Orchis nigra* Sw. (*Satyrium* L.), *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *montana* DC., *Pedicularis versicolor* Whg. (*flammea* Sut.), *Phaca frigida* Jacq., *Veratrum album* A *virescens* (*V.* *Lobelianum* Bernh.), etc.

Auf der Kaiseregg (6318 p. s. m.): *Anemone vernalis*, *Apargia Taraxaci* Willd. (*Leontodon* L.; in hac statione pulcherrima), *Athamanta Libanotis*, *Campanula thyrsoidea*, *Cherleria sedoides*, *Cineraria aurantiaca* Dc., *Hieracium hyoseridifolium* Vill. (planta quae ut videtur, hic limitem suum occidentalem adepta est), *Potentilla grandiflora*, *Rhododendron hirsutum* (ad imum montem frequens), *Saxifraga oppositifolia.*

In M. *Hochmatt* (6754 p. s. m.): *Poa nemoralis* VI *coarctata*, *Salix repens*, *Saxifraga cuneifolia*, *Sedum villosum*, *Swertia perennis*, *Veronica fruticulosa.*

In M. *Outava: Achillea macrophylla*, *Apargia alpina* Host. (elatior fol. integriusculis), *Arabis pumila* Wulff., *Betonica hirsuta*, *Dracocephalum Ruyschiana*, *Galium sylvestre* II *alpestre* N., *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Hieracium aurantiacum*, *Hypochoeris maculata*, *Lactuca perennis*, *Laserpitium Siler*, *Myrrhis odorata* Scop. (*Scandix* L.), *Orch. odoratissima*, *Orchis pyramidalis*, *Oxytropis pilosa* DC. (*Astragalus* L.), *Primula viscosa* Vill. (*villosa* Sut.), *Rheum digynum* Wahlenb. (*Rumex* L.), *Rosa villosa* α (ibi pro *R. glutinosa* Dem. collecta. V. Fl. helv. 3. p. 572. in app.).

In iisdem montibus inventae fuerunt: *Anemone baldensis*, *Oxytropis uralensis* DC., *Saussurea alpina* DC. (*Serratula* L. var. ad *discolorem* transitum efficiens, ab *alpina* tamen vix *disiungenda*), *Saxifraga caesia*, *Sempervivum arachnoideum.*

In M. Vavinci et les Mortais (ad pagi Vaudensis limites): *Andrasace Chamaeiasme* Bieb. (*villosa* Sut.), *Androsace helvetica* N. (*Aretia* L.), *Androsace obtusifolia* All., *Anemone vernalis*, *Apargia alpina* Host (forma maior, foliis grosse dentatis), *Ap. crispa* Willd. (*Leontodon* Vill.), *Arabis bellidifolia* Jacq., *Ar. ciliata* R. Br. (*Turritis* Reyn.), *Artemisia spicata* Jacq., *Cherleria sedoides*, *Erigeron glabratus* Hoppe et Hornsch., *Er. uniflorus*, *Galium helveticum* Weig. (*saxatile* Sut.), *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Gnaphalium alpinum*, *Hieracium villosum*, *Kobresia scirpina* Willd. (*Carex Bellardi* All.), *Lonicera coerulea*, *Luzula spicata* Dec. (*Iuncus* L.), *Ornithogalum fistulosum* Ram., *Orobus luteus*, *Phaca astragalina* Dec. (*Astragalus alpinus* L.), *Pinus Cembra* (alibi in toto pago non visa hicque etiam parcissime), *Plantago montana* Lam., *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Sm. Ser.), *P. grandiflora*, *Ranunculus parnassifolius*, *Salix hastata*

(*Arbuscula* Sut.), *Valeriana Saliunca* All. (planta rarissima, ibi perpulchra occurrit, caule scilicet saepius ramoso, foliis radicalibus incisis), *Viola grandiflora* Vill. (*sudetica* de Ging.). In M. Dent de Breulaires (6353 p. s. m.): *Ranunculus parnassifolius* (parce). Hasce indicationes Cl. Trachsel in Flora Ratisbonensi 1828. 2. p. 476. sqq. consignavit. Denique *Rosa spinulifolia* Dematra supra Châtel-sur-mont-Salvens, neque alibi, quantum sciam, hucusque observata est.

Friburgum, Freyburg, gallice Fribourg, pagi eiusdem nominis caput, in eius parte boreali ad Sarinam, qua in duas inaequales partes dividitur, situm, 1355 p. s. m. elatum. Urbs minor, in valle depressa ripam dexteram occupat, eius incolae germanice, maioris autem ripam sinistram obtinentis gallice loquuntur. Ea pars urbis colli excelso rupibus arenariis constanti atque eius clivis insidens, ob domos altas, turres, hortos, arboresque mirum in modum alternantes et invicem impendentes, adspectum singularem et vere pictorium praebet. Tota quoque regio Friburgum circumdans amoenissima est, quippe quae collibus campisque formas varias iucundissimasque adfectantibus constet. Eremus Divae Magdalenae ad Sarinae ripam, leuca una ab urbe distans, totus in rupibus littoris a duobus viris intra 10 annos per ultimas decades septemdecimi seculi excisus fuit; ad eum pertinent non solum eremitae cella sed etiam parvum templum.

Scholae a pio sapienteque P. Girard Friburgi institutae, quae huic urbi summo ornamento erant, et omnium artis paedagogicae peritorum admirationem movebant, Iesuitarum eorumque amicorum artibus cesserunt. Isti patres, in suas, quas amiserant, pristinas possessiones redintegrati, nova collegia, naufragio ordinis sui per Galliam summopere corroborata auctaque, Friburgi condiderunt, et iam ut fama est, 400 alumni plerique e maioribus gentibus orti a multis professoribus Loyolae instituto addictis eru-

diuntur. Templum eorum pulcherrimum arcique simillimum urbi imminet, et sumptuosa lycaea aliaque elegantia aedificia fere quotannis in ordinis incrementum, aut exsurgunt, aut augentur.

Collectiones ad diversa naturae regna pertinentes, bibliothecas et apparatus instrumentorum physicorum et astronomicorum possident.

Plantae rariores: *Lepidium procumbens* (aux Rhames in ipsa urbe), *Polypogon monspeliensis* Desf. (ad Sarinam), *Rubia tinctorum.* Haud procul ab urbe: *Anemone ranunculoides*, *Arbutus Uva ursi*, *Carex alba* Scop., *Crocus vernus*, *Genista pilosa* (prope urbem a Gagnebin lecta), *Gentiana Amarella α (G. germanica* Willd.), *G. asclepiadea*, *Orchis coriophora*, *Pinguicula alpina*, *Saxifraga aizoides.*

Frickthal. V. Argovia. Inter huius regionis sata frequens occurrit *Matricaria Chamomilla.* V. Olsberg.

Friedlingen, locus ad Rheni ripam dextram, parum ab urbe Basilea distans. Ibi inveniuntur: *Allium carinatum*, *Buxus sempervirens*, *Cakile rugosa* L'Hér. *(Myagrum* L.), *Carex ampullacea* Good., *C. paniculata*, *Cicuta virosa*, *Cyperus flavescens*, *Draba muralis*, *Epilobium palustre*, *Galium uliginosum*, *Leersia oryzoides* Willd. *(Phalaris* L.), *Lemna trisulca*, *Phellandrium aquaticum*, *Potamogeton compressus* (perrarus), *Ulmus suberosa* Willd. *β pumila* (V. fl. helv. II. p. 606.), *Veronica scutellata.*

Friesenberg. V. Uetliacus.

Frohnalp, mons excelsus, nec tamen ad terminum nivalem adtingens, valli praecipuae pagi Glaronensis, haud procul vico Mollis, fluvii scilicet ripae dextrae supereminet. Plantae rariores: *Androsace helvetica* N. *(Aretia* L.), *Athamanta cretensis*, *Campanula barbata*, *Carex capillaris*, *C. firma* Host, *Eriophorum Scheuchzeri* Hoppe *(capitatum* Hoffm.), *Gaya simplex* N. *(Laserpitium* L.), *Globularia nudicaulis*, *Luzula spadicea* Dec. *(Iuncus* All.), *L. spicata* Dec.

(Iuncus L.), *Malaxis monophyllos* Sw. *(Ophrys* L.; stirpem rarissimam, ibi citatam reperire nequivimus), *Pedicularis foliosa*, *(P. recutita*, *P. verticillata*, *Phleum Michelii* All. *(hirsutum* Sut.), *Primula integrifolia*, *Rhamnus pumilus*, *Salix hastata* γγ *viburnoides macrostachys*, *Saxifraga caesia*, *S. oppositifolia.*

Frontenex, pagulus agri Genevensis, parum ab urbe distans, et ad parochiam Cologny pertinens. Ibi observatae fuerunt: *Cucubalus bacciferus*, *Lathyrus Cicera* (in agris), *Narcissus odorus* (rarissimus et huic stationi proprius; in pratis pone vicum crescere dicitur), *Ornithogalum nutans* (in pomariis), *Oxalis stricta* (ad murorum pedem).

Frutigen, magnus pulcherque vicus Oberlandiae Bernensis, in ima valle Adelboden, ac fere loco, ubi ea cum Kanderae valle confluit, situs. Ingentem huius oppiduli partem ante paucos annos horrendum incendium penitus consumpsit. In eius vicinia occurrit *Cirsium rigens* N. *(Carduus* Gmel. *Cirsium tataricum* All.)

Fully. V. Fouly.

Furca, mons excelsus ad magnum Gotthardi focum pertinens, in pago Uraniensi, ad Valesiorum Bernensiumque limites situs. Semita, quae per istum asperrimum montem e valle Ursaria in Valesiam superiorem ducit, terminum nivalem superat, et altissimum eius punctum 7795 p. s. m. elevatum est. Eo loco, solum, praecipue Gotthardum versus, nives fere sempiternae obruunt. Infra Furcae clivos occidentales, pulcherrimae glaciales moles, unde Rhodanus originem trahit, latissime patent, et viatori spectaculum incomparabile praebent. Nostris temporibus huncce montem stirpibus alpinis fertilissimum sedulo investigavit Cl. Wahlenberg. Plantae insigniores: *Achillea moschata* Jacq., *Aiuga pyramidalis* β *alpestris* *(Ai. alpina* Sut.), *Alchemilla pentaphyllea*, *Apargia Taraxaci* Willd. *(Hieracium* L.), *Cardamine bellidifolia* *C. resedifolia*, *Carex foetida* All., *C. frigida* All.,

Cirsium spinosissimum Scop. (*Cnicus* L.), *Erigeron uniflorus*, *Galium sylvestre* Poll. II *alpestre* β (*G. Jussiaei* Sut.), *Iuniperus communis* γ *alpina*, *Kobresia caricina* Willd. (rarissima), *Koeleria hirsuta* N. (*Festuca* Hall. fil.; etiam valde rara), *Luzula spadicea* Dec. (*Iuncus* All.), *Phyteuma hemisphaericum*, *Polygala amara* β *alpina*, *Ranunculus glacialis*, *R. pyrenaeus*, *Salix herbacea*, *Sibbaldia procumbens*. — V. Rhodanus.

Furca di Bosco. V. Bosco.

Furet (Le), nomen fontis prope Roche ad viam regiam siti. In eius vicinia inveniuntur: *Biscutella laevigata*, *Cladium Mariscus* R. Br. (*Schoenus* L.), *Cochlearia officinalis*, *Convallaria verticillata*, *Euphrasia alpina* Dec. (*salisburgensis* Hoppe), *Malva Alcea*, *Nepeta nuda* (rara), *Ophrys anthropophora*, *Ophrys arachnites* Hoffm., *Orchis globosa*, *Physalis Alkekengi*, *Prunella laciniata* auct. helv., *Salvia verticillata* (ad montium pedem circa les Gauges,) *Viola canina* αβ floribus albis, *Viola palustris* (Vervey versus).

Fürstenau. V. Tiefenkasten.

G.

Gabium (Gabio), nomen torrentis secus M. Sempronii viam, inter Simpeln et Gundo fluentis. Ad eius littora nascuntur: *Saussurea discolor* Dec. (*Serratula* Willd.; pulchra raraque stirps), *Silene Saxifraga*.

Gäbistorf, Gebistorf, pagus Argoviae inter Limagum Arolamque prope Windisch (Vindonissam) situs. Ibi frequens occurrit *Saxifraga granulata*.

Galanda s. Calanda, mons, teste Cl. Roesch, 8253 („8410" Meyer, „8800" Amstein) p. s. m. elatus, in pagorum Sancto-Gallensium Rhaetorumque confinio situs, ac urbi Curiae imminens. Ibi coram spectatore patent innumera immensaque Alpium iuga, ac prospectum lautissimum efficiunt. Boream versus,

Fabariae et Calvisiae (Kalveiserthal) valli praeruptus impendet, atque ingentis pyramidis adspectum adfectat; clivi autem meridionales, multo mitiores et accessu faciliores, fertilibus pascuis abundant. Ab amiciss. Custore, qui ibi amplam pulchrarum stirpium messem collegit, temporibus nostris exploratus est celebris iste Calanda. In eo enim monte repertae fuerunt: *Achillea atrata*, *Androsace (Aretia* L.) *alpina* N., *Andr. helvetica* N. (*bryoides* Dec.), *Anthericum serotinum*, *Antirrhinum alpinum*, *Arenaria polygonoides* Wulff., *Aster alpinus*, *Carex brachystachys* Schrank (in regione abietina), *C. mucronata* All. (rara), *Centaurea Rhapontica* (?), *Chrysanthemum alpinum*, *Daphne Cneorum* II (*D. striata* Tratt.), *Draba aizoides*, *Erigeron uniflorus*, *Festuca nigrescens* Lam., *F. pumila* Vill., *Galium lucidum* All., *Gentiana glacialis* Abr. Thom., *Geum reptans*, *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Hieracium hyoseridifolium* Vill., *Leontodon Taraxacum* III *palustris* γ *alpestris*, *Linnaea borealis* (? ? nuper non visam indicat C. B.), *Lunaria rediviva* (nonnisi a Fabricio apud Hallerum citata), *Luzula nivea* Dec. (*Iuncus* L.; in clivo occidentali), *Ornithogalum luteum* Roesch (plantam non vidi, sed suspicor eam ad *Orn. sylvaticum* Pers. et fl. helv., quod testantibus Cl. Fries et Wahlberg utique genuinum est *Orn. luteum* L., referendam esse), *Oxytropis montana* Dec. (*Astragalus* L.), *Phaca astragalina* Dec. (*Astragalus alpinus* L.), *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Sm. Ser.), *P. aurea* (*Halleri* Ser.), *Primula integrifolia*, *Pyrola uniflora*, *Rhamnus pumilus*, *Salix myrsinites*, *S. reticulata*, *S. serpyllifolia* Scop., *Sempervivum arachnoideum*, *S. montanum*, *Silene acaulis*, *Stachys alpina*, *Stipa pennata*, *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.), *Valeriana saxatilis* Jacq., *Veronica aphylla*, *Viola calcarata* II *caulescens* (*V. grandiflora* Sut.).

Galen. V. Galenstock.

Galenstock, mons praealtus, Gotthardo proximus, ad iugum boreale pertinens, in extremo limite

pagi Uraniensis Valesiam versus sese ad 10972 (Ebel, 11250 Müller) p. s. m. altitudinem extollens, atque e regione M. Furcae trans immensam glacialem vallem, unde Rhodanus scaturit, situs. Haud procul a Furca patet planities satis spatiosa, cuius pascua graminosa 7420 p. s. m. elevata auf den Galen nominantur. Supra hancce planitiem usque ad 8271 p. altitudinem, teste Cl. Wahlenberg adsurgentem, terra per summam aestatem undique nivibus libera et *Carice curvula* All. obtecta erat. Elatissimas istius tractus casas pastorias Sidlinenalp dictas 6384 p. altitudinem haud superare perhibet. In istis montibus proveniunt: *Anthericum serotinum*, *Saxifraga Seguieri* Spreng. (*sedoides* Wbg.).

Gallen, pascua excelsa summae vallis D. Nicolai, in Valesia superiore, Sylvii arduo acutissimoque obelisco ad occidentem subiecta, undique pulchris molibus glacialibus rigent. In isto plantis rarioribus ditissimo tractu potissimum inveniuntur: *Achillea moschata* Jacq. β *hybrida*, *Anemone baldensis*, *Arabis coerulea* Wulff., *Arenaria recurva* All., *Artemisia Mutellina* Vill., *Art. spicata* Jacq., *Avena subspicata* Clairv. (*Aira* L.), *Campanula cenisia*, *Carex bicolor* All., *C. capillaris*, *C. curvula* All. α, et β *maior* (*C. mirabilis* Schl.), *C. ericetorum* Poll. (*ciliata* Willd. *globularis* Sut.), *C. frigida* All., *C. hispidula* N. (*fimbriata* Schk.), *C. iuncifolia* All., *C. rupestris* All. (*petraea* Wbg.), *Cerastium latifolium*, *C. pedunculatum* N., *Chrysanthemum alpinum* β *hirsutum*, *Cirsium rigens* β *laevigatum* (*Cnicus Cervini* Emm. Thom.), *Draba fladnizensis* Wulff. β *minor* (*Dr. helvetica* Schl.), *Dr. frigida* Saut. (*stellata* Mur.), *Dr. nivalis* Lilj. *Eritrichium nanum* Schrad. (*Myosotis* Vill.), *Festuca pumila* Vill., *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Gentiana glacialis* Abr. Thom., *G. nivalis*, *Gnaphalium pusillum* Haenke, *Globularia cordifolia*, *Herniaria alpina* Vill., *Ophrys alpina*, *Orchis nigra* Scop. (*Satyrium* L.), *Oxytropis cyanea* Bieb., *Ox. foetida* Dec. (*Astragalus*

Halleri All.), *Ox. lapponica* N. (*Phaca* Wbg.), *Phaca astragalina* Dec. (*Astragalus alpinus* L.), *Ph. australis*, *Phyteuma pauciflorum* (*globulariaefolium* Sternb. et Hoppe), *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Ser.) II *firma* (*P. rubens* Vill.), *P. frigida* Vill. (*norvegica* Sut.), *P. multifida*, *Pyrola minor*, *Ranunculus glacialis*, *R. rutaefolius*, *Saussurea discolor* Dec. (*Serratula* Willd.), *Saxifraga biflora* All., *S. planifolia* Lapeyr. (*tenera* Sut.), *S. Seguieri* Spreng. (*sedoides* Wbg.), *Stellaria cerastoides*, *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.) β *corymbosum*, *Tofieldia borealis* Wbg., *T. calyculata* Wbg. (*Anthericum* Sut.), *Viola calcarata* I *subacaulis*.

Gallensis (Sangallensis, Sancto-) pagus, in Helvetia borea-orientali situs, ad maiores Confoederationis civitates pertinet, ac fere 40 milliaria geographica quadrata complectitur. Septentrionem versus lacu Bodamico et Thurgovia, ad occasum etiam Thurgovia, et Tigurinorum ac Suitensium pagis, ad austrum agro Glaronensi Rhaetiaque, ad orientem Rheno, qui eum per brevem tractum a Rhaetia, ac deinde per fere 16 leucas a Germania (ditione scilicet Vorarlbergensi et Lichtenstein) dividit, terminatur. Ceterum quasi cingulo totum quantum Abbatiscellanorum agrum complectitur. Sangallensis pagus tum e regionibus ante annum 1798 Abbati Sancto-Gallensi subditis (dominio nempe vetere dicto, die alte Landschaft, hinc inter Abbatiscellanum pagum, ac inde inter Thurgoviam comprehenso), atque comitatu Toggico (das Toggenburg), tum e pluribus parvis provinciis, quae ante eandem temporis periodum aliquot pagis parebant (praefecturis Gaster, Utznach, Sargans, Werdenberg, Grabs, Sax et Rheinthal, atque urbe Rapperschwyl) conflatus est. Tota Rheni longa vallis planitie fertili pulcherrimaque constat; regiones autem occidentales montium editiorum, cum ad Glaronensium fines, tum in summa Duriae valle sese ad terminum nivalem extollentium iuga percurrunt. Pars

borealis colles camposque lacum Bodamicum versus magis magisque mitescentes fertilissimosque exhibet. Ibi ac praecipue per felicem Rheguscorum vallem (das Rheinthal), magna frumenti copia, arbores omnigenae pomiferae, vitesque vinum generosum edentes nascuntur. Incolae urbis Sancto-Galli, regionis borealis et vallis Toggicae potissimum ex industria mercaturaeque artibus victum quaerunt; in tractibus montanis, praeter agriculturam, armentorum pecudumque educatio praecipuas populi opes efficit.

Ager Sangallensis usque ad lacus Bodamicum et Tigurinum pertinet, atque maximam lacus Riparii partem complectitur. Insigniores eius fluvii sunt Rhenus, Duria, atque Sittera (die Sitter), quae apud Abbatiscellanos austrum versus, ad M. Sentis pedem ex alpestri lacuna oritur, eorum pagum, a meridie ad septentrionem, integrum, agrique Sancto-Gallensis partem borealem percurrit, et mox ad Thurgoviae oppidum Bischofzell in Duriam exoneratur. V. Rhenus et Duria.

Hic pagus magnam soli climatumque diversitatem exhibet, atque idcirco pulchra ac divite flora luxuriat. Partes eius alpinae a meo venerando magistro Io. Gesnero, qui inventa cum suo amico Haller fideliter communicavit, deinde a Rev. Kittio, nuper autem a VV. Cl. Custor, Wahlenberg, Zollikofer et Meyer curiose peragratae fuerunt, ut nunc saltem ad Helvetiae provincias, respectu ad rem herbariam habito, accuratius cognitas pertineant. Plantae tamen regionis borealis et vallis Toggicae hucusque pauciores innotuerunt. V. Altstetten, Berneck, lacus Bodamicus, thermae Fabariae, Forsteck, Grabs, Rheineck, Rheinthal, Werdenberg, etc.

Gallum (St. Gallen, Sancto-), emporium nobilissimum, totius pagi Sangallensis caput, haud procul fluvio Sitter, inter Gossau et Rorschach, prope Abbatiscellanorum limites situm. Solum urbis 2086

p. s. m., et 840 p. s. lacum Bodamicum elevatum est. Sancto-Gallum antiquissimae Benedictinorum abbatiae eiusdem nominis originem debet. Murus communis urbem et monasterium circumdat. Coenobium hodie in curiam, negotiis civium religionem catholicam profitentium gerundis destinatam, palatium autem abbatiale in aulam, ubi summi totius pagi magistratus universam rempublicam administrant, conversa fuere. Ibidem etiam adservatur ditissima abbatiae bibliotheca, quae non solum libros permultos, sed etiam plus mille manuscriptorum ex seculis praeteritis (verbi gratia, nonnulla ex historici Aegidii Tschudi collectionibus, das Nibelungen-Lied et Fründii chronica; an adhuc Ciceronis de legibus et de finibus libri, quos monachi Sangallenses soli transcripserunt atque adeo oblivioni perpetuae eripuerunt, manuscripti adhuc in ea bibliotheca exstent, nescimus) possidet. Bibliotheca quoque urbana, ubi magnanimi consulis Vadiani, (Ioachim von Watt), qui honorificam in reformationis seculi XVI. negotio partem habuit, libri etiamnum visuntur, bibliotheca litterarum societatis, gymnasium illustre in usum civium ecclesiae evangelicae addictorum, ubi iuventus ab undecim professoribus in linguis mortuis omnibusque bonis artibus eruditur, scientiarum naturalium societas, de qua honoratissimus collega Zollikoferus, nuper totius Helveticae societatis praeses, optime meretur, collectiones, quas ipse Vir clariss. possidet, nonnulla tandem alia instituta, ad scientiarum, religionis utilitatisve publicae incrementum pertinentia, viatorum attentione digna sunt.

Urbs viis latis, pulchris plateis, templis multisque fontibus salientibus ornata est. Iam ab aliquot seculis cives eius, labore et industria ditati, fabricas multas possident, ac earum artificiorum ope, magnam telarum lintearum gossypinarumque copiam, et alias eiusmodi pretiosiores merces conficiunt. Loca urbi vicina fere omnia ad telas insolandas adhibentur, ut tota regio

per mediam aestatem camporum nive obrutorum speciem referat.

Sancto-Gallum in vallecula frigida satisque aspera iacet. Agrum eius nuper Cl. ZOLLIKOFER, MEYERUS, pharmacopola, rei herbariae amantissimus, et eruditissimus CUSTOR sollicite exploraverunt. In eo tractu potissimum indicatae fuerunt: *Carex ericetorum* Poll. (alias Alpium editissimarum Rhaetiae, ac praesertim iugi australis Valesiaci incola, prope urbem a Cl. CUSTORE inventa; eam quoque in humilibus montibus Zürichberg et Wipkingerberg observavit Cl. WAHLENBERG; ceterum, quantum scio, per totam Helvetiam campestrem desideratur), *Dentaria digitata* Lam., *Silene gallica* (circa Enkersried frequens).

Gamor. V. Kamor.

Gampelen, vicus pagi Bernensis, in regione campestri, ac prope magnas paludes, inter Aneth et St.-Blaise, ad viam, qua Berna Neocomum itur, limiti Neocomensi proximus. Plantae rariores: *Ceratophyllum demersum*, *Myriophyllum verticillatum*, *Potamogeton longifolius* Gay (*serratum* Sut.; in Helvetia rarissimus), *Sagittaria sagittifolia.*

Gandria, vicus parvus pagi Ticinensis, leuca fere una Lugano distans, et orientem versus in lacus Cerisii ripa septentrionali situs. Hic locus, ab infausto boreae flatu collibus rupibusque defensus solo fertili ac climate mitissimo gaudet. Ibi felix arbor oleum haud minoris ac gallo-provinciale aestimatum gignit, et multae regionibus calidis propriae stirpes sponte sua nascuntur. Ibi comitante Rev. VERDA a nobis recognitae fuerunt: *Agave americana* (ad rupes viae imminentes), *Andropogon Allionii* Dec. (*contortus* Sut.), *Aristolochia Clematitis*, *Ar. rotunda*, *Asperula taurina*, *Asplenium Adiantum-nigrum*, *Buphthalmum grandiflorum* (cis Alpes nondum apud nos visum), *Campanula bononiensis*, *Carpesium vernuum*, *Cervaria* (*Peucedanum* L.) *alsatica* N. β *albiflora* (*Selinum venetum* Spreng.), *Chrysanthemum corymbosum*, *Colutea*

arborescens, *Galium aristatum* (*linifolium* Heg.), *G. purpureum*, *G. rubrum*, *Iasminum officinale*, *Inula squarrosa* (rarissima), *Laurus nobilis*, *Melissa officinalis*, *Molinia serotina* M. et K. (*Festuca* L.), *Olea europaea* (ad ripas, omnino spontanea), *Oxalis corniculata*, *Ox. stricta*, *Parietaria diffusa* M. et K. (*iudaica* auct.), *Phleum phalaroides* Koel. (*Boehmeri* Schrad.) *γ maximum*, *Poa pilosa*, *P. rigida*, *Pteris oligophylla* Viv. (*creticae* certe proxima, nisi eadem; huic stationi propria), *Rhamnus saxatilis* (rarus), *Rhus Cotinus*, *Ruscus aculeatus*, *Ruta graveolens.*

Ganter, mons ad latus Sempronii boreale pertinens. V. Sempronius.

Ganterisch, scopulus ingens ditionis Bernensis, ad montium Stockhorn iugum pertinens, supra M. Gurnigel extollitur. Ad eius basin rupestrem 5—6 millia pedum s. m. elatum, loco asperrimo accessuque difficillimo proveniunt: *Allium Victorialis*, *Androsace helvetica* N. (*Aretia* L.), *Arnica montana*, *Arn. scorpioides*, *Artemisia Mutellina* Vill., *Calamintha grandiflora* Moench (*Melissa* L.), *Carex capillaris*, *C. firma* Host, *Cerinthe glabra* Mill. (*alpina* Kit.), *Cherleria sedoides*, *Draba incana* (*contorta* Ehrh.; ibi a Cl. Trachsel detecta, neque alibi intra patrios fines visa), *Dr. tomentosa* Wbg., *Gentiana nivalis*, *Imperatoria Ostruthium*, *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *montana* Dec., *Ox. uralensis* Dec., *Phaca australis*, *Ph. frigida* Jacq., *Poa aspera* N., *Saxifraga caesia*, *Scabiosa Columbaria* *ζ* (*Sc. lucida* Vill.), *Sc. sylvatica* *β longifolia* (*Sc. integrifolia* Sut.), *Senecio Doronicum.*

Gasten. V. Gastern.

Gaster (die Landschaft), Castra Rhaetica. V. St. Gallensis pagus.

Gastern (Gasten Fl. helv. 3. p. 92. in loc. natal. errore typographico pro Gastern irrepsit), vallis alpina perangusta atque asperrima Oberlandiae Bernensis, prope Valesiae limites, inter altissimos montes Blümlis-Alp et Altels coarctata. Vix 2 leucas longa

est, et orientem versus ab immenso illo glaciei perennis tractu, qui ibi incipit, et usque ad vallem Hasli, saltem 20 leucis distantem, extenditur. Eam Candera, quae in istis glacialibus montibus oritur, occidentem petissimum petens, integram percurrit. Vallecula ista plantas rariores gignit; ibi enim observatae sunt: *Arenaria Villarsii* Balb. (*austriaca* Sut.; in der Clus, ad vallis ingressum supra Kandersteg), *Gentiana nivalis* var. ramis elongatis unifloris, corollis azureis, lobis oblongis (ad molium Tschingelgletscher marginem), *Kobresia scirpina* Willd. (*Elyna spicata* Schrad.; ad Canderae fontes), *Malaxis monophyllos* Sw. (*Ophrys* L.; rarissima), *Phaca australis*, *Saxifraga caesia*. Nuper in ea valle a Cl. Trachsel lectae fuerunt: *Aethionema saxatile* R. Br. (*Thlaspi* L.; rarum), *Artemisia Mutellina* Vill., *Astrantia minor*, *Azalea procumbens*, *Cardamine resedifolia*, *Empetrum nigrum*, *Epilobium Dodonaei* Vill. (*rosmarinifolium* Haenke), *Erigeron alpinus*, *Phyteuma betonicaefolium* Vill., *Ph. hemisphaericum*, *Primula viscosa* Vill. (*villosa* Sut.), *Rheum digynum* Wbg. (*Rumex* L.), *Saxifraga aspera* II (*S. bryoides* L.), *S. exarata* Vill. (*hypnoides* All. Sut.), *Sempervivum arachnoideum*, *S. montanum*, *Silene rupestris*.

Ganges (Les), locus prope Roche in amniculi Furet vicinia situs. Plantae rariores: *Cervaria glauca* N. (*Athamanta Cervaria* L.), *Nepeta nuda* (rara), *Ophrys arachnites* Hoffm., *Orchis globosa*, *Orch. pyramidalis* (infrequens), *Orobus niger*, *Prunella laciniata* auct. helv., *Rosmarinus officinalis*, *Salvia verticillata* (rara), *Scandix Pecten-Veneris*, *Trifolium rubens*.

Gebistorf. V. Gäbistorf.

Geisfluh, mons ditionis Basileensis, ut suspicamur, prope montes Schafmatt et minorem Hauenstein situs, teste Cl. Hagenbach 2200 p. s. Rhenum elatus. Plantae rariores: *Gentiana acaulis*, *G. verna*, *Heracleum alpinum*, *Lonicera nigra*, *Primula Auricula*, *Rhamnus alpinus*.

Geman. V. Jaman.

Gemmi (Gemmius, Geminus), mons nobilis, ad Valesiae et Oberlandiae Bernensis confinia, in magno Alpium borealium iugo situs. Supra Canderae vallem accessu facilior est; sed austrum versus, thermis Leucensibus minax et omnino praeruptus impendet, ut semita tortuosa, qua ex eius cacumine in thermarum vallem descenditur, ubique in rupem vivam pyrii pulveris ope excisa, usque ad nostros dies pro artis miraculo habita fuerit. Ista via, a loco, ubi Canderae vallis prope nemora abietina coarctatur, usque ad thermas infra fere 5 leucas percurri potest. Haud procul ab illis sylvis torrens Nüschinenbach elegantem cataractam efficit. Ad M. Gellihorn 6980 p. s. m. elevati pedem, per pascua alpestria ad locum adscenditur immensis ruinis cuiusdam scopuli obrutum, inter quas via ad diversorium Schwarrenbach, nonnisi per aestivum tempus habitatum pervenit. Inde intra magnae horae spatium ad punctum totius itineris elatissimum, scilicet 1600 p. s. thermas Leucenses et 6985 p. s. m. elevatum, conscenditur. Hic locus vulgo die Daube (Columba) nuncupari solet. Paulo infra huncce verticem, lacus alpestris, parum profundus, ceterum aquis stagnantibus et turbidis, adspectuque moestissimus, Daubensee dictus, viatori obvius fit. Aquis, quae per aestatem e glaciali mole Lammerngletscher defluunt, sustentatur; iis autem deficientibus, haec tristis lacuna quoque per aliquot anni menses penitus exsiccata permanet. Littora eius rupibus nudis praecipitibusque, aestate etiam saepe nive absconditis constant. Inter Daubam et lacum, locus est, ubi rupes complanatae lateque patentes, rugis gyrosis exaratae, indicare videntur, moles glaciales olim ibi exstitisse, quas absque dubio montis cuiusdam aliquando huic tractui impendentis, at per seculorum longam seriem eversi omninoque destructi, nives perennes alebant. Luporum ululatus, cornicis alpinae crocitus et molium glacialium passim diffra-

clarum fragor istius horrendae solitudinis moestissimum silentium vicissim interrumpunt.

In summa Dauba integrum Valesiarum Alpium iugum australe, inter quas montes Rosa, Weisshorn et Arc-du-Zan potissimum eminent, prospectum pulcherrimum exhibet. Infra hunc verticem incipit via flexuosa 10,120 p. longa, quae per rupium parietem praeruptum ad Gemmii pedem australem ducit; hoc iter aut pedibus, aut lectica, aut mulorum dorso conficitur.

In cuncto boreali iugo paucissimi tantum montes Gemmio stirpibus ditiores sunt. Plantae insigniores et rariores praesertim ad lacunae ripas et circa moles glaciales vicinas reperiuntur. Hucusque in eo monte observatae fuerunt: *Achillea atrata*, *Aconitum hebegynum* Dec., *Agrostis rupestris* Willd. γ *aurata* (*Avena aurata* Sut.), *Aira flexuosa* α (*A. montana* Sut.), *Alchemilla pentaphyllea*, *Androsace carnea*, *Andr. Chamaciasme* Bieb. (*villosa* Sut.), *Andr. helvetica* N. (*Aretia* L.), *Anthericum serotinum*, *Antirrhinum alpinum*, *Ant. Bauhini* N. (*genistifolium* Sut.), *Arabis alpina*, *Ar. coerulea* Wulff., *Ar. serpyllifolia* Vill., *Arbutus alpina*, *Arb. Uva-ursi*, *Arenaria laricifolia*, *Artemisia Mutellina* Vill., *Athamanta cretensis*, *Azalea procumbens*, *Biscutella saxatilis* Schl., *Campanula valdensis* All. α *villosa*, *Cerastium latifolium*, *Cherleria sedoides*, *Chrysanthemum alpinum*, *Chr. Halleri* Sut. (*Pyrethrum* Willd.; in summa rupe supra thermas, secus viam), *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Convallaria verticillata*. *Draba fladnizensis* Wulff. β *minor* (*Dr. helvetica* Schl.), *Dr. frigida* Saut. (*stellata* Mur.), *Dr. nivalis* Liljebl., *Dr. tomentosa* Wbg., *Erigeron uniflorus*, *Eriophorum alpinum*, *Festuca alpina* Sut., *Galium tenerum* Schl. (rarissimum), *Gentiana glacialis* Abr. Thom., *G. nivalis*, *Gnaphalium alpinum*, *Gn. Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Hedysarum obscurum*, *Helianthemum grandiflorum* Dec. (*Cistus* Scop.) α *alpinum* floribus maximis (ad diver-

sorium Schwarrenbach), *H. oelandicum* Dec. *(Cistus* L.), *Hieracium albidum* Vill. *(intybaceum* All.), *H. alpinum*, *Iuncus Jacquini*, *Luzula campestris* Dec. *(Iuncus* L.) *β latifolia*, *Ononis rotundifolia*, *Ophrys alpina*, *Orchis viridis* Crantz *(Satyrium* L.), *Ornithogalum fistulosum* II *Ramondi* (V. Fl. helv. 6. in app.), *Oxytropis (Astragalus* L.) *campestris* Dec., *Ox. montana* Dec. (utraque ad clivum australem), *Pedicularis foliosa*, *P. verticillata*, *Phaca astragalina* Dec. *(Astragalus alpinus* L.), *Ph. frigida* Jacq. (ad parietem australem), *Phyteuma hemisphaericum*, *Poa aspera* N. *(caesia* Sm.), *P. distichophylla* N., *P. flexuosa* Wbg., *P. minor* N., *P. sudetica* Schrad., *Potentilla alpestris* Hall. fil. *(aurea* Sm. Ser.), *P. aurea (Halleri* Ser.), *P. minima* Hall. fil. *(brauniana* Hoppe), *Pyrola uniflora* (in sylva abietina clivo australi subiecta), *Rhododendrum ferrugineum*, *Rh. hirsutum* (prope Schwarrenbach), *Rumex scutatus*, *Salix foetida* Schl. *(alpina* Sut.) *α*, *β obtusa* et *γ acuta*, *S. hastata (Arbuscula* Sut.), *S. myrsinites α*, *δ lanata*, *ε pubescens*, *ζ leiocarpa*, *S. reticulata*, *Saxifraga Aizoon* Jacq., *S. aizoides (autumnalis* Sut.), et *β* floribus aurantiacis, *S. androsacea*, *S. aspera* II *(S. bryoides* L.), *S. biflora* All., *S. mutata* (in nostris Alpibus infrequens), *S. oppositifolia*, *Sedum atratum*, *Senecio Doronicum*, *Silene acaulis*, *Thlaspi rotundifolium* N. *(Iberis* L.; ad moles glaciales occasum versus), *Tozzia alpina*, *Trifolium alpinum*, *Vaccinium uliginosum*, *Valeriana montana*, *Viola biflora*, *V. calcarata* I *subacaulis*, V. *cenisia.*

Generosus mons (italice Generoso s. Calvaggione), supra pulchram fertilemque vallem Muggia regionis Mendrisinae, et sinus australioris lacus Luganensis ripam orientalem ad altitudinem 4675 p. supra hanc lacum et 5557 p. s. m. extollitur. Usque ad medium fere adscensum, ubi nempe patent pascua Melanensia (l'alpe di Melano), via grata et commoda per sylvas pulchraque castaneta viatorem ducit; sed

propius ad montis cacumen semper difficilior et valde praeceps fit. Ex eo culmine Alpium iugum longissimum prospicitur; sic ad orientem pars amoenissimi lacus Larii, atque ad occasum Cerisius et 3 4ve lacus Varesenses, ultra quos Verbani sinus meridionalis etiam adparet. Proximus autem lacus Luganensis sive Cerisius coram spectatorum oculis pulcherrime extenditur.

Eius ornatissimae ripae summam adspectuum varietatem exhibent; fere e regione Generosi amoena Melides peninsula in lacum porrigitur, et ipsum Luganum, fertili colli insidens villisque magnificis circumdatum, inter multos elegantes pagos superbit. Austrum versus immensi planitiei Insubricae campi latissime patent, et sole sereno lucente, alta templi cathedralis Mediolanensis tecta facile adgnoscuntur.

Ceterum mons Generosus iam a Cl. Lachenal et Chatelain, ut etiam nuper a Cl. Thomas, Schleicher, Comolli aliisque exploratus, pulchris abundat stirpibus, quarum nonnullas citra Alpes frustra quaesieris. Iam ad montis pedem versus Codelago plantae rariores, quas ad art. C a p o - d i - l a g o indicavimus, occurrunt. Tum supra Melanum, in adscensu: *Agrostemma Flos-Iovis*, *Anthemis Triumfetti* Schl. (*Chamaemelum* All.), *Astrantia minor*, *Chrysanthemum corymbosum*, *Cirsium* (*Cnicus* L.) *Erisithales* Scop. I *glutinosum* (*C. glutinosum* DC.), *Crepis alpina* (teste Lachenalio, nuper non amplius visa), *Cytisus capitatus*, *Erica carnea*, *Galium aristatum* (*linifolium* Heg.), *Hieracium grandiflorum* All., *Laserpitium luteolum* N. (*L. Gaudinii* Mor., *L. trilobum* Sut.; monente Cl. Comolli haecce planta non supra montis regionem inferiorem provenit), *Ligusticum peloponnesiacum*, *L. Seguieri* N. (*Selinum* L. fil.), *L. silaifolium* N. (*Laserpitium* Jacq.), *Paeonia officinalis*, *P. peregrina* Retz, *Prenanthes tenuifolia*, *Quercus Cerris*, *Selinum rablense* N. (*Ferula* Wulff.), *Veratrum nigrum* (nell' alpe di Melano, in dumetis, alibi in Helvetia nondum obser-

vatum). In ipso Generoso: *Achillea Clavennae*, *Ach. tanacetifolia* All. *β dentifera*, *Apargia incana* Scop., *Carduus tenuifolius* N. (*pannonicus* Schleich.), *Carex mucronata* All., *Centaurea seusana* Vill., *Cineraria aurantiaca* DC., *Cirsium pannonicum* N. (*Carduus* L. fil.; in pratis. Plantam genuinam, iam a Cl. Comolli ibi indicatam, anno 1829 in M. Generosi pascuis revera collegit amiciss. Emm. Thomas), *Cytisus Laburnum β* (arbuscula racemis brevibus erectiusculis conspicua, in summo montis cacumine, *giardino della regina* vulgo nuncupato, parcissime occurrens), *Festuca pumila* Vill., *F. spadicea* (rarissima, nec nuper intra patrios fines alibi visa), *Gentiana asclepiadea*, *G. purpurea*, *Hieracium amplexicaule*, *Hypochoeris maculata*, *Inula hirta*, *Lilium bulbiferum*, *Mandragora officinalis* Mill. (*Atropa Mandragora* L., a Lachenalio etiam citata, nuper non amplius reperta fuit), *Oxytropis montana* DC. (*Astragalus* L.), *Pedicularis foliosa*, *P. gyroflexa* (rarissima), *Phyteuma corniculatum* Clairv. II *Columnae*, *Ph. Halleri* All. (*ovata* Willd.), *Ph. scorzonerifolium* Vill., *Pleurospermum austriacum* Hoffm. (*Ligusticum* L.), *Potentilla caulescens*, *P. micrantha* Ram., *Rhamnus pumilus*, *Saxifraga mutata*, *Silene insubrica* N. (*nutanti* affinis), *S. quadrifida*, *S. Saxifraga*. — Praeterea a Cl. Comolli indicantur: *Carduus montanus* Pollin. (*nutans β* Bert.; mihi ignotus; an idem ac *C. crassifolius?* Supra mapalia di Orimento provenire dicitur). *C. transalpinus* Sut. (in pascuis. *C. transalpinum* Sut. eundem ac *carlinaefolium* Willd., a Cl. Bertolonio in amoen. ital. 40. ad suum *C. nutantem β* relatum, esse suspicamur), *Saussurea discolor* DC. (*Serratula* Willd.).

Ex itinere Insubrico, per annum 1829 instituto, Cl. Emm. Thomas inter istius pulcherrimi montis plantas, *Caricem* quandam dubiam, (a nonnullis pro *C. Linkii* Schk. s. *C. tuberosa* Degl. habitam), nec, ut putamus, usquam in Helvetia visam retulit. Ad androgynarum sectionem absque dubio pertinet; sed

planta ustilagine corrupta est nec satis provecta, ut rite determinari queat. Spicis tribus approximatis, singulis folio suo stipatis gaudet. In omnibus hisce spicis (una tantum, in unico ex multis speciminibus, quae ad basin verum stylum monostigmaticum, superne longe pubescentem, germini deusto insidentem ostendebat) baseos squamas cunctas mere masculus deprehendimus. Sed in omnibus, quae observavimus, individuis, generationis organa uredine adeo correpta sunt, ut nequidem pistilli vestigium detegi possit. Hancce plantam viatoribus scientiae amicis enixe commendamus.

Genêt (La Joux de), mons alpestris Aquileiensium boream versus vico Gryon imminens, 2 l. supra Fenalet situs. Ibi leguntur: *Antirrhinum alpinum*, *Carduus Personata* Jacq. (*Arctium* L.), *Cypripedium Calceolus*, *Dryas octopetala*, *Epilobium Dodonaei* Vill. (*rosmarinifolium* Haenke), *Pinguicula alpina*, *Pyrola secunda*, *P. uniflora*, *Rosa rubrifolia* Vill., *Saxifraga aizoides*, *S. caesia*, *S. oppositifolia*, *Thesium alpinum*, *Tussilago alba* ☿ et ♀ *ramosa*.

Geneva (Genève, germ. Genf), pulchra magnaque urbs, pagi eiusdem nominis caput, ad Rhodanum, qui eam in duas inaequales partes dividit, loco, ubi relicto lacu Lemano, flumen cursu rapidissimo occidentem versus festinat, sita. Geneva non est Helvetiae urbium maxima, sed certo incolis frequentissima. Pars eius maior partim secus fluvii ripam sinistram extenditur et partim, ut et templum cathedrale olim D. Petro dicatum, elegantissimo peristylo ornatum, colli modicae altitudinis insidet.

Urbis situs perpulcher, omnigena laudabilia utiliaque instituta, civium mores faciles et amoeni studiaque bonarum artium litterarumque florentissima ac per omnes societatis classes diffusa, iampridem Genevae magnam famam paraverunt, et ex omnibus Europae partibus quotannis permulti hospites huc adfluunt, ac aut volupe, aut studiorum causa ibi com-

morantur. Immortalis CALVINUS non solum de ecclesia et religione, sed etiam de tota republica, qui sapientissimus gravissimusque fuit legum lator, optime meritus est. THEODORUS BEZA quoque simul cum eo et post eius obitum haud parum ad civitatem corroborandam augendamque contulit, ac praesertim statuta, quibus iuventuti rite instituendae curam impenderunt potissimum absque omni dubio hanc tam parvam civitatem ad tantum gloriae ac prosperitatis culmen evexerunt, ut ex historiae legum morumque eius indagatione plus utilitatis et voluptatis quam ex omnibus rebus ad nonnullorum regnorum notitiam pertinentibus, percipi possit. Nullus nescit Genevam industria ac sollertia civium suorum maximas paravisse divitias, eoque respectu fortasse omnes Helvetiae civitates superare. Librorum etiam commercium semper huic urbi magno fuit emolumento et innumera opera ex eius prelis in lucem prodierunt. Praecipuas officinas habent nunc bibliopolae CHERBULIEZ, BARBEZAT, LEDOUBLE, FICK, GUERS etc.

A reformationis temporibus usque ad nostrum aevum Genevae viri magni nunquam defuerunt, quorum nomina in omnibus scientiae provinciis celeberrima, multum ad patriae famam augendam contulerunt. Sic, ut de reliquis, philosophis nempe, theologis, mathematicarum artium peritis etc. taceam, praesertim per omne praeteritum seculum usque ad hunc diem quam multi cives Genevenses eruditione, qua in naturae scientia pollebant, inclaruerunt. CHABRAEUS, eruditissimus RAIUS, qui Genevae per tres aestivos menses commoratus, solertissime M. Salaevam, Thoiry et ipsam nostram Dolam peragravit, ibique non paucas novas stirpes detexit, LECLERC, FATIO iunior (V. Duillier), ABR. TREMBLEY, GEORG. LUD. LE SAGE, BONNET, nobiles fratres IO. ANDR. et GULL. ANT. DELUC, ipse J. J. ROUSSEAU, amabilis scientiae studiosissimus, HOR. BÉN. DE SAUSSURE atque dignus tanto patre FILIUS, NECKERUS eiusdem ac celeberrimus

ille administrator familiae, MARC. AUG. PICTET, qui tam felici facilitate naturae arcana evulgabat, frater eius CAROLUS de agronomia meritissimus, PETR. PREVOST, SENEBIERUS, eruditissimus GOSSIUS, qui cum rev. WYTTENBACHIO primus societatis helv. scientiarum naturalium conditor fuit, et FILIUS, Hellenum amicus ferventissimus, HUBERUS, BONNETI amicus aemulusque, cui apium historia, observationibus innumeris, haud obstante caecitate, qua iam per iuvenilem aetatem affectus fuit, institutis freta, magnum inter artis magistros nomen paravit, FILII eius, J. P. VAUCHER, amabilis scientiae meritissimus veteranus, et FILIUS, qui entomologiae studio incumbit, CHOISY, DUBY, MORICAND, denique CANDOLLIUS, qui nunc sedes inter sui temporis botanicos primas obtinet. Eius viri humanissimi morumque amoenitate pariter ac ingenio insignis ditissima bibliotheca atque herbarium immensum, quotannis ex omnibus orbis terrarum partibus novis incrementis adauctum, omnibus benignissime patent. Cl. SERINGE, quem sibi laborum socium adiunxit, simul cum viro illustrissimo istam liberalem hospitalitatem summa urbanitate exercet.

Academia et omnes aliae institutiones ad iuventutis educationem spectantes per totam Europam celebres sunt. Praeter academiam, cuius professores scientias linguasque docent, et collegium ad usum tenerioris aetatis optime instructum, schola linguae germanicae studio destinata, et duae scholae ad normam mutuae institutionis moderatae discipulos quam multos erudiunt. Societates etiam aliquot artium scientiarumque utilitati curam impendunt, v. gr. societas ad artes et agriculturam promovendas, societas scientiarum naturalium*), societates duae medicae, societates ad biblia sacra inter populum magis magisque disseminanda, atque ad evangelii cognitionem apud gentes, a quibus ignoratur, diffundendam, etc.

*) Actorum eius quatuor iam volumina tabulis aeneis et lithographicis insignita in lucem prodierunt.

Hortus botanicus a Cl. Candollio conditus, intra paucos annos stirpibus innumeris ditatus est. Non solum, ut in plerisque ceteris hortis, specierum archetypa, sed praeter plantas usui botanices pure destinatas, omnigenae arbores pomiferae, vitium nobiliorum stirpes, cereales, plantae oleraceae etc. ibi frequentes coluntur, quae liberaliter amatoribus impertiuntur. In opere periodico tabulis splendidissimis ornato, cuius Genevae plures partes iamiam editae fuerunt, Vir celeberrimus species rariores nec rite cognitas in eo horto proventas optimis descriptionibus et observationibus illustrat.

Observatorium astronomicum haud procul a ponte filis ferreis conflato, qui pulchram D. Antonii plateam cum campis urbi contiguis iungit, et iuxta veterem hortum botanicum situm est. Bibliotheca publica 50000 volumina et ad 200 libros manuscriptos possidet. Societas ad ephemerides politicas et litterarias legendas iam a pluribus annis condita, bibliothecam quoque selectam, iamque 10000 voluminum constantem collegit. Pulcherrimum musaeum fossilium, conchyliorum, mammalium, avium, insectorum etc. collectiones pretiosissimas continet. In musaeo artibus nuper consecrato, cui familia liberalissima Ratt nomen suum dedit, multae pulchraeque tabulae pictae cum aliquot statuis adservantur. Musaea etiam privata amatorum attentione dignissima sunt, qualia possident Cl. de Saussure, Necker, Jurine (incomparabilem insectorum collectionem complectitur), Pictet, Moricand, Gosse, Tingry, de Luc etc.

Regio urbi proxima tum naturae muneribus large donata, tum artis ope cura singulari exculta, villisque permultis (quarum nonnullae forsan nimis sumptuosae videri possunt), exornata, extra omnem controversiam inter pulchriores nostrae pulchrae patriae partes enumeranda est. Amoenissimus collis côte de Cologny nuncupatus, qui supra Lemani ripam sinistram clivo leni, innumeris habitationibus, hortis, vineis poma-

riisque superbiens exsurgit, lacus Tigurini littora suavissima in memoriam revocat, dum prospectus latissime patentes in collibus St. Jean et Sacconex supra ripam dextram eminentibus omnem Alpium maiestatem et pulchritudinem Lemano propriam exhibent.

Geneva per aestatem climate paulo calidiori quam agri Vaudensis partes vicinae lacui adiacentes gaudet, ut in eius territorio messes 15 fere diebus praecociores sint. Per hyemen vero frigus in urbe potius intensius esse suspicor. Utcunque sit, aliquot plantae rariores, coelum mitius indigitantes, in ea regione occurrunt.

In ipsa urbe: *Chondrilla iuncea* (aux Tranchées), *Geranium moschatum* (aux Bastions), *Sisymbrium polyceratium* et *Tordylium maximum* (iam a veteribus Genevae indicata, nuper ad antiquos muros prope Observatorium visa fuerunt), *Ulex europaeus* (aux Tranchées). In urbis fossis: *Blitum virgatum*, *Hieracium umbellatum* δ *graminifolium*, *Lactuca virosa*, *Plantago arenaria* W. et K. (*Pl. Psyllium* Sut.), *Pl. Cynops*. A Plain-palais: *Geranium moschatum*, *Mentha rotundifolia*, *Nasturtium sylvestre* R. Br. (*Sisymbrium* L.). Au tour des philosophes: *Galium parisiense* III *parvifolium* N. (*G. anglicum* Huds.). Circa Carouge: *Arabis muralis* Bert. (ad muros), *Corydalis solida* N. (*Fumaria* Hoffm.), *Erythronium Dens canis* (rarissimum), *Ononis Natrix* (à Lancy), *Reseda Phyteuma* (perinde), *Stachys germanica* (Lancy versus). In colle Champel supra Arvam: *Colutea arborescens*, *Coronopus Ruellii* All. (*Cochlearia Coronopus* L.; ad stagnum), *Helianthemum Fumana* Desf. (*Cistus* L.), *Mentha Pulegium* (ad stagnum), *Ornithogalum pyrenaicum*, *Prunus caproniana* N. (*Cerasus* DC.), *Trifolium rubens*. Ad eiusdem collis pedem, Genevam versus: *Anemone ranunculoides*, *Centaurea solstitialis*, *Cucubalus bacciferus* (ad sepes). Tum secus Arvam locisque ei vicinis: *Antirrhinum alpinum* (in alvei glareis), *Cam-*

panula aggregata Willd. *α farinosa* Rchb. (au bois de Veirier ad Salaevae pedem Mornex versus; v. app. ad Fl. helv. tom. VI.), *Hieracium staticefolium* Vill. (in Arvae glareis prope Carouge), *Hippophaë rhamnoides* (perinde in glareis), *Muscari botryoides* Mill. (*Hyacinthus* L.; trans pontem), *Rosa gallica* I *pumila* (*R. austriaca* Crantz; ad pedem M. Salaevae), *Trifolium incarnatum* (prope Conche), *Tr. elegans* Savi (circa pagulum Pinchat prope Carouge situm), *Tr. rubens*, *Veronica Buxbaumii* Ten. — Circa Cologny et Chougny: *Centaurea Calcitrapa β* flore albo, *Cucubalus baccifer* (perrarus), *Orchis fusca* Jacq. (à la Pierrière et au Nant-traînant), *Ranunculus Philonotis* Retz, *Sison Amomum*, *Thrincia taraxacoides* N. (*Hyoseris* Vill.)

Loco dicto Queue d'Arve, ubi nempe Arva in Rhodanum effunditur: *Althaea hirsuta*, *Cakile rugosa* L'Hér. (*Myagrum* L.), *Calamintha Nepeta* Clairv. (*Melissa* L.), *Centaurea solstitialis* (rara), *Euphorbia falcata*, *Gypsophila repens*, *Medicago falcata*, *Ophrys aranifera* Huds., *Ornithogalum arvense* Pers. (*minimum* Sut.), *Orn. pyrenaicum*, *Polycnemum arvense*, *Reseda Phyteuma* (rarissima), *Saponaria Vaccaria*, *Thalictrum aquilegifolium*, *Typha minima* (copiose; etiam sous Gaillard), *Thrincia taraxacoides* N. (*Hyoseris* Vill.).

In colle St. Jean, Lemani ripae dextrae imminente: *Althaea hirsuta*, *Aster Amellus*, *Geranium hirsutum*, *Ornithogalum pyrenaicum*, *Trifolium rubens*, *Vinca maior.*

Iterum circa pagum Châtelaine occidentem versus ab eo colle parum distantem occurrunt: *Althaea hirsuta*, *Limodorum abortivum* Sw. (*Orchis* L.), *Ophrys aranifera* Huds., *Sison Amonum* (planta in Helvetia nusquam nisi in ea regione proveniens), *Vinca maior* (etiam rara). — Denique per reliquum agrum Genevensem, passim: *Aira caryophyllea* (in agris), *Aiuga Chamaepitys* Schreb. (*Teucrium* L.), *Allium angulosum β palustre* (*All. senescens* L.), *All. oleraceum*, *All.*

Porrum, *All. rotundum* (? olim a I. B. et Raio inventum), *Althaea hirsuta*, *Alth. officinalis* (au marais de Sionnet, affatim), *Amaranthus Blitum*, *Anthemis Cotula*, *Anthriscus vulgaris* Pers. (*Scandix Anthriscus* L.), *Antirrhinum bellidifolium* (circa Vernier, Satigny et Thoiry, stirps praerara, pago Genevensi propria), *Ant. Orontium*, *Asperula arvensis*, *Aster Amellus* (circa St.-George etc.), *Brassica Erucastrum* (*Sisymbrium obtusangulum* Willd.; ubique), *Bupleurum longifolium* (? teste rev. de Coppet circa Genevam, an fortasse in Salaeva repertum?), *Bupleurum rotundifolium* (in agris), *Buxus sempervirens* (Thoiry versus), *Campanula aggregata* Willd. (v. supra), *C. persicifolia*, *C. rapunculoides*, *C. Trachelium* β flore albo, *Cakile rugosa* L'Hér. (*Myagrum* L.), *Carex alba* Scop., *Carpinus Betulus*, *Carthamus lanatus*, (à Vengeron), *Caucalis grandiflora*, *Centaurea Calcitrapa*, *C. solstitialis* (en Plein-palais prope urbem, et ad Arvam), *Cerastium viscosum* (*vulgatum* Sm. DC.; près du château Banquet, ad viam regiam; planta in Helvetia infrequens), *Cervaria Oreoselinum* N. (*Athamanta* L.), *Chenopodium Botrys*, *Ch. polyspermum* β *acutifolium*, *Chondrilla iuncea*, *Coronopus Ruellii* All. (*Cochlearia Coronopus* L.), *Corydalis cava* Wbg. (*Fumaria* Fl. dan.), *C. solida* N. (*Fumaria* Hoffm.), *Crassula rubens*, *Diplotaxis tenuifolia* DC. (*Sisymbrium* L.; ad muros frequens), *Echinospermum Lappula* Lehm. (*Myosotis* L.) α, et β *squarrosum* (au bois de la Bâtie), *Elatine Hydropiper* β *hexandra* (*El. hexandra* DC.; circa Genthod), *Ervum Ervilia* (circa Troinex), *Erv. tetraspermum*, *Erysimum longisiliquosum* Willd. (planta rarissima, hucusque nonnisi circa Genevam locis arenosis lecta), *Galeopsis Ladanum* II *latifolia*, *Galium aristatum* (*linifolium* Heg.) β *laevigatum* (cis Alpes rarissima, a Cl. Candollio *) huc citata), *G. boreale*, *G. glaucum*

*) Planta Candolliana (*G. linifolium* Lam. [non Ait. nec Willd.] DC. et D. bot. gall. 1. p. 249. n. 19.) *sylvatico* magis

(prope Genthod), *Gaudinia fragilis* Pal. Beauv. (*Avena* L.), *Genista germanica*, *Heliotropium europaeum*, *Herniaria glabra*, *Hippocrepis unisiliquosa* (? ? Genevae frequentem occurrere testabatur Cherlerus; nuper non amplius reperta), *Hypochoeris maculata γ ramosa*, *Iberis amara*, *Isnardia palustris*, *Isopyrum thalictroides* (in Helvetia nondum observatum, nuper in agro Genevensi, scilicet, ni fallimur, prope Chancy a rev. Duby detectum est), *Lactuca Scariola* (?), *L. virosa*, *Lathyrus Cicera*, *L. hirsutus*, *L. Nissolia* (raro occurrens), *L. sativus*, *L. tuberosus*, *Lepidium ruderale* (prope nosodochium et St. Gervais), *Limodorum abortivum* Sw. (*Orchis* L.), *Lindernia Pyxidaria* All., *Lithospermum purpureo-coeruleum* (prope Champel), *Lonicera Periclymenum*, *Medicago minima* Desrouss., *Melampyrum cristatum*, *Melissa officinalis* (prope Bernex et Throinay), *Mentha Pulegium*, *Muscari* (*Hyacinthus* L.) *botryoides* Mill. (trans Arvae pontem), *M. comosum* Mill., *M. racemosum* Mill., *Myriophyllum spicatum*, *Narcissus biflorus* Curt. (à Sierne et à Troinex), *N. odorus* (au pré de la Gardelle), *N. Pseudo-Narcissus* (à Bellerive), *Nasturtium palustre* DC. (*Sisymbrium* Poll.), *Nigella arvensis* (a Cl. Hegetschweilero citata), *Ophrys anthropophora*, *Orchis fusca* Jacq., *Orch. militaris β Simia*, *Ornithogalum arvense* Pers. (*minimum* Sut.; au Bouchet etc.), *Orn. nutans* (prope Archamp, Conche et Frontenex in pomariis), *Plantago arenaria* W. et K., *Pl. Cynops* (perinde rara), *Pl. integralis* N. (*Pl. Coronopus* Sut.; circa Archamp et ad viam inter Frangi et St. Julien), *Phyteuma spicatum β* fl. coeruleo, *Poa rigida*, *Potamogeton densus*, *Primula acaulis* Jacq. (per totum pagum vulgatissima), *Prunella grandiflora*, *Pr. laciniata* auct. helv., *Prunus caproniana* N. (*Cerasus* DC.), *Pulmonaria officinalis*

---

quam nostrum transalpinum simile, caule terete et foliis laevibus a *G. aristato* recedit. Ceterum *G. aristatum* L. ad plantas plures diversas trahunt fere singuli auctores. Nos Cl. Treviranum et Kochium secuti sumus.

α maculata (in Helvetia rarior), *Reseda Phyteuma* (inter pagos nostros Genevensi propria, circa Dardagny occurrit), *Rumex pulcher*, *Scrofularia canina*, *Silybum marianum* Gaertn. (*Carduus* L.), *Sinapis nigra*, *Sison Amomum* (in Helvetia nusquam nisi in agro Genevensi, scilicet prope Conches et Châtelaine repertum est), *Sisymbrium thaliannm* N. (*Arabis* L.), *Spiraea Filipendula* (prope St. George ad Rhodanum), *Spiranthes autumnalis* Rich. (*Ophrys* Balb. *Ophrys spiralis* L.), *Stachys germanica*, *Teesdalia Iberis* DC. (*Iberis nudicaulis* L.), *Thalictrum simplex α maius*, *Tordylium maximum* (rarissimum), *Ulex europaeus* (suspecta civis), *Verbascum Blattaria*, *V. blattarioides* Lam., *V. thapsiforme* Schrad., *Veronica acinifolia* (perrara), *V. Buxbaumii* Ten. (nuper irrepta), *V. spicata* II *hybrida*, *V. Teucrium* I *latifolia*, *V. triphyllos*, *V. verna* (auct. Cl. LE CLERC), *Vicia lutea*. — V. Bâtie (la), Dardagny, Genthod, Meirin, Sacconex, Salaeva, Thoiry (mons et vicus).

Montes urbi proximi Thoiry et Salaeva, ut et nonnulla alia Alpium et Iurae culmina etiam multas pulchras stirpes gignunt, quas suo proprio loco enumeravimus. In tractu Iurano nuper repertae fuerunt: *Ligusticum ferulaceum* All. (*Laserpitium dauricum* Jacq.), *Eryngium alpinum* et *Rosa spinosissima β rubriflora*.

Genevensis pagus, in extrema austro-occidentali Helvetia, iuxta utramque Lemani Rhodanique ripam situs, ad occasum Gallia, ad austrum Sabaudia, ad orientem et euro-boream iterum Sabaudia, denique ad septentrionem lacu Lemano et pago Vaudensi terminatus, vix 6 l. longus et 3 l. latus est. Parvi sed divitis fertilisque territorii eius incolae numero urbis cives duntaxat paululum superant. Collibus campisque summa cura excultis et undique magnis pagis, praediis superbisque villis ornatis constat. Vineae tamen vinum vix mediocre proferunt; sed in hortis olera optima, quibus in urbe nunquam desunt emptores, ubique educantur, et deliciosissimi arborum pomife-

rarum, pyrorum, persicarum etc. fructus eius mercatus nundinasque copiose sustentant. Incolis perinde armentorum pecudumque (inter quas 3 ad 4 millia ovium hispanicarum recensentur) educatio quaestui est.

Parvam sed pulchram Lemani partem complectitur ager Genevensis. Rhodani ripas loco, ubi flumen Genevae insulam domibus et aliquot viis instructam efficit, duo pontes gemini iungunt. Ceterum in toto pago nullus alius pons huic amni rapidissimo commissus. Arva, quae paulo infra urbem ad extremitatem camporum Plein-palais in Rhodanum sese exonerat, ad oppidum Carouge ponte magnifico superbit.

Iam a pluribus seculis ditio Genevensis regionesque ei proximae ab innumeris herbariae rei amatoribus, inter quos summi extiterunt Viri, peragratae fuerunt. Ibi magnam stirpium copiam collegerunt uterque Bauhinus, praesertim autem Ioannes, Chabraeus, Cherlerus, C. Gesnerus, Clusius, Raius, le Clerc etc.; iuvenis adhuc per nonnullos annos celeberrimus de Saussure plantarum studio incubuit, ac cum nostro Hallero, quas in solo patrio detegebat, fideliter communicavit. Quin etiam postea, totus mineralogiae, geologiae et physicae universali deditus, per suas Alpes tamen stirpes rariores quasi ac veteres amicos non sine quadam voluptate salutare solebat. Eorum, qui temporibus recentioribus Floram genevensem exploraverunt, enumeratio longa parumque utilis esset. Inter quos tamen b. Girod Lacaussade, qui incredibili scientiae studio ardebat, et Cl. Hornung Thuringium, iam a nonnullis annis in patriam reducem, qui mihi quam multas suppeditarunt plantas, nominasse iuvabit. Circa plantas huic pago proprias v. Geneva.

Genevensis lacus. V. Lemanus.

Genollier, vicus agri Vaudensis, ad Iurae pedem, infra Arzier situs. Ibi observatae fuerunt: *Chaerophyllum hirsutum* (secus rivum), *Geranium robertianum β albiflorum*, *Hieracium staticefolium* Vill.,

Micropus erectus (supra vicum ad viam Arzier versus copiose) *Sparganium natans β minimum.*

Genthoud, vicus pagi Genevensis, prope Versoix, ad viam regiam urbem versus situs. Ibi per plures annos venerandus Car. Bonnet commoratus est, ac caecitate percussus plerosque suos libros philosophicos conscripsit. Plantae rariores: *Galium glaucum*, *Geranium lividum* L'Hér., *Holosteum umbellatum*, *Poa Eragrostis* (teste illustr. de Saussure; suspicor potius plantam ibi inventam *P. pilosam* fuisse), *Potentilla rupestris*, *Sedum Cepaea* (omnes au Creux de Genthod observatae). Ad lacus littora reperta est *Elatine Hydropiper β hexandra* (*El. hexandra* DC.)

Georges (Saint-), vicus montanus Vaudensis, paulo altius quam Longirod supra Gimel et Albonam situs, et 2901 p. s. m. elevatus. In omnibus eius pratis statim post nivium deliquium *Crocus vernus* laete floret. In vicino monte Schobert frequens legitur *Cineraria campestris* Retz. Praeterea occurrunt: *Cacalia alpina* Jacq. (à la glacière), *Cynoglossum officinale* (ad magnos rupium parietes M. Schobert subiectos), *Dentaria pinnata* Lam., *Laserpitium latifolium* (à l'extrémité de la colline du signal), *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Ser.), *Rhinanthus Crista-galli β glabra* (in clivis prope le Prieuré), *Spergula nodosa* (ad viam Longirod versus). In montium propinquorum sylvis, vallecula quaedam depressa umbrosaque, ab eo vico fere leuca una distans reperitur; eius imam occupat partem caverna profunda ac fere verticalis, ut in eius fundum nonnisi scalarum ope penetrare queas. Eam quotannis hibernae nives pluviaeque magna ex parte implere solent; quae congeries gelu indurata per plerasque aestates oppidis vicinis ac praecipue Genevae magnam glaciei copiam suppeditat. Ad speluncae glacialis ingressum invenitur *Cacalia alpina* Jacq. (*glabra* Vill.).

Geschenen, Göschenen seu Gestinen, parvus vicus Uraniensis ad viam Gotthardi, supra

Wasen et paulo infra faucium rupestrium Schöllenen ingressum, ad altitudinem 3450 p. s. m. et 2082 p. s. lacum Lucernensem situs. Ibi nascuntur: *Campanula rhomboidalis* flore albo, *Galium sylvestre* V *virens* *β* fl. rubellis, *Rosa rubiginosa.*

Gessenai. V. Sanen.

Gétroz. V. Bagnes.

Getzis, *im Vorarlberg* inter Feldkirch et Hohen-Embs. Ibi in paludibus inventus est aut *Gladiolus palustris* N. aut planta ei similis, quae pro *Gl. neglecto* Schult. habetur. (V. app. ad Fl. helv. tom. VI.).

Gex, oppidum ditionis Gallicae, ad pedem M. Iurae inter Divonne et St. Genis situm. Ibi pulchra nova via, qua Geneva per montes et infra Dolae clivum borealem in Galliam itur, viam regiam ex Helvetia Lugdunum ducentem secat. Plantae rariores: *Arabis hirsuta* Scop. II *incana* (ad viam novam in montis adscensu), *Astragalus Cicer*, *Caucalis daucoides* (à la Maladière), *Elatine Hydropiper* II *hexandra* (*El. hexandra* DC.), *Ribes nigrum* (ad viam novam) *Sedum Cepaea*, *Thalictrum angustifolium* III (*Th. galioides* Nestl.; forma rarissima). — Supra hocce oppidum ad altitudinem 5199 p. s. m. adsurgit mons Iuranus, *le Colombier de Gex* dictus, Dolae scopulo quidem paulo altior, sed stirpibus raris neutiquam aeque dives. In eo monte nuper ab amiciss. Monnard et Monnier observatae fuerunt: *Arabis alpina*, *Ar. hirsuta* Scop. IV *glastifolia*, *Arenaria ciliata* *α* *simpliciuscula* (in M. Iura alibi nondum citata), *Ar. liniflora*, *Ar. verna*, *Aspidium fragile* Sw. (*Polypodium* L.), *Athamanta Libanotis* *α*, *Bupleurum longifolium*, *B. falcatum* *β* *latifolium*, *Cacalia alpina*, *Campanula rhomboidalis*, *C. thyrsoidea*, *Cerastium strictum*, *Dianthus monspessulanus*, *D. sylvestris*, *Draba aizoides*, *Dryas octopetala*, *Epilobium alpestre* *β* *trigonum*, *Epipactis latifolia* All. *α* *pallens*, et *β* *rubiginosa*, *Equisetum sylvaticum*, *Equ. multiforme* Vauch. *α* *variegatum*, *Festuca rubra*

II *dumetorum*, *Galium sylvestre* II *alpestre*, *Helianthemum canum* Dun. (*Cistus* L.) *H. grandiflorum* DC., *Hieracium amplexicaule* (à la côte de Chaux), *Hypericum dubium* Leers (*quadrangulum* L., auctore Cl. WAHLBERG), *H. Richeri* Vill., *Laserpitium Siler*, *Lilium Martagon* (à la côte de Chaux), *Luzula campestris* DC. γ *nigricans* (*sudetica* Willd.), *Lycopodium selaginoides*, *Nardus stricta* (ad clivos boreales), *Orchis hircina* Crantz (*Satyrium* L.; prope Mijoux), *Orobanche Epithymum* DC., *Or. vulgaris* Poir. β *citrina*, *Or. caryophyllacea* Sm., *Oxytropis montana* DC. (*Astragalus* L.), *Phleum alpinum*, *Pieris hieracioides* β *longifolia*, *Pinguicula longifolia* DC., *Phyteuma orbiculare*, *Plantago montana* Lam., *Ranunculus Thora*, *Rosa alpina* var. *nana*, *R. villosa* α *pomifera*, *Saxifraga aizoides* (*autumnalis* Sut., in M. Jura saltem rarissima), *S. muscoides*, *S. rotundifolia*, *Sedum atratum*, *Thesium alpinum*, *Trinia glaberrima* Hoffmann, (*Henningii* Fl. helv. *Pimpinella dioica* L.), *Valeriana officinalis* β *angustifolia*, *Veronica aphylla*, *V. fruticulosa*, *Viola biflora*, *V. calcarata* I *subacaulis*. —

Ultra montem Colombier occidentem versus et ante cacumina *Reculet de Thoiry* dicta, alius sese vertex extollit, ab incolis *le Crét de la neige* nuncupatus, et secundum geographorum gallicorum observationes novissimas, etsi monte Thoiry tantum paulo altior, totius Iurani jugi editissimus. In eodem montium tractu, sedibus nempe propriis mihi ignotis, nostro tempore observatae fuerunt: *Eryngium alpinum*, *Ligusticum ferulaceum* All. et *Rosa spinosissima* β *rubriflora*.

Gex, mons Valesiae mediae, valli Anniviers imminens. Plantae citatae: *Achillea tanacetifolia* All., *Astragalus leontinus* Jacq., *Erigeron uniflorus*, *Festuca aurata* N., *Herniaria alpina* Vill., *Oxytropis foetida* DC. (*Astragalus Halleri* All.), *Sisymbrium acutangulum* DC. III *hyoseridifolium*.

Gimel, pulcher vicus Vaudensis, supra Rotulum

(Rolle), ad viam qua per montem Marchairuz in vallem Iugensem itur situs. Inter pagos Gimel et le Brassus (iste vicus viatori vallem Iugensem intranti primus obvius est), 5 magnis leucis invicem distantes, nullae sunt domus, nisi aliquot casas haud procul a via remotas velis. Pagum Gimel regio quidem submontana, sed valde grata circumdat, quippe quae ex magna parte laetis pomariis sylvulisque constet. Semita solitaria per amoenissimam vallem Prévon d'Avaux infra Longirod sitam, a Gimel ad pagum Burtigny ducit. In ea regione multas plantas collegit rev. Ducros; ibi nempe inveniuntur: *Agrostis vulgaris* With. *γ pumila (Agr. pumila* L.), *Althaea officinalis*, *Arabis perfoliata* Lam. *(Turritis glabra* L.), *Campanula patula*, *Chaerophyllum aureum*, *Holcus mollis*, *Milium effusum*, *Pedicularis sylvatica*, *Primula farinosa*, *Pulmonaria angustifolia* (prope Saubraz), *Rosa villosa*, *Schoenus ferrugineus*, *Senecio sylvaticus*, *Stellaria graminea β intermedia* (in arvis prope pagulum *les Baulaz* supra Gimel), *Trollius europaeus* (copiosissime), *Verbascum nigrum*.

Gingins, magnus pulcherque vicus agri Vaudensis, montis Iurae pedi subiectus, leucam saltem unam a lacu Lemano Nevidunoque distans. Huic loco sylvae Iuranae cominus imminent; ceterum regio vicina, licet subfrigida, fertilis est, ac satorum arborumque domesticarum ferax. Plantae rariores: *Campanula patula*, *Crocus vernus* Curt. *Daphne Laureola* (hinc inde ad vias montanas), *Iberis pinnata* (in arvis Trêlex versus), *Lathraea Squamaria* (in sylvis fagineis supra vicum), *Leersia oryzoides* Willd., *Luzula nivea* DC. *(Iuncus* L.), *Narcissus Pseudo-Narcissus*, *Ophrys Monorchis*, *Rumex conglomeratus* Schreb. *(Nemolapathum* Sut.).

Giorgio (San-), mons Insubricus, ni fallor, in agro Luganensi nec procul a vico Capo di Lago ad occidentem situs. Ibi inventae sunt: *Dorycnium herbaceum* Vill., *Silene insubrica* N.

Giornico, amoenum oppidulum vallis Lepontiae, in pago Ticinensi, ad fluvium iuxta M. Gotthardi viam, infra Faido et supra Poleggio situm, 1098 p. s. m. et 462 p. s. lacum Verbanum editum. Vallis ibi mitescere incipit, et via regia nuper exstructa, hactenus iam Bellitium versus omnigenis vehiculis accessa est. Vicum pulcherrima circumdant castaneta; in hortis pomariisque Morus et Ficus laete vigent. Rivi vicini pulchras efficiunt cataractas, et regio vico proxima nonnulla vetustissimae architecturae monumenta v. gr. templa D. Nicolai et B. Virginis di Castello dictae exhibet. Incolae cellas frigidissimas ad rupium fissuras aedificaverunt, in quibus non solum vinum sed quodvis obsonium diutissime incorruptum adservatur. Plantae insigniores: *Anchusa angustifolia*, *Genista scoparia* Lam. (*Spartium* L.), *Panicum miliaceum* (in agris colitur), *Poa pilosa*, *Silene Otites* Sm. (*Cucubalus* L.), *Thymus pannonicus* All. Inde Polegium versus: *Asparagus officinalis*, *Blitum capitatum*, *Cytisus nigricans*, *Galium rubrum*, *Gnaphalium luteo-album*, *Hieracium florentinum* I, *H. piloselloides* Vill., *Nasturtium sylvestre* R. Br. (*Sisymbrium* L.), *Phytolacca decandra*, *Portulaca oleracea*.

Girenbad, balneum pagi Tigurini, in amoena regione, ad pedem occidentalem montium Allmann situm. Olim satis frequentatum, hodie, ut videtur, paulisper in desuetudinem venit. In pratis vicinis *Polygonum Bistorta* abundat.

Gîte (la), Valesiae mons alpinus a rev. Murith citatus, ubi nempe *Potentillam niveam* et *P. minimam* Hall. fil. occurrere testatur.

Gland, vicus pagi Vaudensis, 1 l. Neviduno distans, et in regione vinifera la Côte, prope Begnins et Luins situs. In palude vicina proveniunt: *Carex intermedia* Good., *C. riparia* Curt., *Scutellaria galericulata*. Tum in ipso pago, *Atriplex angustifolium* Sm. *β lanceolatum*, *Verbascum blattarioides* Lam.; et in arvis *Fedia auriculata* M. et K.; secus vias *Malva*

Alcea β grandiflora. Prope Luins: *Echium vulgare δ parviflorum.*

Glarona (Glarus), oppidum et caput pagi eiusdem nominis, loco ubi magna vallis coarctatur, in Linthae ripa sinistra, ad pedem austro-occidentalem altissimi montis Glärnisch (8900 p. s. m.), e regione Schiltii in ripa opposita sese extollentis (7575 p. s. m.) nec procul a Monte Wiggis (6920 p.) situm. Vallis ipsa non multum supra lacuum vicinorum superficiem elata est, unde fit, ut omnes isti scopuli adspectum minacissimum, qualem paucissimi montes mihi noti exhibent, prae se ferant. Incolae fabricarum operibus et commercio toti incumbunt. Prope urbem in aliquot molendinis caseus iste viridis, quem vulgo Schabzieger nominant, praeparatur. Inter aedificia viatorum attentione digniora indicari potest gothicum cathedrale templum, ubi curriculum evangelicorum laborum incepit magnus noster Zwinglius. Sic et curia, gymnasium ad usum puerorum reformatae religioni addictorum atque etiam bibliothecae et tabulario civium evangelicorum adservandis inserviens. Rev. Blumer pulchram bibliothecam collectionesque ad historiae naturalis studium pertinentes possidet.

Regio vicina pratis fertilissimis bonisque arvis constat, inter quae vici multi et habitationes undique exsurgunt. Colles oppido proximi naturae amicos ad excursiones invitant. Intra quinque fere horarum spatium in summum montis Wiggis verticem die Scheye dictum, pervenitur, quem sane conscendisse neminem rariorum stirpium pulchrorumque alpinorum prospectuum amatorem pigebit. Plantae rariores: *Inula montana*, *Lunaria biennis* Moench (*annua* L.; teste I. Bauhino). V. Wiggis.

Glaronensis pagus, ad austrum et austro-orientem a Rhaetia, ad orientem pago Sangallensi, a quo etiam boream versus lacus Riparius et Lintha eum separant, denique ad occidentem pagis Suitensi et Uraniensi terminatus, ad Helvetiam euro-borealem

pertinet. Tribus potissimum vallibus constat, quarum praecipua tota ab impetuosa Lintha percurritur. Austrum versus ista vallis ab immensis montium Tödi (11039 p. s. m.), Sandalp et Claridarum Alpium molibus clauditur: inde septentrionem petens, usque ad lacum Riparium sese extendit. Altera minor vallis, quae Sernftthal dicitur, etiam ad austrum, sed orientem versus sita, ad montes Hausstock et Segnes incipit, austrum petit, cum vallibus lateralibus Krauchthal et Mühlithal coniungitur, deinde ad occidentem conversa prope vicum Schwanden in magnam Linthae vallem sese aperit. Tertia vallis omnium longe minima, vixque 3 leucas longa, est amoenissima illa alpestris regio Klönthal dicta. Inter scopulos horrendos altissimi Glärnisch et dorsum giganteum montis Wiggis coarctata, lacum alpestrem leucam unam longum variaque piscium genera alentem, adspectu gratissimum, limpidissimisque aquis insignem continet. Occidentem versus eam mons Pragel a Suitensium pago separat. Torrens eius prope Nettstall in Lintham sese effundit. Praecipuus pagi fluvius est Lintha, quae in molibus glacialibus terrificos scopulos Tödi, Piz Roschein et Clap Claruna circumdantibus, ex pluribus torrentibus conflata, ad Rhaetorum et Uraniensium fines originem trahit. V. Lintha. Lacus Riparius per duas fere leucas pagum Glaronensem ad boream terminat. V. Riparius lacus.

Incolae ingenio industriaque pollentes ex commercio, ac praecipue armentorum et pecorum, quae in montium illorum pascuis omnium fertilissimis errant, educatione victum quaerunt. Per aestatem 7 ad 8 millia vaccarum, permultae caprae et 5 millia ovium in Alpibus aluntur. Propter montes asperrimos, qui per totum pagum sese extollunt, difficilemque pascuorum accessum, armenta Glaronensium pleraque parvae sunt staturae; nihilo secius lactis, butyri et casei praestantis generis magna copia inde colligitur. Viridem caseum (Schabzieger) in novem molendinis

conficiunt incolae atque ad eum praeparandum in hortis campisque *Melilotum coeruleam* (Zieger-Klee) vulgo colunt. In ima Linthae valle, praecipue ad pagi Santo-Gallensis confinium, nonnullae inveniuntur vineae. Ceterum per totam vallis partem planiorem frumenta seruntur et praeter optima prata, horti et pomaria arboribus domesticis consita etiam locis editioribus non deficiunt. Cives pauperiores per magnam vitae partem extra patriam et tum in Helvetiae reliquis partibus, tum in aliis regionibus *Lichen islandicum* aliasque herbas vulnerarias, quae vulgo thea helvetica nuncupantur et schistas scriptorias e monte Blattenberg (Schiefertafeln, des ardoises) vendere solent.

Hucusque iuventutis institutio nimis neglecta fuit et populi vilioris paupertas, bonarum artium ignorantia morumque corruptela, de quibus saepe viri melioris indolis conquesti sunt, huic tam tristi causae tribuendae esse videntur. Cui malo magistratus aliique patriae amici medelam afferre conantur. Neque tamen tam parvae civitati viri illustres unquam defuerunt. Sed scientiae naturales ab incolis ante nostros dies nondum excultae fuerunt. Cl. Wahlenberg ac praecipue Hegetschweiler thesauros, quos larga manu Flora per Glaronensium Alpes sparsit, nuper summa cura investigaverunt. Plantas, quarum nomina sequuntur, in huiusce pagi montibus plerisque observavit Celeb. Hegetschweiler. — Ad 6—7 millia pedum supra mare potissimum proveniunt: *Androsace alpina* N. (*Aretia* L.), *Andr. Chamaeiasme* Bieb., *Arabis coerulea* Wulff., *Arenaria polygonoides* Wulff., *Veronica alpina*, *V. aphylla*, *V. bellidioides*, *V. fruticulosa.* Ad 7—8 millia p. s. m.: *Androsace* (*Aretia* L.) *helvetica* N., *Andr. pennina* N., *Campanula cenisia*, *Saxifraga Seguieri* Spreng. (*sedoides* Heg.), *Soldanella Clusii* Schmidt. Tum ad varias altitudines passim: *Achillea nana*, *Ach. macrophylla*, *Aconitum Cammarum* L. Heg. (V. Heg. Reisen et in Fl. nostra helv.

tom. III p. 467 Obs. I.), *Ac. Lycoctonum*, *Ac. Napellus* (omnia cum permultis varietatibus), *Anemone vernalis*, *Anthericum serotinum*, *Apargia alpina* Host. (multis formis ludens), *Aquilegia alpina* (in montibus Sandalp ad 4000 p. s. m. copiose), *Arbutus Uva-ursi*, *Arnica montana* (supra Kerenzen), *Arn. scorpioides* (ad M. Glärnisch), *Asperula taurina* (in sylvis frequentissima), *Betula viridis* Chaix, *Campanula thyrsoidea*, *Carex firma* Host, *C. frigida* All., *Cerastium alpinum* α, *C. arvense* II *strictum*, *C. latifolium* (et eius varietates. V. Heg. Reisen 153—154), *Chaerophyllum aureum*, *Chrysanthemum alpinum*, *Cineraria alpina* Willd. (in planitie prope Nettstall), *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* auct.), *Crocus vernus* (*Cr. luteus* Lam. a I. Gesnero citatus nunc nusquam reperitur), *Daphne Cneorum* II *striata* (a 4 ad 6 millia p. s. m. frequens), *Delphinium intermedium* Ait. I *legitimum*, et II *alpestre* (in Alpibus Baumgarten et Durnachthal), *Dianthus glacialis* Haenke (in Alpibus Rhaetiam versus), *Draba aizoides* (a montibus humilioribus usque ad 7 millia p. s. m. adscendens), *Dr. fladnizensis* Wulff., *Dr. nivalis* Liljebl., *Epilobium alpinum*, *Ep. Dodonaei* Vill. (*rosmarinifolium* Haenke), *Ep. origanifolium* Lam., *Erigeron uniflorus*, *Euphrasia alpina* DC. (*salisburgensis* Hoppe), *Galium sylvaticum* Poll. II *alpestre*, *Gentiana asclepiadea* α, et β flore albo (am Stalden, Wäggithal vallem versus), *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Hedysarum obscurum*, *Hieracium albidum* Vill. (*intybaceum* All.), *H. alpestre* Jacq., *H. alpinum*, *H. angustifolium* Hoppe, *H. blattarioides*, *H. glaucum* All. (*saxatile* Heg.), *H. hyoseridifolium* Vill., *H. Jacquini* Vill., *H. valde-pilosum* Vill., *H. villosum*, *Hypericum Coris* (in Helvetia nusquam nisi in M. Wiggis repertum) *Hypochoeris uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq.), *Inula montana*, *Lilium bulbiferum* (ad Hauberg in M. Glärnisch vicinia, et in M. Wiggis), *Malaxis monophyllos* Sw. (*Ophrys* L.; in M. Frohnalp, supra Mollis et in vallis Linththal montibus; rarissima),

Myosotis alpestris Schmidt *αβ exscapa*, et *β elatior* (*M. suaveolens* W. et K.), *Orchis militaris β Simia* (im Brittenwald), *Paeonia officinalis* (a C. Gesnero circa torrentis Sernft fontes visa), *Pedicularis foliosa*, *P. recutita*, *P. versicolor*, *Petrocallis pyrenaica* R. Br. (*Draba* L.), *Phaca alpina* Jacq., *Ph. astragalina* DC. (*Astragalus alpinus* L.), *Ph. frigida* Jacq., *Phyteuma corniculatum* Clairv. I, *Ph. Scheuchzeri* All., *Ph. Michelii* All., *Potamogeton obtusus* Ducros (*rufescens* Schrad.) *β alpinus* (*P. alpinum* Balb.; in lacubus alpinis), *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Sm. Ser.) I *crocea*, II *firma* N. (*P. rubens* Vill.) et III *leucantha* Heg. (*P. clusiana* Heg. in Fl. helv.: forma mihi ignota, floribus albis! ad rivum Beckibach infra Claridenfirn in Alpe Obersand, ad 7000 p. s. m. in terra nigra torfacea), *P. aurea* (*P. Halleri* Ser.), *P. frigida* Vill. (*norvegica* Sut.), *P. caulescens*, *P. grandiflora*, *P. minima* Hall. fil., *Primula integrifolia*, *Pr. viscosa* Vill. (*villosa* Sut.), *Ranunculus alpestris*, *R. montanus* Willd. (*nivalis* Sut.), *Rheum digynum* Wbg. (*Rumex* L.), *Rhodiola rosea* (in summis Alpibus, testante C. Gesnero), *Rhododendrum ferrugineum*, *Rh. hirsutum*, *Rumex alpinus*, *R. arifolius* All., *R. scutatus* (circa Näfels), *Salix hastata*, *S. helvetica* Vill. (*arenaria* Auctor.), *S. herbacea*, *S. myrsinites*, *S. reticulata*, *S. retusa*, *S. serpyllifolia* Scop., *Saxifraga aizoides*, *S. Aizoon* Jacq., *S. aspera* I *elongata α* et *β intermedia* N., II *bryoides*, *S. biflora* All., *S. caesia*, *S. caespitosa* (eiusque variae formae; omnes in editioribus alpibus), *S. muscoides* Jacq. (perinde multis varietatibus ludens), *S. oppositifolia*, *Solidago Virg'aurea γ pumila* N. (*S. alpestris* Heg.), *Tozzia alpina*, *Valeriana saxatilis* (in subalpinis: Heg. Reisen p. 123), *Veronica urticaefolia* (perinde), V. Bilten, Claridae, Dödi, Frohnalp, Lintha, Linthtal, Näfels, Sandalp, Wiggis.

Gléroles, pagulus agri Vaudensis prope Viviscum et St. Saphorin ad lacum Lemanum, in pulcher-

rima regione situs. Ad rupes vicinas occurrunt: *Astrantia maior*, *Iris germanica*, *Mespilus tomentosa* Ait., *Parietaria erecta* M. et K. (*officinalis* auct.); — secus vias *Rumex pulcher*, — et in pomariis *Galanthus nivalis*, *Leucoium vernum.*

Gombs (gall. Conches), Valesiae superioris decuria fere 10 l. longa, inter Rhodani fontes et decuriae Brigensis limites porrecta, summam totius Valesiae partem efficit. Oppidum Aernen, decuriae caput, inter Münster et Naters nec procul a Rhodano situm est. Plerique istius subalpinae et asperae regionis incolae vitam pastoralem agunt moribusque veteris simplicitatis ac candoris sese commendant. Domus fere omnes ligno laricino colore carneo primum conspicuo, sed aëri exposito mox insigniter nigrescente, exstruuntur. Ea Valesiae pars plantis rarissimis abundat; sed fortasse nondum tam accurate ac ceterae huius pagi regiones a botanicis explorata est, ac nullus dubito quin potissimum valleculae laterales ad eam pertinentes pulchras adhuc stirpes abscondant. Hactenus citantur: *Achillea valesiaca* Sut. (ad pagum Unterwasser prope Rhodani fontes), *Echinospermum deflexum* Sw. (*Myosotis* Wbg.), *Galium Aparine* β fructu glabro, *Hieracium murorum* III *ramosum* β *nudicaule*, *Iuncus capitatus* Weig., *Iuniperus Sabina* (ad Rhodanum, praesertim in ripa dextra frequens), *Phaca frigida* Jacq., *Phyteuma Halleri* All. (in pratis), *Potentilla recta*, *Thalictrum minus* I *pruinosum*. V. Furca, Gries, Grimsula, Obergestelen, Rhodanus.

Gondo, pagulus montis Sempronii, in eius meridionali clivo, inter vicos Simpeln et San Marco, supra Isella, ad viam regiam situs. Ibi familia Stockalper diversorium et fodinas auriferas olim ditissimas, sed nunc fere penitus exhaustas possidet. In montis descensu supra Gondo et in eius vicinia reperiuntur: *Achillea moschata* Jacq., *Allium angulosum* α *petraeum*, *Arenaria laricifolia*, *Asplenium septentrionale* Sw. (*Acrostichum* L.), *Carex frigida* All., *Centaurea phry-*

gia, *Erysimum helveticum* DC. (*Cheiranthus* Jacq.), *Genista germanica*, *Heracleum alpinum* (?), *Iuncus trifidus*, *Koeleria hirsuta* N. (ad pedem molium glacialium alpis Gondo), *Laserpitium Halleri* All., *Ligusticum peloponnesiacum*, *Phyteuma corniculatum* Clairv. I (*Ph. Scheuchzeri* All.), *Ph. scorzonerifolium* Vill., *Pleurospermum austriacum* Koch. (*Ligusticum* L.), *Saussurea discolor* DC. (*Serratula* Willd.), *Saxifraga oppositifolia*, *Sempervivum arachnoideum*, *Silene Saxifraga*, *Thalictrum minus* I *pruinosum*, *Trifolium alpinum*, *Viola grandiflora* Vill. III *ramosa*, *V. pinnata*. V. Zwischbergen.

Gonthey. V. Contey.

Gorgier, parvus sed pulcher vicus pagi Neocomensis, prope St. Aubin, in vicinia pagi Vaudensis, nec procul a lacu situs. Ibi nascuntur: *Campanula persicifolia*, *Dianthus prolifer*.

Gossau, 1) Vicus maximus agri Tigurini, in praefectura Grüningensi, ad austrum supra lacum Gryfensee situs et a pagis Grüningen, Wald et Stäfa 2—3 l. distans. Ibi inveniuntur: *Aiuga Chamaepitys* Schreb. (*Teucrium* L.), *Carex intermedia* Good. (*arenaria* Sut.), *Pedicularis sylvatica*, *Trifolium filiforme* Schreb. 2) Vicus multo minor Sangallensis, inter Sancto-Gallum et Wyl, ad viam qua ex urbe Tigurum itur. In alterutro *Sedum stellatum*, quod in Helvetia inventum hucusque non vidi, occurrere testatur Cl. Clairville.

Gotthardus (D. Gotthardi mons), mons celeberrimus, ad pagos Uraniensem et Ticinensem pertinens, focum illum immensum efficit, unde tot tantaque Alpium iuga excurrunt, et omnia nobilissima totius Helvetiae flumina plerisque maribus Europaeis aquarum suarum tributum adferunt. In eius vasto ambitu octo moles glaciales et fere triginta lacus alpestres inveniuntur. Ibi etiam natura officinas suas praecipuas condidisse videtur: nam in nulla alia Alpium regione terrae sinus tot tamque rara fossilia recondit, et omnes

scopuli, qui ex tanta montium congerie altissimi exsurgunt, ac eorum pascua rupesque pulcherrimis rarissimisque stirpibus abundant. Hosce montes ab omni tempore herbariae rei amici curiose visitaverunt, et nostris diebus Cl. Emm. Thomas, Schleicher, ac praesertim ill. Wahlenberg accuratissime exploraverunt. Istarum Alpium ambitus ab occidente ad M. Galenstock, qui ex omnibus ad hunc focum centralem pertinentibus scopulis altissimus esse videtur (ad 11000 p. s. m. elatus. V. Galenstock), incipiens, boream versus per montes Mutthorn et Furcam extenditur; inde ad eurum tendens per montem Fieudo et Gotthardi collum ad orientem montem Badus (9085 p. s. m.) adtingit, et ab austro septemtriones petens per Alpem superiorem et inferiorem ad Crispaltum terminatur. Vallis centralis, quam hospitium occupat, in summo itineris puncto sita, nuda est, asperrima fereque leucam unam longa, et a borea austrum versus patet. Eam undique scopuli excelsi circumdant: ad eurum extolluntur montes Prosa (8262 p. s. m.), Sella, Schipsius et Sorescia; ad euroaustrum montes Fibia (9750 p.), Fieudo (8000—9000 p.), Luzendro (9730), et Orsino v. Urserspitz (9944). In ea altissima valle duo lacus occurrunt, quorum alter, ad septentrionem situs, Ursae, alter autem meridionalis Ticini ramo medio fontes praebet. (V. Alpes, Ursa, Ticinus.)

Via gotthardiana inter vetustissimas et maxime frequentatas, quarum ope Alpium iugum superatur, utique recensenda est. Hucusque nonnisi peditibus et equis pervia, mox magnis impensis operibusque summopere aucta, omnigenis carris ac vehiculis, saltem per maximum itineris tractum accessa fiet; iamiam pars eius satis magna pulcherrime exstructa est. Septem magni pontes recens conditi, duoque restaurati et valde aucti fuerunt. Adscensus ad vicum Amsteg, ditionis Uraniensis, incipit; via perpetuo Ursae cursum sequitur, ac modo in ripa dextra huius impetuosi amnis, modo in ripa sinistra, nunc per re-

giones habitatas, nunc per asperrimas solitudines, tum per amoenas placidasque valleculas, tum rursus rupium praeruptarum muris altissimis subiecta ac inter Ursae furibundae mugitum horrendum progreditur. Supra pagulum Meitschlingen rivi Fellibach cataractae pulchras scenas efficiunt; porro pons Pfaffensprung dictus adspectu pictorio sese commendat. Supra amoenum pagum Wasen et ab eo leuca una distans situs est pons, quem pulchrum nuncupant, altissima fornice conspicuus. Prope Geschenen, ubi adhuc Cannabis, Triticum aestivale et Hordeum ad maturitatem perveniunt, rivus Rohrbach in abyssum praeceps ruit; vicina quoque spelunca crystallifera Sandbalm viatorum attentionem meretur. Tunc proxime, supra Geschenen aperiuntur illae notissimae Schöllinarum fauces, 2 fere leucas longae, hiemali tempore pericula mortemque viatori minantes, ac per quamvis tempestatem ob nudos asperrimosque rupium parietes Ursae angustum alveum cominus includentes adspectu terrificae. Via singulari arte exstructa secus eas horrendas angustias bis, ac quidem secundo per Diaboli pontem Ursam transilit. (V. Diaboli pons.) Eo loco fauces adeo coarctatae sunt, ut torrens vix inter rupes transitus spatium inveniat, et viator undique amphitheatro rupium immenso subiectus dubius haereat, quonam pacto huic tam dirae solitudini praeripi possit. Sed ponte traiecto clivoque ei imminente superato, via mox cuniculum angustum, incerta debilique luce per unicum foramen laterale obiter illustratum, humidum, 12 pedes latum, totidem altum ac 200 pedes longum ingreditur. Exinde in amoenissimam vallem Ursariam subito evadit, cuius pascua laetissima, ad utramque Ursae ibi tranquille ac placide fluentis ripam patentia, mirum in modum ab illis naturae severissimae scenis discrepant. (V. Ursaria vallis.) Post quartam horae partem ad vicum Andermatt per planitiem, et inde, leni clivo, ad vicum Hospital pervenitur, quo loco Gotthardi sic proprie

dicti adscensus incipit. Intra $2\frac{1}{2}$—3 horas itineris prope hospitium, punctum altissimum 6400—6700 p. s. m. elevatum, adtingitur. Sed multi pulcherrimique flores, rei herbariae amicis ubique per hanc viam occurrentes, eorum passus iucundissime morantur. Parva planitie, quae colli culmen obtinet, traiecta, per semitam plerumque satis arduam secus vallem Tremulam Ticinumque descenditur. Haec frigidissima vallis per hiemem nivibus altissimis obruta est, ac etiam summa aestate Ticinum non raro fornices glaciales firmissimae, pontium instar, obtegunt. Vicus Airolo 2 fere leucis a Gotthardi hospitio distat, et ad D. Annae sacellum, paulo supra hunc locum situm, prima sylva, et quidem abietina, viatoribus descendentibus occurrit. Tota nempe regio montis inter Airolo et Wasen comprehensa arborum fere omnino impatiens est. Via boream versus usque ad vicum Wasen, et in latere australi usque ad Airolo rhedis aliisque curribus perfici potest.

Plantae insigniores potissimum in ipso Gotthardo ad viam occurrentes: *Achillea alpina* (Airolo versus), *Ach. macrophylla*, *Ach. moschata* Jacq., *Agrostis alpina* Willd., *Agr. rupestris* Willd., *Alchemilla pentaphyllea*, *Anemone alpina β sulphurea (An. apiifolia* Wulff.), *Androsace obtusifolia* All., *Anthericum serotinum*, *Apargia alpina* Host, *Ap. Taraxaci* Willd. (*Hieracium* L.), *Arabis coerulea* Wulff., *Arbutus alpina*, *Arbutus Uva-ursi*, *Arenaria biflora*, *Avena versicolor* Vill., *Azalea procumbens*, *Betula viridis* Chaix (supra hospitium), *Biscutella laevigata* II *glabra (B. lucida* Balb.), *Bupleurum stellatum*, *Cacalia alpina* Jacq. (*glabra* Vill.), *Campanula patula* (infra pontem Diaboli), *C. pusilla* Haenke (*caespitosa* Vill.), *C. rotundifolia* (in prioris consortio), *Cardamine bellidifolia*, *C. resedifolia*, *Carduus carlinoides* Lam. (austrum versus), *Carex curvula* All., *C. foetida* All., *frigida* All. (ad ultimum Ursae pontem, hospitium versus), *C. iuncifolia* All., *C. limosa β irrigua* Whg. (infra hospitium),

C. pallescens, *C. pauciflora* Lightf. (in adscensu supra Hospital), *C. pulicaris β minor* (perinde), *Chrysanthemum alpinum*, *Chr. Halleri* Sut. (*Pyrethrum* Willd.), *Cherleria sedoides*, *Cineraria cordifolia*, *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Comarum palustre* (supra Hospital), *Daphne Cneorum* II (*D. striata* Tratt.), *Empetrum nigrum* (ad summum Ursae pontem, prope hospitium), *Erigeron uniflorus*, *Eriophorum Scheuchzeri* Hoppe (*capitatum* Hoffm.; supra Hospital), *Geum montanum*, *Gentiana nivalis*, *Gentiana obtusifolia* Schmidt, *G. purpurea*, *Gnaphalium alpinum*, *Gn. supinum*, *Hieracium albidum* Vill. (*intybaceum* All.) *α*, et *β involucratum*, *H. aurantiacum*, *H. picroides* Vill., *H. Pilosella γ incanum*, *H. pilosellaeforme* Hoppe, *H. prenanthoides* Vill. I *multiflorum* (*H. spicatum* Sut.), *H. Schraderi* Schl. I et II (*H. dentatum* Hoppe), *Hypochoeris maculata*, *H. uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq.), *Iuncus Jacquini* (in ipso ponte Rudunt), *I. squarrosus* (in adscensu supra Hospital, ad sinistram; nusquam alibi in Helvetia provenit), *I. trifidus* (ad rupes frequens), *I. ustulatus* Hoppe *β alpinus* (*I. alpinus* Vill.), *Iuniperus communis β alpina* Sm. (*I. nana* Willd.), *Laserpitium Halleri* All. (*hirsutum* Sut.), *Lilium bulbiferum* (in clivo australi), *Linnaea borealis* (?? Nuper non visam citat Cherlerus), *Luzula* (*Iuncus* L.) *nivea* DC., *L. spadicea* DC. (*Iuncus* All.), *L. spicata* DC. *Ophrys alpina*, *Pedicularis recutita*, *P. rostrata*, *P. tuberosa* (*comosa* Sut., supra Realp), *Phyteuma betonicaefolium* Vill., *Ph. hemisphaericum*, *Pinguicula grandiflora* Lam., *Poa annua* II *varia* N. (*P. supina* Schrad.), *Potentilla grandiflora*, *Primula integrifolia*, *Pr. minima* (parcissime), *Pr. viscosa* Vill. (*villosa* Sut.), *Pteris crispa* Sw. (*Osmunda* L.), *Ranunculus glacialis* (in Alpe Piora), *R. montanus* Willd. (*nivalis* Sut.), *R. pyrenaeus*, *Rheum digynum* Whg. (*Rumex* L.), *Rhodiola rosea* (in valle Piora ad Ticini caput, I. I. Scheuchzer), *Rhododendrum ferrugineum*, *Rh. hirsutum*, *Salix herbacea* (in omnibus cacuminibus), *Saussurea*

discolor DC. (*Serratula* Willd.), *Saxifraga aizoides* (*autumnalis* Sut.), *S. aspera* DC. I *elongata* (ad hospitium), II *bryoides* (in M. Rossbodenstock, 8700 p. s. m. elato), *S. androsacea*, *S. caesia*, *S. caespitosa* I *legitima* (in M. Rossboden et Rossbodenstock a summis bovilibus usque ad culmen; inter M. Galenstock et Furcam), *S. Cotyledon*, *S. cuneifolia*, *S. exarata* (*hypnoides* All.) Vill. α, ββ *viscida* (in M. Rossboden), et βγ *maculata* (inter Gotthardum et Furcam), *S. oppositifolia*, *S. Seguieri* Spreng. (*sedoides* Wbg.; in M. Rossboden et Rossbodenstock, Isenstock et Galenstock), *Scirpus Baeothryon* Ehr., *Sc. caespitosus*, *Senecio incanus*, *Sibbaldia procumbens*, *Statice Armeria β alpina* (?), *Stereocaulon paschale* Ach. (*Lichen* L.), *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.), *Tofieldia glacialis* N., *Tozzia alpina* (in M. Crispalt), *Trifolium alpinum*, *Tr. pratense ε obesum*, *Viola palustris*. In M. Prosa: *Anthericum Liliastrum*, *Anth. serotinum*, *Arnica scorpioides*, *Iuncus trifidus*, *Pedicularis rostrata*, *Ranunculus pyrenaeus*, *Salix glauca β Lapponum*. — In M. Betzberg: *Anthericum Liliastrum*, *Carex capillaris*, *C. limosa β irrigua* Wbg., *C. frigida* All., *Lonicera coerulea*, *Pedicularis tuberosa*, *Scirpus caespitosus*, *Tozzia alpina*. — In den Schöllenen: *Achillea macrophylla*, *Ach. moschata*, *Agrostis rupestris* Willd., *Cardamine resedifolia*, *Imperatoria Ostruthium*, *Iuncus filiformis*, *I. trifidus*, *Luzula spadicea* DC. (*Iuncus* All.), *Pedicularis tuberosa*, *Phyteuma hemisphaericum*, *Primula viscosa* Vill. (*villosa* Sut.), *Rheum digynum* Wbg. (*Rumex* L.), *Rosa rubrifolia* Vill. (ad Diaboli pontem) *Saxifraga Cotyledon* (*pyramidalis* Lapeyr.; nusquam nobis pulchrior occurrit!) et eius elegantissima varietas β *purpurata*.

Goudeba. V. Brenets (les).

Goufin vallis mihi ignota. Inde habuit Hallerus *Circaeam alpinam et Impatientem Noli-tangere*.

Gourze (La tour de), arcis vetustae rudera, in montibus supra regionem viniferam la Vaux, leuca

fere una a parvo lacu Bré distantia. Paludes inter hanc lacunam et arcem dirutam iacentes pulchris plantis obundant. Ibi scilicet inventae sunt: *Andromeda polifolia*, *Betula torfacea* Schl., *Carex dioica*, *C. elongata*, *C. filiformis*, *C. limosa*, *C. pauciflora* Lightf., *C. pulicaris*, *C. stellulata* Good., *Comarum palustre*, *Convallaria verticillata*, *Drosera rotundifolia*, *Epilobium angustifolium*, *Eriophorum vaginatum*, *Helleborus viridis*, *Hypericum dubium* Leers (*quadrangulum* genuinum L. testante Cl. WAHLBERG; Belmons versus), *Lycopodium inundatum*, *Melampyrum nemorosum* (ad ripas lacus de Bré), *Menyanthes trifoliata*, *Myosotis sylvatica* Ehrh. (ad pedem occidentalem montis), *Narcissus poëticus*, *Nuphar luteum* Sm. (*Nymphaea* L.), *Nymphaea alba* (cum priori ad lacum Bré), *Orchis fusca* Jacq., *Pedicularis palustris*, *P. sylvatica*, *Potamogeton pusillus*, *Rhamnus Frangula* β *torfacea*, *Schoenus albus* (copiose), *Scutellaria galericulata*, *Senecio sylvaticus*, *Trollius europaeus*, *Vaccinium Oxycoccos*, *V. uliginosum*,

Grabs. V. Werdenberg.

Grächen, pagus alpestris Valesiae, monti vallibus Saas et D. Nicolai, quae ad eius pedem confluunt, imminenti insidens, per seculum XV a THOMA PLATERO reformatornm nobili adiutore, qui ibi in tugurio adhuc exstante natus est, illustratus. In sylva inter hunc locum et Saas sita multae perrarae pulchraeque stirpes laete vigent: v. gr. *Antirrhinum Bauhini* N. (*genistifolium* Sut.), *Astragalus exscapus*, *Linnaea borealis* (affatim), *Pinus Cembra*, *P. Larix*, *Rosa cinnamomea* β fol. dorso tomentosis (prope pagum), *Saxifraga cuneifolia*, *Vicia Cracca* II (*V. Gerardi* DC.)

Grafenort, vicus vallis Angelimontanae, infra abbatiam situs, ac teste Cl. WAHLENBERG tantum 1758 p. s. m. elevatus. Ibi provenit *Lunaria rediviva*,

Grandclos, pulchra villa Aquileiensium, ad viam regiam inter Pennilucum et Rupem sita. Regio vicina multas plantas paludosas imoque alpinas edit. Occur-

runt: *Dipsacus pilosus*, *Chenopodium glaucum* (in ipso vico Rennaz).

Grande-eau, torrens impetuosus, in Alpibus ad pedem M. Diablerets ortus, valles Ormondianas peragrat, exinde Aquileiam descendit, ac haud procul hoc oppido cum Rhodano coniungitur. Ad eius ripas proveniunt: *Aiuga Chamaepitys* Schreb. (*Teucrium* L.), *Morus alba*, *Salvia verticillata.*

Grandisonum (Grandson), oppidulum pagi Vaudensis pulchro colli lacui Neocomensi proximo insidens, vix una leuca boream versus Ebroduno distans. Arx ingens, veterum comitum Grandisonensium patrimonium, temporum pristinorum insigne monumentum, ad lacus ripam sinistram extollitur. Prope urbem usque ad pagum Neocomensem et ultra eius limites campi patent, ubi primum Caroli ducis Burgundiae exercitus ab Helvetiis profligatus fuit, et eius castra thesauris ac omnigenis divitiis oppleta in victorum potestatem cesserunt. Prope Grandisonum plantae nonnullae rariores leguntur: *Asperula arvensis*, *Campanula patula*, *Cladium Mariscus* R. Br. (*Schoenus* L.), *Erythraea pulchella* Fries *γ palustris*, *Glaucium luteum* Scop. (*Chelidonium Glaucium* L.; ibidem et ad lacus littora), *Melica uniflora* Retz., *Mentha sylvestris β gratissima* (*M. gratissima* Sut.; ad officinas lateritias), *Nasturtium amphibium* R. Br. (*Sisymbrium* L.) *β variifolium*, *Polycnemum arvense*, *Pulicaria vulgaris* Gaertn. (*Inula Pulicaria* L.), *Teesdalia Iberis* DC. (*Ib. nudicaulis* L.). — In M. Montaubert supra oppidum: *Narcissus poëticus.*

Grandsex, nomen ingentis scopuli in M. Lavaraz exstantis. V. Lavaraz.

Grandvire, via alpestris, praeceps ac elatissima, qua e M. Javernaz ad M. valesiacum Fouly transitur. Quo itinere non paucae rariores stirpes observatae fuerunt, v. gr. *Anemone baldensis*, *Arnica scorpioides*, *Artemisia spicata* Jacq., *Astragalus depressus*, *Campanula cenisia*, *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.),

Geum reptans, *Hieracium prunellaefolium* Gouan, *Ligusticum Meum* Crantz (*Athamanta* L.), *Lotus corniculatus* var. minima (an noster ε *tenuifolius?*), *Ranunculus glacialis*, *R. montanus* Willd., *Salix herbacea*, *Saussurea alpina* DC. (*Serratula* L.), *Saxifraga biflora*, *Viola cenisia*.

Granges (la montagne des), Sabaudiae mons praealtus supra Thonon et Evian amoenae valli *Notre-Dame-d'Abondance* imminens. In eius ingenti dorso occurrunt: *Carex atrata γ nigra*, *Centaurea phrygia β helvetica*, *caule unifloro*, *Gnaphalium alpinum*, *Hieracium aurantiacum*, *Peltidea crocea* Ach. et alii pulchri *Lichenes*.

Grangettes (les), vetustum praedium pagi Vaudensis, undique magnis paludibus cinctum, ad lacus Lemani caput, inter Pennilucum et Rhodani ostia, situm. Ibi crescunt: *Acorus Calamus*, *Allium angulosum β palustre* (*All. senescens* L.), *Centunculus minimus*, *Chlora perfoliata*, *Gentiana Pneumonanthe*, *Gratiola officinalis*, *Hydrocotyle vulgaris*, *Inula Britanica*, *Iuncus lampocarpus* Ehrh. δ *affinis*, *I. subverticillatus* Weig., *Lathyrus palustris*, *Marsilea quadrifolia*, *Mentha hirsuta* ζ (*M. sativa* L., *M. exigua* Sut.), *Nasturtium palustre* DC. (*Sisymbrium* Poll.), *Oenanthe peucedanifolia* Poll., *Polygonum amphibium β terrestre*, *Scirpus acicularis*, *Sc. supinus* (nonnisi eo loco ac prope Nevidunum in Helvetia visus), *Sc. triqueter*, *Stellaria pentagyna* N. (*Cerastium aquaticum* L.)

Grath (auf dem). V. Sandalp.

Grens, vicus agri Nevidunensis, in pagi Vaudensis planitie, inter Nevidunum et Chéserex situs. Ibi frequentes occurrunt: *Campanula patula*, *Polygonum Hydropiper*, *Rumex conglomeratus* Schreb. (*R. Nemolapathum* auct.), *Senecio Iacobaea* II *aquaticus* (*S. aquaticus* Huds.).

Gries (apud Hallerum M. Griseus), mons elatus inter Pedemontium et Valesiam superiorem sese extollens, quo e valle Pommat s. Formazza in Aeginae

valleculam intra 6—7 horas transitur. Unam et $1/4$ l. supra Pommat fluvius Tosa s. Toccia, ex eo monte descendens iam magnus et aquae copiam ingentem volvens, ex altissima rupe sese praecipitat et pulcherrimam efficit cataractam, quae ex monte Furca di Bosco, hinc saltem 3 leucis distante, conspicue dignoscitur. Fluvius in summa, unde ruit, rupe ad arctas angustias redactus ibi vix ultra 4—5 pedes latus est; paries ipse cum horizonte angulum 140—150 graduum format, ut fluminis aquae nusquam ab eo omnino removeantur, sed undique quasi in innumeros rivulos disiunctae, ad omnes rupis partes prominentes solvantur, ac totidem cataractas minores efficiant. Inde fit, ut ad parietis pedem fluvius fere totum vallis spatium obtineat, ac ibi latitudine ingente gaudeat. Via mulis equisque accessa rupem, unde Tosa sese praecipitat, intra fere $1/2$ horae spatium conscendit nonnullisque valleculis, ubi pulchra pascua hinc inde mapalibus stabulisque consita occurrunt, peragratis, ad moles glaciales pervenit, eas intra $1/4$ h. superat et ad summum itineris punctum 7336 p. s. m. elevatum sese extollit. Boream versus M. Gries Aeginae vallem terminat, ubi rivus eiusdem nominis amoenam quoque cataractam exhibet. Per totum hunc tractum summa scenarum pulchrorumque adspectuum varietas viatorem mire delectat, et ampla stirpium rariorum messis Florae amicos pura vivaque voluptate perfundit. Ab ima valle usque ad pascua Bettelmatte ubique affatim provenit superbum *Polygonum alpinum* All. — Ad pedem cataractae Tocciae apparent: *Cirsium heterophyllum* DC. α (*Carduus* L.), *Hedysarum obscurum*, *Iuncus trifidus*, *Lilium Martagon*, *Oxytropis campestris* DC. (*Astragalus* L.), *Potentilla grandiflora*, *Saxifraga aspera* I *elongata*. — In summo, unde fluvius ruit, clivo: *Carex curta* Good., *C. microglochin* Wbg. (*Uncinia microglochin* Gay), *Sparganium natans*. Supra Morast seu Murask: *Achillea nana*, *Anemone alpina* β *sulphurea* (*An. apiifolia* Wulff.), *Anthericum sero-*

tinum, *Arnica Doronicum* Jacq. (*Arn. Clusii* All.), *Artemisia spicata* Jacq., *Biscutella laevigata* II *glabra* (*B. lucida* Balb.), *Carex atrata* γ (*C. nigra* All.), *C. curvula* All., *C. foetida* All., *Geum montanum*, *Hieracium grandiflorum* All., *Iuncus trifidus*, *Laserpitium Halleri* All., *Luzula lutea* DC. (*Iuncus* All.), *Phaca alpina* Jacq., *Ph. frigida* Jacq., *Phyteuma hemisphaericum*, *Ranunculus glacialis*, *R. pyrenaeus*, *Salix helvetica* Vill. (*arenaria* auct.), *S. herbacea*, *S. serpyllifolia* Scop., *Saussurea discolor* DC. (*Serratula* Willd.), *Saxifraga biflora* All. — Auf der Bettelmatte: *Achillea atrata*, *Ach. moschata* Jacq., *Anemone vernalis* (var. pulcherrima floribus plenis), *Aquilegia alpina*, *Arabis coerulea* Wulff., *Avena versicolor* Vill., *Campanula cenisia*, *Chrysanthemum alpinum*, *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Herniaria alpina* Vill., *Pedicularis recutita*, *P. rostrata*, *Potentilla minima* Hall. fil., *Statice Armeria* α *alpina*. — In summo itineris puncto, supra glaciales moles, boream versus: *Absinthium alpinum* Sauss. (*Artemisia Mutellina* Vill.?), *Androsace Chamaeiasme* Bieb. (*villosa* Sut.), *Andr. obtusifolia* All., *Anemone alpina* β *sulphurea*, *Anthericum serotinum*, *Draba aizoides*, *Dr. villosa* De Sauss. (an *tomentosa* Wbg.?), *Ranunculus glacialis*, *R. nivalis*, *R. pyrenaeus*, *R. rutaefolius*, *Salix herbacea*, *S. serpyllifolia* Scop., *Saxifraga androsacea*, *S. oppositifolia*. (Plantas rarissimas ab illustr. Saussureo hic indicatas, scilicet *Cardaminem trifoliam* et *Ranunculum rutaefolium* nos quidem reperire non potuimus, neque nuper ibi ab aliis inventae fuerunt). In eo pulchro monte *Oxytropis lapponica* N. (*Phaca* Wbg.) nuper a Cl. Lagger lecta fuit; citantur adhuc *Rhodiola rosea* (a summo Hallero indicata) et *Trifolium pratense* ζ *frigidum*. In Alpibus, quas *Griseas* nuncupat Hallerus, quoque *Uvulariam amplexifoliam* et circa vicum St. Roc *Galium parisiense* I (*G. ligitiosum* Dec.) provenire perhibet.

Grimsula (die Grimsel), mons excelsus iugi

borealis, Oberlandiam Bernensium a summa Valesia separans, atque etiam Uraniae vicinus. Via per hunc montem a viatoribus cum mulis equisque frequentata inter pagum Bernensem et Valesiam communicat. Arolam, in eius ripa, modo sinistra, modo dextra perpetuo sequitur; adscensus iam in valle Hasliana paulo supra Meiringen, loco quem Kirchet dicunt, incipit; deinde in amoenam valleculam im Grund, ambitu rotundo adspectuque insignem, quae olim, antequam Arola sibi per altas rupes exitum in regionem inferiorem perrupisset, forsan lacus fuit, pervenitur. Supra vicum alpestrem Guttannen via magis magisque ardua fit; ad tuguria Handeck, ubi viatores cibis sese reficere possunt, homines inveniuntur, qui iis viam ad pulcherrimam Arolae visendam cataractam commonstrent. Fluvius per loca horrenda asperrimaque descendens, subito cum ingenti fragore in atrum 200 pedes altum abyssum praeceps ruit. Tempus diei huic scenae contemplandae maxime idoneum inter horas nonam et undecimam cadere dicitur. Exinde per viam semper asperiorem ad hospitii tuguria (die Spithalhütte) venitur; arbores iam rarescunt moxque omnino deficiunt; pascua ipsa herba humili vestita passim glareis rupiumque ruinis cedunt; pontes lorica plane destituti, ab Arolae furentibus aquis agitati contremiscunt, et via pluribus locis supra ingentes rupes valde inclinatas, politas ac per gelu maxime lubricas pergens, a stabulis Handeck post 2 horas tandem ad hospitium pervenit. Hoc deversorium, 6383 p. s. m. elevatum, in vallecula subrotunda, prope duas lacunas alpestres, canalis ope coniunctas, parum profundas, ceterum piscium et omnium animalium impatientes, atque adspectu atro moestissimas situm est. Pauperes ibi gratuito hospitantur, ceterique viatores itinere defessi bonos cibos lectosque pretiis aequis inveniunt. Hospitium 9 leucis a vico Meiringen et 3 l. ab Obergestelen in Valesia superiore distat. Itineris punctum summum, cuius elevatio

6604 p. s. m. esse dicitur, intra dimidiae horae spatium attingi potest; eum locum nives fere nunquam deserunt. Ibi via dextra petens satisque commoda in Valesiam superiorem descendit. Semita autem sinistra (die Mayenwand) per clivum praecipitem, terraque denudata, vel caespite brevissimo lubricum, non absque omni periculo, ad pulchras istas glacierum congeries, unde scaturit Rhodanus, viatorem curiosum intra $1\frac{1}{2}$—2 horas ducit. In eo itinere paulo infra summitatem occurrit parva lacuna, cuius aquae perpetuo fere gelu rigent: eam incolae lacum mortuum (der todte See) nuncupant.

Paulo infra hospitium, occidentem versus, longa patet vallis quam utraque Arolae moles glacialis occupat. Congeries australis Arolae superioris nomine dicta, accessu difficilis est nec satis adscensionis laborem compensat. Moles autem Arolae anterioris etiam Lauteraar-Gletscher dicta, ab hospitio 2 leucis distans, absque magno negotio conscenditur; superficies eius, modice inclinata, satis plana neque rimis magnis interrupta, ad 2—3ve leucas patet, ac facile peragrari potest. Ibi hinc inde ingentia rupium graniticarum fragmenta columnis glacialibus fere orgyalibus sustenta occurrunt. Ad extremum horizontem occasum versus ex immensi glacialis maris sinu gigantei scopuli *Schreckhörner*, *Viescherhörner* et *Finsteraarhorn* coelum ipsum petere videntur.

Mons Finsteraarhorn inter Helvetiae altissimos tertias, nempe post Rosam et Sylvium, sedes tenet, neque praeter eos ab ullo alio Europaeo monte nisi a sublimi Montblanc superatur. In Valesiae et Oberlandiae confinio inter Grimsulam et M. Mönch ad altitudinem 13,234 p. s. m. (auct. Cl. Tralles; secundum Cl. Frey 13,176 p.) exsurgit. Forma distincte pyramidali facile dignoscitur. Nusquam commodius ac ex Arolae anterioris molibus (Lauteraar-Gletscher) prospici potest. Hucusque tantum semel homines hunc montem conscenderunt.

Ex hospitio mons vicinus Seidelhorn (8634 p. s. m.), unde tota ista alpina regio, ac tot tantique scopuli stupendo spectaculo sunt, intra tres horas conscenditur.

Crystalliferas Grimsulae cavernas nemo fere nescit: maxima crystalla, usque ad 800 librarum pondus, in praelonga spelunca, prope M. Zinkenstock, per medium seculum XVIII inventa fuerunt. Anno 1807, trans parvum lacum prope hospitium *(an der Sommereck)* cuniculus apertus est, ubi crystalla ponderis 40 librarum iacebant.

Nostris temporibus Grimsulae tractus potissimum ab ampliss. Hallero filio atque amiciss. Seringio accurate exploratus est. Huc etiam penetravit Cl. Wahlenberg. Quantum mihi visum est, Grimsulae tractus vix inter nostrarum Alpium partes ditissimas recenseri potest. Utcunque sit, plantae tamen aliquot rarissimae ibi inveniuntur. Ad Arolae glacialia occurrunt: *Carex approximata* Hoppe, rarissima *Kobresia caricina* Willd., apud nos nonnisi in eo tractu et ad montem Furcam visa, *Salix helvetica* Vill. *(arenaria* auct.) *α*, *β velutina*, *δ serrata*, *ε macrostachys*, *S. ovata* Ser. (nusquam alibi reperta), *S. reticulata γ subrotunda* foliis maximis, *S. retusa γ multiflora (Kitaibeliana?* Willd.), omnes ibi a Cl. Seringe observatae. — Supra Guttannen: *Cirsium spinosissimum* Scop. *(Cnicus* L.). — Prope die Handeck: *Achillea macrophylla*, *Pinus Cembra* (ibi a summo Hallero citatur; sed Wahlenbergius eam in hac statione frustra quaesivit), *P. sylvestris β montana* Wbg. *(P. montana* Sut.; copiose). — In summitate supra hospitium: *Azalea procumbens*, *Carex foetida* All., *Salix herbacea*. Ad pedem montis Seidelhorn: *Cetraria islandica* Ach. *(Lichen* L.), *Chrysanthemum Halleri* Sut. *(Pyrethrum* Willd.), *Potentilla grandiflora*, *Ranunculus alpestris*, *R. glacialis*, *R. montanus* Willd. *(nivalis* Sut.), *Veronica alpina*. — In summo clivo Mayenwand: *Hypochoeris uniflora* Vill. *(helvetica* Jacq.). — Ceterum in

Grimsula passim proveniunt: *Achillea atrata*, *Alchemilla pentaphyllea*, *Bromus squarrosus* (!), *Carex atrata β dubia* N. (*C. aterrima* Hoppe), *C. curta* Good. *β brunnescens* Pers. (*C. Gebhardii* Hoppe), *C. frigida* All., *C. limosa* (*β irrigua?* Wbg.), *Empetrum nigrum*, *Gnaphalium pusillum* Haenke, *Hieracium albidum* Vill. (*intybaceum* All.), *H. alpinum* I *Allionii*, *H. angustifolium* Hoppe, *H. picroides* Vill., *Iuncus trifidus*, *Iuniperus communis β alpina* Wbg. (*I. nana* Willd.), *Luzula* (*Iuncus* L.) *nivea* DC. *β livida*, *L. spadicea* DC. (*Iuncus* All.), *Oxytropis campestris* DC. (*Astragalus* L.; im Rätisboden), *Phyteuma hemisphaericum*, *Pinguicula alpina*, *Salix hastata* (*Arbuscula* Sut.), *S. myrsinites*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.)

Grindelwald (Grindelia), vallis notissima Oberlandiae Bernensium, Valesiae fere contermina (inter utramque regionem nempe ingentes excelsique montes, Eiger, Mettenberg, Schreckhorn et Wetterhorn quasi e mari glaciali sese extollunt), ceterum ad orientem iugo, valli Haslianae contiguo, quod per collum Scheideck superatur, et ad occidentem montibus, qui eam et vallem Lauterbrunnen dividunt, terminata. Leucas fere 4 longa, vix dimidiam leucam lata, ac prope templum 3507 p. s. m. elevata, ab euro-austro ad borea-occidentem descendit, et prope Zweylütschenen cum valle Lauterbrunnen coniungitur. Cerasi fructus ad maturitatem perveniunt; ceterae autem arbores domesticae ob nimiam perennium nivium glacieique proximitatem ibi provenire non possunt, neque ulla cerealia nisi hordeum et secale seruntur.

Templum et presbyterium nonnullis domibus circumdata, colli supra Lütschinam orientalem eminenti insident. Haud procul ab hoc pagulo duae pulchrae moles glaciales usque in vallem imam descendunt, et supra torrentem quasi duos pontes efficiunt. Inferne vix quartam leucae partem metientes, adscendendo mox valde dilatantur, et a scopulis Schreckhörner seiunctae sunt. Moles, quae dicitur superior, colore

glaciei pulcherrime cyaneo, clivis maxime arduis et numerosis ingentibusque acubus excellit; ei vicinae rupes vocem pulchre repercutiunt. Inferior tamen ob immensam porticum, unde per aestatem quandoque rivus ingenti cum fragore scaturit, tunc mirabilior est. Ad eius partem superiorem rite dignoscendam collis vicinus Nellenbalm dictus conscendendus est.

Prope Lauchbühl parvae labinae (Lauinen, avalanches), quae tempestate aestivali fere quotidie ex Alpibus potissimum orientalibus in valles eis subiectas devolvuntur, commodissime spectari possunt; viatores etiam rivi Mühlebach cataractas visitare solent.

Boream versus mons Faulhorn, ad altitudinem 8312 p. s. m. elevatus, speculam pulcherrimam absque omni periculo per pascua Bussalp consequendam, unde magnam Helvetiae septentrionalis partem, Iuranum iugum, Sylvam-Nigram, montes Albis, Regium, Pilatum, Haken, urbem Tugium (distinctissime), denique ad austrum, praeter pulcherrimas Oberlandiae pyramides nivales, etiam giganteum Mont-Blanc prospicere queas, tibi praebebit.

Vallis Grindelia utique nostrarum Alpium partibus amoenissimis adnumeranda est; quin imo eam nonnulli naturae amici celebri pulchraeque valli Chamouny, quae tamen, me quidem iudice, maiori scenarum varietate ac stupenda adspectuum maiestate excellit, praeferre non dubitant.

Supra montem Scheideck ad pagum Meiringen vallis Haslianae intra 8—9 horarum spatium, et per minorem Scheideck ac Alpem Wenger, unde formosissima Iungfrau commodissime prospicienda est, intra 6—7 horas itur.

Regiones istae alpestres stirpibus raris quidem non carent; ibi tamen thesauros illos, quos larga manu ad montium clivum meridionalem ac per totum australe iugum sparsit Flora, saepius desiderabis. In valle Grindelia saltem observatae sunt: *Carduus Personata* Jacq. (*Arctium* L.), *Eriophorum alpinum*, *Iun-*

cus filiformis (Lauterbrunnen versus), *Orchis pallens* (in vicinis Alpibus, testante Cl. VIVIANI), *Phaca astragalina* DC. (*Astragalus alpinus* L.; in pratis), *Phyteuma Halleri* All. (*ovata* Willd.; perinde), *Rosa rubrifolia* Vill. I *genuina* (in ipso pago), *Saxifraga aizoides* β *crocea*, *S. oppositifolia*, *Stachys alpina*, *Viola grandiflora* Vill. I *lutea*, *V. montana* I *stricta* (?? *persicifolia* Hoffm.). — Ad M. Faulhorn pedem: *Arabis coerulea* Wulff., *Gentiana glacialis* Abr. Thom. (in ipso monte frequens; utraque a Cl. COQUEBERT de MONTBRET indicata). — Ad moles glaciales: *Allium Victorialis*, *Pedicularis tuberosa*, *Phaca astragalina* DC. — Ad M. Mettenberg pedem et in Wergistall-Alp: *Pinus Cembra*. — Auf der Scheideck: *Aiuga pyramidalis* β *alpestris* (*Ai. alpina* Sut.), *Artemisia Mutellina* Vill., *Campanula alpina* (?), *Cardamine resedifolia*, *Carduus Personata* Jacq. (*Arctium* L.), *Carex atrata* α *varia*, *Chrysanthemum alpinum*, *Epilobium alpestre* Schmidt α foliis oppositis, *Eriophorum Scheuchzeri* Hoppe (*capitatum* Hoffm.), *Gentiana asclepiadea*, *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Gn. supinum*, *Iuncus trifidus*, *Laserpitium Halleri* All. (*hirsutum* Sut.), *Lycopodium annotinum* (ad balneum Rosenlaui), *Oxytropis campestris* DC. (*Astragalus* L.), *Phaca astragalina* DC., *Poa annua* II *varia* N. (*P. supina* Schrad.), *Primula viscosa* Vill. (*villosa* Sut.), *Saxifraga aspera* DC. I *elongata* et II *bryoides*, *S. caesia*, *Silene acaulis*, *Trifolium alpinum*. — In descensu Zwirgi, supra Meyringen: *Arabis bellidifolia* Jacq. — Totus ille tractus *Muscis Lichenibusque* raris abundat.

G r o n a z, pagulus Valesiae mediae e regione Seduni, ubi vallis Anniviers aperitur, situs. Ibi ac prope vicum vicinum Bramoëns (Bremis?) nascuntur: *Adonis vernalis*, *Crepis tectorum* δ foliis subintegerrimis, *Cladium Mariscus* R. Br. (*Schoenus* L.), *Seseli bienne* Crantz (*annuum* L.), *Timmia austriaca* Hedw.

G r u e b e n, mons Valesiacus, iugi australis, inter valles D. Nicolai et Tourtemagne exsurgens. A vico

Tourtemagne s. Turtmann intra 4 h. conscenditur. Tum semita alpestris ab ipsis cacuminibus ad vicum St. Niklaus viatorem ducit. Praeter multas alias stirpes ibi observatae fuerunt: *Androsace tomentosa* N. (*Aretia* Schl.), *Arenaria recurva* All., *Arnica Doronicum* Jacq. (*Arn. Clusii* All.), *Arn. montana*, *Erigeron uniflorus*, *Gentiana glacialis* Abr. Thom., *Geum montanum*, *Linnaea borealis* (in sylva ad mediam viam inter Tourtemagne et ipsum montem), *Pedicularis tuberosa*, *Potentilla aurea* (*P. Halleri* Ser.), *P. frigida* Vill. (*norvegica* Sut.), *P. grandiflora*, *Pyrola minor* (in *Linnaeae* consortio), *Salix glauca* β *Lapponum*, *Sedum villosum* (loco paludoso circiter $1/2$ l. a monte distante). — Prope fauces qua ad Porta seu Empt itur, in alto clivo graminoso: *Androsace alpina* N. (*Aretia* L.), *Andr. tomentosa* N. (*Aretia* Schl.), *Anthericum serotinum*, *Draba frigida* Saut. (*stellata* Mur. *dubia* Sut.), *Eritrichium nanum* Schrad. (*Myosotis* Vill.; in clivi parte superiore), *Potentilla frigida* Vill. (*norvegica* Sut.), *Saxifraga androsacea*, *S. caespitosa* II *Allionii* (*S. exarata* All.; in summo clivo; planta rarissima!), *S. oppositifolia*. — Infra fauces supra dictas, St.-Niklaus versus: *Arnica Doronicum* Jacq. (*Arn. Clusii* All.), *Cacalia leucophylla* Willd. (*tomentosa* Vill.). — Prope Empt: *Linnaea borealis*. — In descensu supra St. Niklaus: *Antirrhinum Bauhini* N. (*genistifolium* Sut.), *Iuniperus Sabina*.

Grüsisberg, haud procul ab oppido Thun. Eo loco strata carbonis fossilis inter rupes arenarias et brecciam extenduntur. V. Thun.

Gryon, pagus alpestris Aquileiensium, supra Bex et Fenalet situs, testante Cl. de Charpentier 3228 p. s. m. elatus, et laetissimis pratis pascuisque circumdatus. Regio vicina plantarum pulchrarum feracissima est. Inter quas potissimum citantur: *Carex dioica*, *C. panicea* γ *elatior* fructibus stylo duplo maioribus, *C. stellulata* Good., *C. teretiuscula* Good. (fere omnes aux Mossettes de Gryon), *Chaerophyllum an-*

reum, *Cypripedium Calceolus*, *Hemerocallis fulva* (in pratis infra vicum), *Iberis amara*, *Lathyrus heterophyllus*, *Scabiosa alpina* (ad agrorum margines), *Spiranthes autumnalis* Rich. (*Ophrys* Balb.). — Circa pagulum les Posses, infra Gryon: *Bupleurum rotundifolium*, *Hemerocallis fulva*, *Lathyrus heterophyllus*, *L. Nissolia*, *Rumex sanguineus*.

Guerset, prope Octodurum. Ibi sunt magnae paludes stirpibus aquaticis abundantes. Inter rariores recensentur: *Carex Pseudo-Cyperus*, *C. teretiuscula* Good.), *Cicuta virosa*, *Corydalis solida* N. (*Fumaria* Hoffm.), *Potamogeton pusillus*, *Ranunculus reptans*, *Sium angustifolium*, *Sparganium simplex* Huds., *Utricularia minor* (etiam à la Verrerie).

Gueuroz, vicus parvus Valesiae inferioris, infra Finshauts situs. Plantae: *Genista tinctoria*, *Orchis sambucina* fl. luteis et rubris (in pratis), *Phyteuma betonicaefolium* Vill., *Saxifraga bulbifera*, vegetissima. — In sylvis: *Arenaria trinervia*, *Galium rotundifolium*. — Ad stabula maialia (*mayens*): *Lysimachia nemorum*, *Orchis odoratissima*, *Veronica praecox*, *V. verna*. — Prope pagulum la Crettaz: *Lycopodium annotinum*, *L. clavatum*, *Tozzia alpina*, *Uvularia amplexifolia*. — In pratis prope tuguria Planageur dicta: *Actaea spicata*, *Convallaria verticillata*, iterum *Uvularia*. — Ad viam, qua ad pagulum Létroz itur: *Stellaria nemorum*. — In sylva infra Létroz: *Chondrilla purpurea*, *Dentaria digitata* Lam., *Pyrola secunda*, *P. uniflora*, *Rosa alpina*, *R. rubrifolia* Vill., *R. villosa*. — In pratis prope Létroz ultra Trientem fluvium: *Phaca astragalina* DC. in speciminibus maximis. — Etiam ad ripam sinistram torrentis infra Trient: *Laserpitium latifolium*, *Linnaea borealis*. — In monte Létroz dicto citatur *Tozzia alpina*. V. Finshauts, Salvan et Trient.

Gümlingen, locus agri Bernensis haud procul ab urbe distans. In paludibus vicinis inveniuntur: *Andromeda polifolia*, *Arundo halleriana* N., *Carex*

paradoxa Willd. (in Helvetia valde rara), *C. teretiuscula* Good., *Comarum palustre*, *Festuca ovina γ paludosa* (locis torfaceis), *Iuncus lampocarpus* Ehrh. *γ patens*, *Potamogeton compressus* (Muri versus), *Salix aurita β microphylla*, *S. repens β elatior*, et *γ sericea*, *S. versifolia* Wbg. *α*, *γ sericea-tomentosa*, et *δ acuta*, *Senecio Iacobaea* II (*S. aquaticus* Huds.), *Thysselinum palustre* Hoffm. (*Selinum* L.).

Gümmenen, pagus ditionis Bernatum, ad viam regiam inter urbem et Muratum, in Sarinae, supra quam pulcher pons ligneus exstructus est, utraque ripa fundum satis profundae vallis occupans. Regio vicina sylvosa ac submontana plantas nonnullas rariores gignit. Sic occurrunt: *Saponaria ocymoides*, *Tanacetum vulgare*.

Gumöens, vicus Vaudensis inter Lausannam et Ebrodunum, in planitie potissimum arvis fertilibus constante. Plantae ibi observatae: *Anthemis arvensis*, *Caucalis grandiflora*, *Coronilla Emerus*, *Cyperus longus*, *Orobanche Epithymum* DC. (circa pagulum Penthéréaz), *Pulicaria vulgaris* Gaertn. (*Inula Pulicaria* L.), *Senecio tenuifolius*, *Xanthium strumarium*.

Gundeldingen, pulchrae villae agri Basileensis prope urbem sitae. Ibi nascuntur: *Acorus Calamus*, *Allium carinatum*, *All. vineale*, *Aster Amellus*, *Crassula rubens*, *Filago gallica*, *Hieracium praemorsum*, *Lonicera Periclymenum*, *Moehringia muscosa*, *Muscari comosum* Mill. (*Hyacinthus* L.), *Narcissus poëticus*, *Neslia paniculata* DC. (*Myagrum* L.), *Orchis coriophora*, *Ornithogalum luteum*, *Orn. villosum*, *Potamogeton heterophyllus* Schreb., *Prunella laciniata*, *Ribes rubrum β* baccis albis, *Saxifraga granulata* (St. Margareth versus), *Sedum Telephium*, *Stellera Passerina*, *Veronica praecox* All.

Gurnigel, Guornigel, balneum valde frequentatum pagi Bernensis, in regione sylvis immensis obsessa, sed amoenissima saluberrimaque situm, austrum versus leucis 6 ab urbe distans, et 3600 p. s. m.

elevatum. Aquae, sulphure multo impregnatae, saepius aegris propinantur quam ad balneorum usum inserviunt. Domus ampla optimeque instructa, prospectu gaudet pulcherrimo, quem ex nemorum vicinorum sinu planities pagis oppidisque frequens, urbs Neocomum et ad extremum horizontem coerulescens iuranum iugum exhibent. Hinc notissimus vicus Guggisberg, Singinae (die Sense) fontes, mons ipse Gurnigel et aliae iugi Stockhorn partes commode visitari possunt.

Gurnigel v. Guornigel, mons excelsus austrum versus balneo eiusdem nominis imminens, ad iugum Stockhorn pertinet, partemque eius borea-occidentalem occupat. Ibi inveniuntur: *Alchemilla fissa* Schum., *Apargia alpina* Host., *Bartsia alpina*, *Cacalia albifrons*, *C. alpina* Jacq., *Campanula barbata*, *Carex pauciflora* Lightf., *C. pulicaris*, *C. stellulata* Good., *Elymus europaeus*, *Epilobium montanum*, *Gentiana acaulis*, *G. asclepiadea*, *G. campestris*, *G. purpurea*, *Geranium sylvaticum*, *Hieracium aurantiacum*, *H. aureum* Vill. (*Leontodon* L.), *H. murorum* II *sylvaticum*, *H. villosum*, *Hypericum dubium* Leers, *Iuncus filiformis*, *I. triglumis*, *Luzula flavescens* N. (*Iuncus* Host), *L. spadicea* DC. (*Iuncus* All.), *L. sylvatica* N. (*maxima* DC.), *Neottia cordata* Rich. (*Ophrys* L.), *Orchis* (*Satyrium* L.) *albida* All., *Orch. nigra* Scop., *Phyteuma orbiculare*, *Pinguicula alpina*, *Plantago alpina*, *Polygonum viviparum*, *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Sm. Ser.), *P. aurea* (*P. Halleri* Ser.), *Pyrola minor*, *Ranunculus nemorosus* DC. (*polyanthemos* Sut.), *Saxifraga rotundifolia*, *Sedum villosum*, *Soldanella alpina*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *Spergula saginoides*, *Swertia perennis*, *Thlaspi montanum*, *Trifolium badium* Schreb., *Tr. caespitosum* Reyn., *Tussilago alpina*, *Uvularia amplexifolia*, *Vaccinium Vitis-idaea*, *Veratrum album* et *virescens* (*V. Lobelianum* Bernh.), *Veronica aphylla*.

Gurten, mons humilis ab urbe Berna austrum

versus leuca una distans, unde pagi pars borea-occidentalis et lacus Neocomensis Biennensisque pulchro sunt spectaculo. Hunc per bonam tempestatem, urbis muris relictis, naturae amici frequentes visitare solent. In eo nascuntur: *Betula viridis* Chaix, *Carex pilulifera*, *Galium rotundifolium*, *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.), *Pyrola minor*, *P. secunda*, *Thesium alpinum* β, *Triticum monococcum* (colitur), *Trifolium medium*.

Gurtiserberg, mons ditionis Austriacae *Vorarlberg*, supra urbem Feldkirch, haud procul agro Rheno-Sangallensi situs, etiam *Sonnenwaldalp* dictus. Ibi proveniunt: *Hieracium chondrilloides* (nusquam in Helvetia repertum), *Valeriana saxatilis* Jacq.

H.

Habcheren, vallis alpina, aspera atque perangusta Oberlandiae Bernensis. A monte Hohgant ad euro-boream terminata, 2½—3 leucas longa est, austro-occasum petit, et in ripa dextra lacus Thunensis inter vicos Beatenberg et Unterseen aperitur. Eam percurrit impetuosus torrens, cui nomen Lombach: nonnulli cum eo sese coniungentes rivi petroleum gerunt. Inter Habcheren et Tschangnau leguntur: *Rhododendrum hirsutum* et *Swertia perennis*. — In valle passim: *Arbutus Vitis-idaea*, *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Erica carnea*, *Gentiana asclepiadea* (in sylvis abiegnis), *Rhododendrum ferrugineum*, *Rh. hirsutum* (etiam in M. Harder ad altitudinem 3000 p. supra lacum Thunensem), *Rosa alpina*, *Spiranthes autumnalis* Rich. (*Ophrys* Balb.; in der Wolfgrube, in pratis inter Habcheren et Schwendallmend). — Infra Habcheren cerealia nulla coluntur. Arbores, quibus sylvae constant: *Acer Pseudo-Platanus* (usque ad Abietis limitem frequens), *Fagus sylvatica* (rarissima), *Pinus Abies* (ubique), *P. Picea* (parcissime), *Alnus incana* (ubique), *Sorbus Aucuparia* (hinc inde), *Quercus* paucissimae.

Hägenheim. V. Basileensis pagus.

Haken (der), Suitensium mons notissimus, eurum versus sese supra oppidum Schwyz extollens. Gemini eius scopuli rupibus calvis constantes, Mythen v. Mythenstein et Schwyzerhaken dicti, quorum altissimus 6000 pedum s. m. elatus esse dicitur, undique procul in conspectum veniunt. Uterque, etsi non sine sudore periculoque, conscendi potest. Infra scopulos istos per viam montanam malamque a monasterio Einsiedeln ad oppidum Schwyz itur. Itineris punctum altissimum 4470 p. s. m. elevatum obtinet diversorium, unde valles monti subiectae, ut et lacus Lucernensis Lowertinusque optime prospiciuntur. Ad Schwyzerhaken occurrunt: *Arnica montana*, *Circaea alpina*. — Ad Mythenstein *Euonymus latifolia* Jacq. (rarissima).

Haltingen, vicus magni ducatus *Badensis*, inter Lörrach et Eimeldingen situs, ab urbe Basilea boream versus duabus leucis, una tantum a Rheno distans. Ibi inveniuntur: *Allium sphaerocephalum*, *Cerastium viscosum* auct., *Cervaria glauca* N. (*Athamanta Cervaria* L.), *Iberis amara*, *Impatiens Noli-tangere*, *Ornithopus perpusillus* (huic regioni proprius), *Polygonum strictum* All. (*minus* Huds.), *Teesdalia Iberis* DC. (*Iberis nudicaulis* L.; rarissima).

Hard (in der). V. Basileensis pagus. Eo loco occurrunt: *Aira caryophyllea*, *A. flexuosa β campestris* (rarissima), *Atropa Belladonna*, *Campanula latifolia*, *Carex ampullacea* Good., *Crassula rubens*, *Festuca ovina*, *Holcus mollis*, *Lonicera Periclymenum*, *Muscari comosum* Mill. (*Hyacinthus* L.), *Ornithogalum luteum* (*sylvaticum* Pers.), *Pulmonaria angustifolia*, *Scilla bifolia*, *Sedum rupestre* (*reflexum* auct. helv.), *S. Telephium*, *Stellaria Holostea*, *Veronica urticaefolia* Jacq.

Haselia vallis, Hasli, Ober-Hasli, notissima regio Oberlandiae Bernensis, ad austrum et occidentem valli Grindeliae, boream versus Subsylvaniae

contigua. Vallis incolarum ingenuis moribus atque ingenio, perinde ac pulcherrima montium, rupium fluviorumque natura perinsignis, duodecim fere leucas longa, ab euro ad occidentem descendit, ac supra lacum Brientinum aperitur. Pars eius ima, sive occidentalis, inter istum lacum et collem rupestrem Kirchet contenta, solo meliori coeloque paulo clementiori quam ceterae regiones vicinae gaudet. Infra hunc collem situs est magnus pulcherque vicus Meyringen totius regionis caput. Vallis ad Kircheti fauces valde angustata, supra eas rursus paulisper latescit, et in plures valleculas diffinditur. Quarum praecipuam, ab austro septentrionem et borea-occasum petentem, Arola percurrit, atque mons Grimsula immensique scopuli nivales ei occasum versus impendentes claudunt. Vallecula occidentalis Urbach-Thal dicta molibus glacialibus Gaulisgletscher terminatur; ad orientem porriguntur valleculae minores im Grund, Mühlithal, Gentelthal, Nesselthal et Gadmenthal. Via nova strata, quae ex Haselia supra M. Susten in vallem Meyenthal et ad vicum Wasen ducit, cuius ope pagus Bernensis cum via Gotthardiana communicat, ad dextram relicto Grimsulae itinere, totam valleculam Mühlithal percurrit.

Montes vallium superiorum glacie nivibusque perennibus passim rigentes, fossilibus metalliferis abundant, et per plura secula metallorum fodinae in eis exstiterunt: quae tamen nostro tempore ob lignorum cremialium penuriam penitus desertae fuerunt. Plantae rariores: *Anthericum Liliago* (infra Guttannen), *Arnica montana*, *Astrantia minor*, *Campanula Trachelium* floribus albis, *Malaxis monophyllos* Sw. (*Ophrys* L., a Ph. Thomas lecta), *Phyteuma Halleri* All., *Silene rupestris*. — V. Meyringen.

Hasenmatt. V. Iura. In hoc iurani iugi culmine Soloduro parum distante occurrit *Salix grandifolia* Ser. *β lanata*.

Hauenstein (superior et inferior), montes Iurani,

in pagorum Basileensis et Solodurensis confinio siti, quos viae stratae, omnigenis vehiculis accessae et frequentatissimae Basilea in Helvetiam centralem ducentes, traiiciunt. Mons superior oppido Wallenburg austrum versus abrupte impendet; colli culmen ad 1490 p. supra Basileam extollitur. Parva urbs Ballstall, in planitie Solodurensi et oppidulum Basileense Langenbrugg clivo montis meridionali subiecta sunt. V. Wallenburg. Mons Hauenstein inferior s. minor tribus leucis a superiore distat, et inter Olten et Läufelfingen sese porrigit; in clivo meridionali via difficili et incommoda ad vicum Trimbach pergitur. Prospectus in summo isto itinere et ipsa verticis indoles subalpina laudantur. In montibus Hauenstein occurrunt: *Archangelica officinalis* Hoffm. (*Angelica Archangelica* L.; prope Wallenburg; — stirps in nostris pagis rarissima), *Buphthalmum salicifolium*, *Chrysosplenium oppositifolium* (etiam rarissimum), *Cynoglossum montanum* Lam. (ad cavernam Neunbrunnen), *Elymus europaeus* (ibidem), *Lonicera nigra*, *Polygala Chamaebuxus*, *Rumex scutatus*.

Hegnau, vicus pagi Tigurini prope Volkenschweil et Pfäffikon situs. Ibi crescere dicitur *Lysimachia thyrsiflora*.

Helleblanke. V. Engelberg.

Herbagères. V. Balme.

Herbignon. V. Arbignon.

Hérens (Val d'; germ. Eringer-Thal), vallis Valesiae mediae, inter valles Anniviers ad eurum et Bagnes ad occasum sita, boream versus ab austro descendit. In ripa sinistra Rhodani paulo supra Sedunum aperitur. Prope Hermence, locum 4 fere l. a Rhodano distantem, in duos ramos sese dividit, quorum occidentalis, val d'Orsiéra dictus, usque ad moles glaciales progreditur; in ramo orientali torrens la Borgne, qui totam vallem longitudine 10—12 leucas metientem usque ad Rhodanum percurrit, ex immensa glacierum congerie (glacier de Tourmente) originem

trahit. A pagulo St.-Barthélemi in earum molium vicinia sito, per summam aestatem semita difficili et ardua in Pedemontanam vallem Pellinam itur. Intra 9 horarum spatium ab illo pagulo per collum d'Orens ad vicum Bionna pervenitur. Incolae frequentes morum simplicitate sese commendant; lingua gallica corrupta utuntur. Vallis nusquam lata est; sed multos habet colles clivosque fertiles. A botanicis peregrinis hucusque parum frequentata fuit; eam autem Valesiaci et Aquileienses saepius exploraverunt. Pulchrae stirpes ibi leguntur: v. gr. *Carex bicolor* All., *C. leporina β alpina*, *Phleum commutatum* N. — In ima vallium parte supra Nanda inter segetes, *Agrostis purpurea* N., ac prope ipsum vicum *Gnaphalium luteo-album*. Circa vicum St. Martin: *Pulmonaria angustifolia γ minima* (stirps rarissima needum satis nota). In collo montis Torrent, quocum valles Erinia et Anniviers communicant: *Anemone baldensis*, *Herniaria alpina* Vill., *Lychnis alpina* (copiose). — In M. Praslet, huic collo subiecto; *Potentilla nivea;* in descensu supra Forclaz et Audeire: *Rosa montana* Vill. (*rubrifolia β* et *γ* Ser.), *R. villosa.* — In montibus supra St.-Barthélemi: *Achillea moschata* Jacq., *Ach. nana*, *Ranunculus glacialis* (in collo episcopi Riedmatten), *Senecio incanus;* ultra hocce collum, in monte humiliori Seilon, prope horrea: *Artemisia Mutellina* Vill., *Art. spicata* Jacq., *Campanula cenisia.* — Ultra huius montis tuguria secus moles glaciales planitiei montium Gex imminentes: *Astragalus leontinus* Jacq., *Carex microglochin* Wbg., *Erigeron uniflorus*, *Festuca aurata* N., *Gentiana glacialis* Abr. Thom., *Herniaria alpina* Vill., *Oxytropis campestris* DC. (*Astragalus* L.), *Ox. foetida* DC. (*Astr. Halleri* All.), *Saxifraga aspera* DC. (utraque forma), *S. exarata* Vill. (*hypnoides* All.), *S. petraea* Vahl, *Sisymbrium acutangulum* DC. III *hyoseridifolium.*

Herisau, pulchrum divesque Abbatiscellanorum (Ausser-Rhoden) emporium, in pagi parte boreali

prope vallem Toggiorum inferiorem situm. Incolae, commercio et industriae dediti, tum in ipsa urbe, tam in pagis vicinis laborem lucrumque multis hominibus praebent. Aliquot aedificia tam publica quam privata, ac praecipue orphanotrophium optime constitutum, ex civium donis liberalibus conditum, viatoris attentione digna sunt. Regio oppido proxima quidem elevata, sed peramoena, fertilis et salubris est. Respectu ad nostram scientiam habito, fortasse nondum rite explorata fuit.

Herrliberg. V. Schipfe.

Hermence, pagus vallis d'Orsiéra (V. Hérens), paulo supra locum, ubi duo rami vallis Hérens sese coniungunt, situs. Plantae rariores: *Agrostis purpurea* N., *Oxytropis foetida* DC. (*Astragalus Halleri* All.).

Hermetis mons, haud procul ab urbe Scaphusia situs. Ibi observata est: *Veronica triphyllos.*

Herzogenbuchsee, magnus pulcherrimusque vicus ditionis Bernensis, ad viam qua Tigurum itur, 7 fere l. Berna distans. Eo loco quandoque inventae fuerunt antiquitates Romanae. Collis, unde templum exsurgit, totius circumiacentis regionis pulcherrimo prospectu gaudet. In paludibus vicinis occurrunt: *Agrostis canina γ hybrida*, *Camelina sativa* Crantz (*Myagrum* L.; Langenthal versus), *Carex brizoides*, *Comarum palustre*, *Galium uliginosum*, *Hydrocotyle vulgaris*, *Lemna trisulca*, *Scirpus setaceus.*

Heuried, nomen paludis agri Tigurini ad M. Uetliaci pedem orientalem sitae, et ab urbe leuca fere una distantis. In eam paludem campestrem descendit *Pinguicula alpina.*

Hiltelingen. V. Basilea.

Hindelbank, pulcher vicus agri Bernensis, 2 leucis ab urbe distans, ad viam qua Tigurum itur situs. In eius templo monumenta quaedam visuntur, ac praesertim praeclarum illud, quod amici sui Langhans, pastoris loci, iuveni uxori erexit sculptor

Suecicus Naal. In agris vicinis lecta est *Lapsana minima* All. (*Hyoseris* L.).

Hinterrhein, pagulus alpinus Rhaetiae, foederis nempe superioris, in summa valle Rheinwald, ad Rhenum posteriorem situs, ac fere 2 leucis ab eius fontibus distans. Eo loco, iam 4810 p. s. m. elevato amoenoque colli insidente, proprie incipit nova via regia, qua per M. Bernardinum in vallem Misaucinam et Bellitium tenditur. In ea altissima regione undique montibus ingentibus circumdata, stirpes alpinae permultae nascuntur; v. gr.: *Achillea nana*, *Aiuga pyramidalis β alpestris*, (*Ai. alpina* Sut.), *Astrantia minor*, *Avena versicolor* Vill., *Carex iuncifolia* All. (Nufenen versus), *Crepis foetida* (? ? prope Hinterrhein), *Chrysanthemum alpinum*, *Hieracium albidum* Vill. (*intybaceum* All.; in M. Zaport-Alp supra vicum), *Laserpitium luteolum* N. (*trilobum* Sut.), *Phyteuma hemisphaericum*, *Pteris crispa* Sw. (*Osmunda* L.), *Salix phylicifolia* I *stylosa* ϰ *rhaetica* (var. ob ramos pruinosos valde insignis, ad rivum Cadriolenbach paulo infra vicum occurrit), *Saxifragae asperae* DC. utraque forma, *Sedum atratum*. V. Rheinwald.

Hirzel, parochia montana habitationibus potissimum sparsis, leuca fere una a lacu Tigurino oppidoque Wädenschweil distantibus constans. Hic crescere dicitur pulchrum *Eriophorum alpinum*.

Hirzensprung, fauces vallis Reguscorum, per quas via inter duos rupium altissimarum parietes coarctata ab oppido Altstätten ad vicum Sennwald ducit. In eis rupestribus angustiis nascuntur: *Saxifraga Aizoon* Jacq., *S. mutata*.

Hochalp. V. Abbatiscellanus pagus.

Höckler. V. Uetliacus.

Hohe Kasten (der). V. Kamor.

Hohe Mesmer (der), mons excelsus Abbatiscellanorum (Inner-Rhoden), ex cuius cacumine Helvetia euro-borealis regionesque ei vicinae eximie prospiciuntur. In eo monte occurrunt: *Allium Schoe-*

noprasum β alpinum, *All. Victorialis*, *Anthericum serotinum*, *Daphne Cneorum* II *striata*, *Hieracium hyoseridifolium* Vill. (in eo monte stirps insignissima primum detecta est), *H. pilosellaeforme* Hoppe, *Primula integrifolia.*

Hohe Rohne (der), mons vico Tigurino Hütten et lacunae ei proximae imminens. Inter eum montem et locum *Katzenstrick* dictum, *Sedum villosum;* in parvo isto lacu rarissimum *Nuphar minimum* Sm. in Helvetia nusquam alibi repertum; tum in eius vicinia *Arnica montana* et *Carex stellulata* Good. occurrunt.

Holzfluhe. V. Pilatus.

Horn, promontorium ripae dextrae lacus Tigurini, vix ultra $^1/_4$ l. ab urbe distans. In eius pratis paludosis pulchrae plantae nascuntur: *Littorella lacustris*, *Lysimachia punctata*, *Poa serotina* Ehrh. (*fertilis* Host), *Potamogeton compressus*, *Scirpus mucronatus?* (olim a I. Scheuchzero observatus), *Senecio paludosus.*

Hüningen, oppidum olim munitissimum, cuius propugnacula a Ludovico XIV summis impensis arteque exstructa, nostris temporibus penitus diruta fuerunt. In Alsatia superiori ad Rheni ripam sinistram situm est, vixque ultra $^1/_2$ l. ab urbe Basilea distat. In planitie circumiacente inveniuntur: *Aster Amellus*, *Cakile rugosa* L'Hér. (*Myagrum* L.), *Carex alba* Scop. *Cicuta virosa*, *Crassula rubens*, *Crepis globifera* Hall. fil. (*Dioscoridis* Dec.), *Cynodon Dactylon* Rich. (*Panicum* L.), *Herniaria hirsuta*, *Polygonum strictum* All., *Saxifraga granulata*, *Scirpus triqueter* (Neudorf versus), *Scleranthus perennis*, *Silene noctiflora*, *Vicia dumetorum.* — Prope St. Louis occurrunt: *Anthriscus vulgaris* Pers. (*Scandix Anthriscus* L.), *Herniaria glabra*, *Hyoscyamus niger*, *Scabiosa suaveolens* Desf. (rarissima), *Stellaria Holostea.*

Hüningen (Klein-), vicus pagi Basileensis ad fluminis ripam dextram, e regione veteris illius arcis situs. Ibi crescunt: *Allium vineale*, *Euphorbia gerar-*

diana Jacq. (*Paralias* Sut.), *Herniaria hirsuta* (ad Wiesam), *Hippophaë rhamnoides* (ad Rhenum), *Sclerantus perennis*, *Veronica montana* (ad Wiesam).

Hunzikerau, insula Arolae, ni fallimur, haud procul Berna distans. In eius viis humidis lectae fuerunt: *Inula Vaillantii* Vill. et *Scirpus Baeothryon* Ehrhardt.

Hütten. V. Hohe Rohne.

I.

Iacob (St.) V. Basilea.

Iaman (Col et Dent de), mons ad Iorati extremitatem orientalem, ubi nempe hocce iugum Alpibus adnititur, in confinio pagorum Friburgensis Vaudensisque situs, et supra parochiam Montreux eminens. Altitudo colli et summae semitae, quae Vivisco per eum montem Castrodunum ducit, ad 4572 p. s. m. aestimatur. Ab eo puncto intra unius horae spatium scopulus ipse, forma pyramidali minacique adspectu conspicuus, via ardua et difficili conscendi potest. — Plantae: *Achillea macrophylla*, *Aconitum Lycoctonum*, *Ac. Napellus*, *Ac. paniculatum* Lam., *Actaea spicata*, *Adoxa Moschatellina*, *Alchemilla alpina*, *Alch. vulgaris* δ *subsericea* (*Alch. hybrida* Schl.), *Allium angulosum* α *petraeum*, *Androsace alpina* N. (*Aretia* L.), *Andr. Chamaeiasme* Bieb. (*villosa* Sut.), *Andr. helvetica* N. (*Aretia* L.), *Andr. obtusifolia* All., *Anemone alpina*, *An. narcissiflora*, *Anthericum Liliago*, *Antirrhinum alpinum*, *Arabis alpina*, *Arbutus alpina*, *Arenaria ciliata*, *Ar. laricifolia*, *Ar. verna*, *Aspidium* (*Polypodium* L.) *aculeatum* Sw., *Asp. Lonchitis* Sw., *Aster alpinus*, *Astragalus aristatus* L'Hér. (*Tragacantha* Sut.), *Athamanta cretensis*, *Avena pratensis* β *alpina*, *Bartsia alpina*, *Biscutella laevigata*, *Bupleurum graminifolium* Vahl, *B. ranunculoides*, *Cacalia alpina* Jacq., *Calamintha alpina* Lam. (*Thymus* L.), *Caltha palustris*, *Campanula valdensis* All., *C. pusilla* Haenke, *C. rhomboidalis*, et var. fl. albo, *C. thyrsoidea*, *Carduus*

defloratus, *Carlina acaulis*, *Cerastium alpinum*, *Cerinthe glabra* Mill. (*alpina* Kit.), *Cherleria sedoides*, *Cineraria cordifolia* Gouan, *Corydalis cava* Wbg., *Crocus vernus*, *Cytisus Laburnum*, *Delphinium intermedium* Ait. II *alpestre* (*D. elatum* L.), *Dentaria digitata* Lam., *Dianthus sylvestris* Wulff., *Digitalis grandiflora* Lam., *Draba aizoides*, *Dryas octopetala*, *Epilobium tetragonum*, *Erigeron alpinus*, *Erinus alpinus*, *Euphrasia alpina* DC., *Euphr. minima* Jacq., *Gentiana acaulis*, *G. bavarica*, *G. campestris*, *G. lutea*, *G. nivalis* et β *uniflora* minima, *G. purpurea*, *Geranium lividum* L'hér., *G. phaeum*, *Globularia cordifolia*, *Gypsophila* repens, *Hedysarum obscurum*, *Helianthemum oelandicum* DC. (*Cistus* L.), *Heracleum Sphondylium* II *stenophyllum*, *Hieracium alpinum*, *H. aureum* Vill., *H. blattarioides*, *H. Jacquini* Vill., *H. montanum* Jacq. (*Hypochoeris pontana* L.), *H. paludosum*, *H. amplexicaule* ε *Pseudo-Cerinthe* (*H. cerinthoides* Sut.), *Laserpitium latifolium*, *L. Siler*, *Lepidium alpinum*, *Ligusticum Mutellina* Crantz (*Phellandrium* L.), *Linum montanum* Schl. (*narbonense* Sut.), *Lonicera alpigena*, *L. coerulea* (ad lacum), *L. nigra*, *Lycopodium selaginoides*, *Mespilus Cotoneaster*, *Moehringia muscosa*, *Myosotis alpestris* Schmidt, *Orchis viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Ornithogalum fistulosum?* Ram., *Orn. luteum* (*sylvaticum* Pers.), *Orobus luteus*, *Oxytropis montana* DC. (*Astragalus* L.), *Pedicularis foliosa*, *P. verticillata*, *Phyteuma betonicaefolium* Vill., *Ph. hemisphaericum*, *Pimpinella magna* II *rubra*, *Plantago alpina*, *Pl. montana* Lam., *Polygonum viviparum*, *Potentilla aurea* (*Halleri* Ser.), *Prenanthes purpurea*, *Primula Auricula*, *Pulmonaria angustifolia*, *Ranunculus aconitifolius*, *R. alpestris*, *R. montanus* Willd. (*nivalis* Sut.), *Rhamnus pumilus*, *Rhododendrum ferrugineum*, *Ribes alpinum*, *R. petraeum* Jacq., *Rosa villosa*, *Rubus saxatilis*, *Rumex alpinus*, *R. arifolius* All., *Salix hastata* (*Arbuscula* Sut.), *S. herbacea*, *S. reticulata*, *Saxifraga Aizoon* Jacq., *S. androsacea*, *S. muscoides* Jacq., *S. oppositi-*

folia, *Scabiosa Columbaria ζ lucida*, *Sedum album*, *S. atratum*, *Selinum nigricans* N., *Sempervivum tectorum*, *Senecio alpestris* N. (*saracenicus* Sut.), *S. Doronicum*, *Silene acaulis*, *Soldanella alpina*, *Solidago Virgaurea γ pumila* (*S. minuta* Sut.), *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *S. Plumieri*, *Thalictrum aquilegifolium*, *Thesium alpinum*, *Tozzia alpina*, *Trifolium caespitosum* Reyn., *Tr. spadiceum* (?), *Tussilago alba* Hoppe, *T. Petasites* Hoppe, *Valeriana montana*, *Veratrum album*, *Veronica alpina*, *V. aphylla*, *V. fruticulosa*, *V. saxatilis* L. fil., *Viola biflora*, *V. calcarata*.

Javernaz, pascua excelsa pagi Vaudensis, in Alpibus Aquileiensibus, ad limites Valesiae prope montes Enzeindaz et Diablerets sita, et ad 4800 p. s. m. elata. Ibi pulchra inferioris Rhodani vallis ab Agauno usque ad fluvii ostia et Lemani littora lautissimum exhibent prospectum. Inde per viam alpestrem elatissimam praecipitemque Grandvire in montem Valesiacum Fouly itur. Ipse mons Iavernaz plantis raris ditissimus est. Quas inter recenseri merentur: *Aira flexuosa α* (*A. montana* Sut.), *Allium Schoenoprasum β alpinum*, *Anemone alpina β sulphurea* (à la Croix de Javernaz), *An. baldensis*, *An. vernalis*, *Androsace* (*Aretia* L.) *alpina* N., *Andr. helvetica* N., *Arabis pumila* Wulff., *Arbutus alpina*, *Arnica montana*, *Arn. scorpioides*, *Artemisia Mutellina* Vill., *Art. spicata* Jacq., *Avena distichophylla* Vill., *Carex atrata* I *varia*, *C. frigida* All., *Chrysanthemum alpinum*, *Corallorrhiza Halleri* Rich. (*Ophrys Corallorrhiza* L.), *Draba fladnizensis* Wulff. *γ ramosa*, *Dr. frigida* Saut. (*stellata* Mur., *dubia* Sut.), *Dr. nivalis* Liljebl., *Erigeron alpinus*, *Er. uniflorus*, *Festuca alpina* Sut., *F. Halleri* Vill., *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Gentiana asclepiadea*, *G. bavarica*, *Geum montanum*, *G. reptans*, *Gnaphalium supinum*, *Hedysarum obscurum*, *Helianthemum oelandicum* DC. *α* (*Cistus alpestris* Crantz), *Iuncus triglumis*, *Laserpitium Halleri* All. (*hirsutum* Lam.), *Lonicera nigra* (en Collatel),

Luzula lutea DC. (*Iuncus* All.), *Orchis globosa*, *Oxytropis montana* DC. (*Astragalus* L.), *Phaca alpina* Jacq., *Ph. astragalina* DC. (*Astragalus alpinus* L.), *Ph. australis*, *Ph. frigida* Jacq., *Phyteuma hemisphaericum*, *Ph. orbiculare* V *decipiens*, *Primula Auricula* (speciatim floribus niveis), *Pr. farinosa*, *Ranunculus alpestris*, *R. glacialis*, *R. parnassifolius*, *Rhododendron ferrugineum β albiflorum* (perrarum), *Rumex scutatus*, *Salix hastata* (*S. arbuscula* Sut.), *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.), *Trifolium alpinum.* — In M. Rosselinaz s. Rosselenaz: *Arbutus Uva-ursi*, *Arenaria laricifolia*, *Astragalus aristatus* L'hér. (*Astr. Tragacantha* Sut.), *Cardamine resedifolia*, *Digitalis grandiflora* Lam. (*ambigua* Sut.), *D. lutea*, *Erigeron uniflorus*, *Phaca australis*, *Pinus Cembra*, *Potentilla grandiflora*, *Ranunculus alpestris*, *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.), *Trifolium alpinum.*

Jeman, s. Geman (Valesii Jaman pronuntiant), mons Valesiae inferioris in Alpium borealium iugo, et ad orientem montis Fouly situs. Perinde stirpibus pulchris abundat. Ibi nempe leguntur: *Achillea moschata* Jacq., *Anemone vernalis*, *Astragalus aristatus* L'Hér. (*Tragacantha* Sut.), *Chrysanthemum alpinum*, *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Coronilla vaginalis* Lam., *Gnaphalium alpinum*, *Gn. supinum*, *Ranunculus glacialis*, *R. parnassifolius*, *R. pyrenaeus*, *Salix herbacea*, *Scutellaria alpina*, *Senecio incanus*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *Trifolium alpinum.* — Au creux de Jeman: *Achillea moschata* Jacq. *Avena pratensis β alpina*, *Cardamine bellidifolia*, *C. resedifolia*, *Festuca Halleri* Vill., *Gentiana punctata*, *G. purpurea*, *Hieracium alpinum* II *pumilum β tubulosum*, *Imperatoria Ostruthium*, *Laserpitium Halleri* All. (*hirsutum* Sut.), *Pteris crispa* Sm. (*Osmunda* L.), *Sisymbrium pinnatifidum* DC. (*bursifolium* Sut.), *Veronica aphylla*, *V. bellidioides*, *Viola calcarata* II *caulescens* (*V. grandiflora* Sut.). — Aux Gorges, s. fauces qua ad M. Alesse itur: *Androsace carnea*,

Bupleurum stellatum, *Hieracium alpinum*, *H. multiflorum* Schl., *H. prenanthoides* I *multiflorum* (*H. spicatum* Sut.), *Saxifraga aspera* DC. I *elongata*.

Jenatz. V. Rhaetigovia.

Igis. V. Zizers.

Ilanz, oppidulum Oberlandiae Rhaeticae, in Rheni anterioris ripa dextra, prope eius confluentem cum magno torrente Glenner, ad elevationem 2170 p. s. m., inter Disentis et Curiam situm. Supra Ilanz nulla amplius urbs ad Rheni ripas invenitur. Incolae lingua, quam romanicam nuncupant, utuntur. Regio vicina, quamvis elata altisque montibus circumdata, fertilis est. In Rheno magni salmones capiuntur. Fauces horrendae, quibus vallecula alpestris D. Peti (Valserthal; in eius ramo borea-occidentali, Vrin-Thal v. Lugnetz dicto, nuper *Hieracium alpestre* Jacq. et *Pyrola uniflora* prope vicum Vrin, atque *Saxifraga biflora* All. in transitu eiusdem vallis ad vicum Ticinensem Olivone 1829 a Cl. Coquebert de Montbret repertae fuerunt; circa Vals *Centauream phrygiam* occurrere memorat I. I. Scheuchzer, et in M. Valserjoch supra Obersax suum *Hieracium picroides* detexit optimus Villars), aperitur, pulchra divesque vallis Lugnetz et amoenum Obersaxum haud procul ab oppido distant. Inde intra 6—7 horas per Panix et M. Segnes semita aspera difficilisque ad vicum Glaronensem Elm ducit. Inter Ilanz et Obersax occurrere dicitur *Arundo halleriana* N.

Ilfingen (gall. *Orvin*), vicus in Bernensium praefecturis Iuranis, inter agrum Biennensem et Divi Immerii vallem situs. Plantae rariores: *Carduus Personata* Jacq. (*Arctium* L.), *Carpinus Betulus*, *Coronilla montana* Scop. (*coronata* Sut.; etiam aux rochers de la Couleuse, si vere, ut putamus, ad eam regionem pertinent; stirps rarissima!), *Phleum Michelii* All. (*hirsutum* Sut.), *Veronica prostrata*.

Illiers (Val d', s. val de Lie), vallis 2—3 l. longa, ab euro-austro occidenti-boream petens, monti

Dent de Midi subiecta, ad Valesiam inferiorem pertinet, et in ripa sinistra Rhodani ad pulchrum vicum Monthey e regione Bactiaci (Bex) aperitur. Amoenissima est regio alpestris, atque fertilis, etsi planitie fere omnino destituta, sed pulchris naturae scenis abundans. Incolas mores candidi ingenuique commendant. Plantae in ea valle observatae: *Antirrhinum maius*, *Aquilegia alpina*, *Arabis serpyllifolia* Vill., *Arnica scorpioides*, *Betonica hirsuta* (in alpinis), *Cardamine resedifolia*, *Carduus Personata* Jacq. (*Arctium* L.), *Cineraria cordifolia* Gouan, *Crepis globifera* Hall. fil. (*Cr. Dioscoridis* Willd.; à Champéri), *Festuca Scheuchzeri* N., *Hesperis matronalis* Lam. *β sylvestris* (*H. inodora* L.; in hortis vulgo colitur), *Hypericum montanum*, *Hyssopus officinalis*, *Linum montanum* Schl. (*narbonense* Sut.), *Nepeta nuda*, *Pyrola rotundifolia*, *Ranunculus Thora*, *Salix hastata* (*S. Arbuscula* Sut.), *Uvularia amplexifolia*.

Immerii (vallis D., val St.-Imier, Erguël, germ. St.-Immerthal), vallis 10 l. longa, ad summum 4 l. lata, in Bernensium Iuranis praefecturis sita est; ab occidente eurum versus descendit, et a fluvio Susa, in eius summa parte scaturiente, percurritur. Eam iugum Iuranum, cuius mons Chasseral ramum efficit, ad austrum a Biennensi regione Tessenberg (montagne de Diesse) et valle Neocomensi Val de Ruz separat; ad occidentem valle Chaux de Fonds et septentrionem versus humiliori montium dorso, ubi per notissimam illam Petram pertusam (Pierrepertuis) via ab urbe Bienna in Monasterii vallem (Moutiers Grand-val) ducit, terminatur. Cum valle principe aliquot valleculae laterales sese coniungunt. Ad eam 22 sic dicti communes coetus (communes, Gemeinden), inter quos magni pulchrique sunt vici, pertinent. In concinno oppidulo Courtelary, totius vallis capite, sedem habet praefectus. Ista regio solo gaudet fertili ac inprimis pratis idoneo. Ceterum incolae artibus et industriae dediti, multa horologia,

falces aliaque eiusmodi instrumenta conficiunt. In magno pago St. Imier non paucae etiam florent fabricae. Eam vallem olim Cl. GAGNEBIN sedulo exploravit; ibi potissimum ab eo inventae fuerunt: *Arbutus alpina*, *Bunium Bullocastanum*, *Campanula rapunculoides*, *Lonicera nigra*, *Stellera Passerina*, *Taxus baccata*, *Triticum caninum* Schreb. (*Elymus* L.), *Tr. Halleri* Viv. (aux Ferrières d'Erguël; gramen rarum nonnisi in ea regione cis Alpes lectum). — Circa Ruchenette occurrunt: *Aethionema saxatile* R. Br. (*Thlaspi* L.), *Hieracium praemorsum*. In pratis quoque folia stirpis cuiusdam ab HALLERO pro *Petroselino segetum* Koch. (*Sison* L.) habitae inventa sunt; eam ignorant nuperi. V. **Chaux-d'Abelle**, **Cortebert**, **Ferrière**, **Renan**.

Ins. V. Aneth.

Insubrica Helvetia, sic dicitur patriae nostrae pars trans Alpes sita, cuius incolae lingua italica utuntur. Circa hanc terram plantis climati calidiori mitiorique propriis abundantem V. **Ticinensis** pagus et **Rhaetorum** valles italicae. Regiones his pagis vicinae, quarum nonnullae olim ad Helvetiam pertinebant, sub eodem solo iacent et stirpes quoque multas rariores proferunt. V. **Borromaeae** insulae, **Larius** lacus, **Verbanus** lacus, **Comum**, **Chiavenna** etc.

Interlachen s. Interlacken, parvus vicus Oberlandiae Bernensis cum arce, Praefecti sede, ad Arolam, inter lacus Thunensem et Brientinum situs, vix $1/4$ l. a pago Unterseen distat. Planities vicina pulcherrimis Iuglandibus consita, haud minus salubris ac amoena est, unde fit, ut nostris praesertim temporibus per aestatem innumeri fere hospites propter optimum aërem ac pulchram naturam campestrem ad valetudinem resarciendam huc affluant, dulcique indulgeant otio. Quorum robustiores in omnibus circumiacentibus pulchrae Oberlandiae montibus vallibusque multum fructum voluptatis utilitatisque capere

possunt. Amabilis quoque scientiae cultores ibi non paucas alpinas stirpes invenient. Iam prope Interlachen leguntur: *Allium sphaerocephalum*, *All. vincale*, *Asperula taurina*, *Erica carnea*, *Laserpitium Siler*, *Lathraea Squamaria.*

Introbbio, pagus ditionis Italicae, in summa valle Sasina, ad ripam sinistram lacus Larii pertinente situs. Inter Introbbio et Lecco atque in M. Biandino inventum est rarissimum *Laserpitium hirtellum* N. — V. Larius.

Ioch, mons 5300 p. s. lacum Lucernensem elatus, in pagi Subsylvaniae regione Angelimontana, ad Bernensium limites situs. In eius cacumine nives per aestatem plerumque deliquescunt; sed in locis depressis perennant molesque glaciales efficiunt, ex quibus parvus lacus Engstlensee incrementum acquirit. Plantae: *Arnica scorpioides*, *Artemisia Mutellina* Vill., *Cardamine bellidifolia*, *Eryngium alpinum*, *Gentiana nivalis*, *G. utriculosa*, *Iuncus trifidus*, *Iuniperus communis γ alpina*, *Phyteuma hemisphaericum*, *Primula integrifolia*, *Rhodiola rosea* (in edita valle Engstlen huic monti subiecta), *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.), *Trifolium alpinum.*

Iochli, Subsylvanorum mons 6735 p. s. m. editus. Per eum montem semita alpestri inter Melchthal et Engelberg communicatur. Eius plantas indagavit Wahlenbergius; a Cl. Viro potissimum citantur: *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Phaca astragalina* DC. (*Astragalus alpinus* L.), *Ph. australis*, *Trifolium badium* Schreb. (*spadiceum* Sut.).

Jongny, paludes montanae torfaceaeque, in M. Jorat fere supra Viviscum sitae. Ibi plurimae stirpes rariores occurrunt. V. Viviscum.

Ioratum (le Jorat), iugum montium inter Alpes et Iuram medium, quoad maximam partem in pago Vaudensi situm, et sese usque ad ditionem Friburgensem extendens. Per montes Chaude, Jaman et Chérenette cum Alpium borealium dorso communicat;

inde lacui Lemano approximatum, supra Chillon et St. Saphorin inter Viviscum et Lausannam ex ipsis undis tam arduus adsurgit, ut nonnullis locis via regia pyrii pulveris ope in saxo vivo excisa fuerit. Via, quae Lausanna Minidunum et Bernam ducit, iam ad ipsius urbis muros adscendere incipit punctoque elatissimo, ubi Ioratum superat, 1698 p. supra Lemanum et 2772 s. m. elevata est. Alia quoque optima via inter Viviscum et Minidunum montem istum traiicit. Ultra Lausannam Iorati iugum paulatim deprimitur, donec tandem in montis Iurae vicinia, nec procul a lacu Neocastrensi cum planitiei collibus quasi confundi videtur. Montes huius dorsi rupe arenaria, ad aedificiorum exstructionem praestante, hinc inde summitates versus brecciae stratis subiecta constant. Solum (scilicet tantum in eius superficie) granitae gnesiique fragmentis consitum est. Ima istorum montium viscera nonnullis locis lapidei carbonis venas atque petrefacta recondunt. Lateris australis aquae in Lemanum, borealis autem in lacum Neocomensem exonerantur. In extremitate orientali Ioratum vegetationem cum Alpium vicinarum montibus fere communem habet: quam eius partem Cl. Reynier, Tardent et Ph. Bridel iunior, sedulo exploraverunt. Stirpes rariores: *Alnus incana* Willd. (ad viam inter Ebrodunum et Minidunum), *Arenaria rubra* (au châlet des Buchilles supra Lausannam), *Betula viridis* Chaix (in summo monte prope les Croisettes), *Carex pilulifera* (supra Lausannam), *Cypripedium Calceolus* (prope Oron), *Hieracium murorum* III *ramosum*, *Lotus corniculatus* γ *(L. uliginosus* Hoffm.), *Mentha hirsuta* ε *verticillata*, *Moehringia muscosa*, *Prunus Padus* (inter Lausannam et Oron frequens), *Rhinanthus Crista-galli* γ *angustifolia* (locis aridissimis), *Ribes alpinum*, *Rosa alpina*, *Sambucus racemosa*, *Saxifraga Aizoon* Jacq. (au Pélerin), *Scirpus setaceus* (supra Lausannam), *Senecio sylvaticus* (per omne iugum frequens).

Jorogne, mons Aquileiensium supra Gryon situs.

Ibi occurrunt: *Andromeda polifolia*, *Anemone narcissiflora*, *Anthericum Liliastrum*, *Carduus Personata* Jacq. (*Arctium* L.), *Carex teretiuscula* Good., *Chaerophyllum aureum*, *Comarum palustre*, *Drosera rotundifolia*, *Hieracium prenanthoides* Vill. III *cydoniaefolium*, *Laserpitium latifolium*, *Menyanthes trifoliata*, *Pyrola rotundifolia*, *Rosa villosa*, *Thalictrum aquilegifolium*, *Vaccinium uliginosum.*

Joux-verte, mons mediae altitudinis sylvis abietinis obtectus, in pago Vaudensi, supra Roche Aquileiensium valli imminens. Plantae in eo monte observatae: *Globularia nudicaulis*, *Hieracium montanum* Jacq. (*Hypochoeris pontana* L.), *Orchis nigra* Scop. (*Satyrium* L.), *Orch. sambucina* α floribus luteis, *Pedicularis foliosa*, *Senecio Doronicum*, *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.). — In sylva Traversin prope torrentem des Males-pierres: *Lapsana foetida* All. (*Hyoseris* L.), *Orchis pallens*, *Tussilago nivea* Vill.

Irchel, mons humilis pagi Tigurini inter Bülach et Berg, nec procul a Rheno situs. In eo colle leguntur: *Anemone Pulsatilla* I *praecox*, *Antirrhinum Orontium*, *Campanula persicifolia* β *uniflora.*

Isenau. V. Ormonds.

Isenstock mons, et eius pascua Isenmansalp dicta, partem Gotthardi inter viam, quae ad hospitium ducit, atque vallem summam Ursariam, ubi ultimus exstat vicus Realp, contentam comprehendunt. Ipsum scopulorum Isenstock cacumen ingentibus saxis constans, testante Cl. Wahlenberg 8185 p. s. m. elevatum, nec tamen nivibus perennibus obsitum est. Monente etiam Viro celeberr., omnis iste tractus aridissimus valdeque lapidosus est, nec usquam in nostris montibus tantam plantarum Lapponicarum copiam deprehendere potuit. Ab eo scilicet inventae fuerunt, 1) in M. Isenstock: *Arnica scorpioides*, *Senecio incanus*, *Sibbaldia procumbens;* tum 2) in ipsis pascuis: *Arbutus alpina*, *Carex atrata.*

Iserabloz, locus Valesiae mediae a vicis Riddes

et St. Pierre parum distans. Ad clivum huic loco subiectum occurrunt: *Astragalus Onobrychis*, *Gnaphalium luteo-album*, *Oxytropis (Astragalus* L.) *pilosa* DC., *Ox. uralensis* DC., *Sisymbrium pannonicum* Jacq. (alibi per totam Helvetiam nondum repertum).

Istein, mons praeruptus ultra Wiesam Rheni alveo impendens, 3 fere leucis ab urbe Basilea distans. Plantae rariores: *Agrostis canina β*, *Allium angulosum β palustre (All. senescens* L.), *Cerastium viscosum*, *Festuca glauca* Lam., *F. ovina α aristata*, *F. sylvatica* Vill. (prope Müllheim), *Galium glaucum*, *Lithospermum purpureo-coeruleum* (et prope Müllheim), *Melica ciliata*, *Moenchia quaternella* Ehrh. (Müllheim versus), *Stipa pennata*, *Trinia glaberrima* Hoffm. (*Tr. Henningii* Fl. helv., *Pimpinella dioica* L.), *Ulmus suberosa* Willd. *β pumila*.

Iugensis (vallis, la vallée de Joux, s. du lac de Joux), vallis pagi Vaudensis, 6 l. longa, vix ultra l. unam lata, inter Iurae dorsum altissimum et eiusdem montes humiliores, qui eam a ditione Gallica separant, ab austro-occidente borea-orientem versus descendit. Pars eius summa, vallée des Rousses dicta, asperrima sterilissimaque ad pedem septentrionalem M. Dolaz sita est, parvum lacum eiusdem nominis complectitur et ad Galliam pertinet. V. Rousses. Reliqua pars multo maior, mitior magisque amoena, perinde tamen sub coelo frigido iacet; eius vicus altissimus, le Brassus, 2056 p. supra Lemanum, 3207 p. s. m. et 104 p. s. lacum Iugensem elevatus est. Una fere leuca infra hunc pagum incipit lacus Iugensis, quocum, prope vicum le Sentier, rivus Urba nuncupatus, qui traiecto iam lacu des Rousses, totam vallis partem superiorem percurrit, commiscetur. Lacus Iugensis, fere 3 l. longus et 1/2 l. latus est, multos pisces ac praesertim tructas deliciosas optimosque lucios alit. Ripa dextra pascuis, pratis et montium humilium in clivum lenem adsurgentium amphitheatro, domibus tuguriisque innumeris undique

consito, sinistra autem collium iugo sylvis abietinis obtecto constat. Mons Dent de Vaulion, vico l'Abbaye in parte vallis inferiore sito abrupte impendens, latam et minacem pyramidem, adspectu pictorio insignem efficit. Urba, s. brevis canalis, amoeno ponticulo subiectus, lacum superiorem cum minori lac Brenet dicto coniungit. Hic lacus inferior, formae subrotundae, ambitu vix unam leucam metitur. Ad extremitatem imam eius colles satis ardui sese extollunt, nec aquis ullum exitum permittunt, ut ista vallis haud minus inferne quam superne penitus clausa sit. Verum rupes calcareae, quibus solum eius constat, stratis verticalibus compositae sunt, per quorum rimas aquae lacustres sub terram dilabuntur. Haecce ostia ab incolis infundibula nominantur. Prope vicum le Sentier in ipsa ripa, haud procul a lacu eiusmodi infundibulum sese aperit, et ibi molendinum exstructum est, cuius molae aqua lacustri, per canalem huc ducta, infra soli superficiem aguntur. Praecipua autem infundibula, longe maiora, ad imum finem lacus minoris, boream versus, inter viam lacui adiacentem et parietem rupium sita sunt; ibi etiam aquae molas aliquot (les moulins de Bonport) agunt. Ista lacuum effluvia non tantum Urbae fonti ad M. Cerei (mont de Cire) radicem supra Vallorbes scaturienti, sed, ut omnino probabile videtur, perinde nonnullis aliis nostrae planitiei rivis aquas suppeditant. Praeter illos duos maiores lacus, vallis tertiam lacunam (le lac Tar), ut perhibent, profundissimam prope pagum le Lieu sitam sylvisque cinctam possidet. Per annorum lapsum arena terraque rupium subterranearum fissuras paulatim obturare incoeperant, ut lacus magis magisque crescentes ripis suis totique regioni futuram submersionem minari viderentur. Sed anno 1817 infundibula, quorum ope aquae via subterranea sese subtrahunt, tam felici eventu dilatata fuerunt, ut ab eo tempore lacus non tantum nullum amplius incrementum nacti sint, sed etiam circumcirca partem sui

pristini alvei deseruerint. Hinc ortae sunt novae ripae, lapidibus, arena, argillaque constantes, et lacus quasi cingulo albido, satis quidem inamoeno, sed non paucas stirpes rariores proferente circumdantes.

Solum totius vallis asperum est, ac parum fertile. Ob nimia frigora cerealia nonnisi aestivalia dicta coluntur. Linum melius quam Cannabis succedit. Brassicam nusquam pulchriorem invenire poteris; sed Solanum tuberosum felices suas radices quandoque ad maturitatem perducere nequit. Montes vicini pascuis abundant, et prata ipsius vallis maximam partem obtinentia pabulum largum optimumque praebent, atque praesertim per mensem Iunium innumeris floribus exornata, spectaculum iucundissimum offerunt. Incolae omnes hortulos plantis topiariis decorant; sed tantum paucissimae arbores domesticae sub hoc frigido coelo crescere possunt. Ceterum, ut in reliquis Iuranis vallibus, cives istius regionis industriae fabricarumque artibus dediti, permulta horologia, sicut etiam horologiorum partes singulas, quae Genevae aliis artificibus veneunt, ac omnigena opera mechanica conficiunt, crystalla poliunt exciduntque, etc. Habitationes eorum ut plurimum commodae nec omnino inelegantes sunt. Denique ingenio, urbanitate moribusque hospitalibus sese commendant. Montes vicini ac praecipue ipsum vallis fundum magnam pulchrarum plantarum supellectilem proferunt. Paludes v. gr. insignes Salices Cl. Schleichero, qui eas curiose collegit, sed varietates non satis fideliter ad suos typos reduxit, suppeditaverunt. In valle Iugensi etiam *Scorzoneram macrorrhizam*, *Iridem sibiricam* et *Salicem seringianam* N. (*lanceolatam* Ser.) provenire perhibet, sed locum specialem hucusque tacuit. *Verbascum Thapsus* tum cultum, tum spontaneum ubique, *Scrofularia canina*, ad lacus Brenet littora, *Salix fragilis* et *S. pentandra* secus vias et in pratis, *Sisymbrium supinum* circa l'Abbaye et le Pont ad ripas

lacustres, *Galeopsis Ladanum* I *angustifolia γ exilis*, ibidem, *Carex caespitosa* et, ut perhibent, *Cirsium tricephalodes* DC. (*Carduus* Lam.) in paludibus occurrunt. Quoad stirpes ceteras, quae in valle Iugensi nascuntur, v. l'Abbaye, le Brassus, le Chenit, le Pont, le Sentier, Montendre, Vaulion (dent de).

Julien (St.), pagus Sabaudiae ditioni Genevensi conterminus, in planitie ad M. Salaevae austro-occidentalem pedem situs. Ibi indicatur: *Plantago integralis* N. (*Pl. Coronopus* Sut.)

Iura, perperam Iurassus, montium iugum, ramis fere innumeris constans, in Sabaudia ad montem Salaevam, cuius ope cum Alpibus communicat, incipit, ultra Genevensem agrum per montem Sion occasum versus usque ad M. la Vouache, quem Rhodanus prope et infra castrum Fort-de-l'Ecluse a ceteris Iuranis montibus dividit, porrigitur; inde abrupte ad euro-boream conversum, primum quoad sui maximam partem secus Helvetiae Galliaeque fines, ulterius autem dumtaxat per ipsam Helvetiam usque ad pagos Basileensem et Scaphusianum continuatur. Istius montium tractus longitudo leucas 50—60, latitudo autem 12—20 l. metitur.

Iurani iugi pars elatissima inter pagi Neocastrensis limites et Rhodani exitum infra arcem Clusianam contenta est. Altissima eius cacumina sunt: 1) *Le Reculet de Thoiry*, supra vicum Thoiry, penitus ad Galliam pertinens; 5289 p. s. m. 2) *Le Colombier*, supra Gex, etiam in Gallia; 5199 p. Quin etiam scopulus ei imminens *Crét de la neige* dictus, ipso Reculet de Thoiry nuper paulo altior compertus fuit. 3) *La Dolaz;* 5168. 4) *Le Montendre* inter vicos l'Abbaye in Iugensi valle, et Mollens in planitie Vaudensi situs, 5177. 5) *La Dent de Vaulion*, perinde vicis Iugensibus l'Abbaye et le Pont atque pago l'Isle austrum versus imminens; 4572. Exinde ultra Neocomum Iura dorsum sistit 2—3 millium p. supra

planitiem elevatum, superstructis tamen hinc inde culminibus 600 ad 1000 p. altioribus. Talia sunt: 1) *le Chasseral* ad Bernatum Neocomensiumque limites; 4968 p. s. m. 2) *die Hasenmatt*, supra Solodurum; 4476. 3) *der Weissenstein*, ibidem; 3966. 4) *der Lägerberg* in pago Tigurino supra Badam eminens; 3029. Euro-boream versus sensim sensimque deprimitur, donec prope Basileam et Scaphusiam cum collibus et ipsa planitie sese tandem confundit. Iurani montes ubique ad austrum clivum praeruptum aut arduum ostendunt, et contra ad septentrionem dorso mitius inclinato facilius conscenduntur. Quamobrem tum in Gallia, tum in Iuranis Bernensium praefecturis rami occidentales et septentrionales semper humiliores observantur. Maximam fere iugum latitudinem suam habet in ea parte, quae culmina mediae altitudinis continet.

Rupes iuranae lapide calcareo compacto, cinereo, (in vicinia lacus Neocomensis flavo), coloreque dilutiori quam rupis calcareae, quae in Alpibus invenitur, constant. Eorum strata, plerumque verticalia, prope summitates quasi in tecti formam convergentia cum argilla et marga alternant. Inter ea strata pluribus locis Hammitae, Gypsi, Alabastri, Asphaltii, Marmoris varii coloris, Carbonis fossilis, tum lapidei, tum lignei, ac praecipue in parte Gallica, terrae metalliferae ferreae, cuius in provinciis Helvetiae conterminis multae ditissimae fodinae exstant, venae plus minus copiosae reperiuntur.

In nonnullis profundioribus cavernis pagorum Vaudensis et Neocomensis hiemalis nix glaciesque per totam aestatem perstat. Ceterum omnia Iurana cacumina infra limitem nivalem posita sunt, unde fit ut hocce iugum molibus glacialibus omnino careat. Quapropter in eius montibus pascua irrigua nonnisi rara occurrunt, et praeter Dubim et Thielam, fluvii nulli in eo tractu scaturientes navigabiles sunt. Pars inter Solodurum et Genevam contenta ingentem armento-

rum pecudumque vim alit, et incolae ex caseo et butyro, quae inde conficiuntur, magnum capiunt fructum. Pulcherrimae sylvae fagineae ac praecipue abietinae eorum montium clivos superiores plerosque obsident, sed in eis neque *Larix*, neque *Cembra* usquam occurrit. Ingentem plantarum rariorum numerum proferunt, licet eo respectu Alpibus longe pauperiores sint. In plerisque praecipue editioribus Iuranis montibus plus minusve frequentes occurrunt: *Aconitum Anthora* (rarissimum), *Ac. Lycoctonum*, *Ac. Napellus*, *Alchemilla alpina*, *Alch. vulgaris γ hirsuta*, et *δ subsericea* (*Alch. hybrida* L.), *Allium Victorialis* (parcissime), *Alopecurus pratensis* (in iugis borealibus; rarus), *Androsace lactea* (M. Iurae et quidem iugis mediis propria), *Andr. villosa* (Dolae et M. Falconario propria), *Anemone alpina* (rarior), *An. narcissiflora* (perinde), *Anthericum Liliago*, *Anth. Liliastrum* (pulchrum rarumque), *Anth. ramosum*, *Antirrhinum alpinum* (infrequens), *Arabis alpina*, *Ar. serpyllifolia* Vill., *Ar. Turrita*, *Arbutus alpina*, *Arb. Uva-ursi*, *Arenaria ciliata β multicaulis*, *Ar. grandiflora* (rara), *Ar. liniflora* (in M. Dolaz et Thoiry), *Ar. uliginosa* Schl. (in Neocomensibus), *Ar. verna* (in montibus occidentalibus), *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Ar. sylvatica* Schrad. (*Agr. arundinacea?* L.; in M. Chaumont), *Aster alpinus*, *Ast. Amellus*, *Astrantia maior*, *Athamanta cretensis*, *Ath. Libanotis*, *Atragene alpina* (M. Salaevae et Alpibus Rhaeticis propria), *Bartsia alpina* (cacuminum), *Bupleurum falcatum β latifolium*, *B. longifolium* (in Alpibus nusquam reperitur), *B. ranunculoides β elatius* (*B. angulosum* Sut.), *Buxus sempervirens* (circa St. Claude), *Cacalia alpina* Jacq. (*glabra* Vill.; rara), *C. albifrons* (*hirsuta* Vill.; ubique), *Calamintha alpina* Lam. (*Thymus* L.), *Campanula pusilla* Haenke (ad rupes humidiusculas), *C. rhomboidalis* (in pratis), *C. thyrsoidea* (in montibus editioribus), *C. Trachelium*, *C. urticaefolia* Schmidt (utraque in sylvis), *C. valdensis* All. *β Scheuchzeri* (in

pascuis), *Carex alba* Scop., *C. ampullacea* Good., *C. brachystachys* Schrank (rara), *C. caespitosa*, *C. curta* Good. (*canescens* Sut.; cum 2 prioribus in paludibus frigidis), *C. digitata*, *C. muricata β nemorosa*, *C. ornithopoda* Willd. (*pedata* Sut.; in sylvis perinde ac 2 priores), *C. Scopolii* N. (*ferruginea* Sut.; raro), *C. sempervirens* Vill. (*C. saxatilis* Sut.), *C. stellulata* Good. (*echinata* Sut.), *Centaurea montana*, *Cerastium arvense* II *strictum*, *Cerinthe glabra* Mill. (*alpina* Kit.; rara), *Chaerophyllum aureum*, *Ch. hirsutum*, *Circaea alpina* (raro), *Cirsium eriophorum* Scop. (*Carduus* L.; pascuorum ornamentum), *C. Erisithales* Scop. (*Cnicus* L.) I *glutinosum* et II *ochroleucum* (stirpes rarissimae), *C. erucagineum* Lam., *C. tricephalodes* DC. (*Carduus* Lam.; cum priori in paludibus frigidis), *Convallaria bifolia*, *C. maialis*, *C. Polygonatum*, *C. verticillata*, *Corallorrhiza Halleri* Rich., (*Ophrys Corallorrhiza* L.; rara), *Coronilla montana* Scop. (rara), *C. vaginalis* Lam. (*minima* auct.), *Crocus vernus*, *Cypripedium Calceolus* (infrequens), *Dentaria digitata* Lam. (*pentaphyllos* Sut.), *D. pinnata* Lam. (*heptaphyllos* Sut.), *Digitalis grandiflora* Lam. (*ambigua* Sut.), *D. lutea*, *D. media* Roth (rarissima), *D. purpurea* (supra Biennam), *Draba aizoides*, *Dryas octopetala*, *Elymus europaeus*, *Epilobium alpestre β trigonum*, et γ foliis quaternis (utrumque infrequens), *Ep. alpinum* (parcissime), *Ep. angustifolium*, *Ep. Dodonaei* Vill. *α erectum*, *Epipactis ensifolia* Sw. (*Scrapias* Sm.), *Ep. grandiflora* N. (*Serapias* Sm.), *Ep. latifolia* All. *α pallens*, et *β rubiginosa*, *Ep. rubra* Sw. (*Serapias* L.; omnes in sylvis), *Erigeron alpinus* (in M. Chasseral), *Erinus alpinus*, *Eriophorum alpinum*, *Er. vaginatum*, *Erysimum ochroleucum* DC. (*Cheiranthus* Hall. fil.; rarum), *Festuca nigrescens* Lam., *F. sylvatica* Vill. (infrequens), *Galium rotundifolium* (in sylvis abiegnis, infrequens), *G. sylvestre* Poll. II *alpestre* (in pascuis vulgatissimum), *Gentiana acaulis* (rara), *G. Amarella*, *G. campestris*, *G. ciliata*, *G. lutea*, *G. verna*, *Gera-*

nium sylvaticum (frequens), *Geum rivale*, *Globularia cordifolia*, *Helianthemum canum* Dun. (*Cistus marifolius* Sut.), *H. oelandicum* DC. (*Cistus alpestris* Crantz; rarissimum), *Heracleum alpinum* (in Neocomensibus), *H. montanum* Schl. (in M. Dolaz), *Hieracium amplexicaule*, *H. andryaloides* Vill. (montis Salaevae), *H. aurantiacum* (rarum), *H. aureum* Vill. (*Leontodon* L.; rarum), *H. blattarioides*, *H. glaucum* All., *H. Jacquini* Vill., *H. prenanthoides* Vill. (rarum), *H. villosum*, *Hypericum dubium* Leers (ubique), *H. montanum*, *H. Richeri* Vill. (rarum), *Hypochoeris maculata*, *Iuncus ustulatus* Hoppe, *Iuniperus communis β alpina* Wbg. (*I. nana* Willd.), *Laserpitium latifolium* (varietas tum glabra, tum scabra, frequens), *L. Siler*, *Lepidium alpinum* (in M. Thoiry), *Lilium Martagon* (frequens), *Luzula flavescens* N. (*Iuncus* Host), *L. Forsteri* DC. (*Iuncus* Sm.), *L. spicata* DC. (*Iuncus* L.; in M. Dolaz), *Lysimachia nemorum*, *Margarita Bellidiastrum* N. (*Doronicum* L.), *Moehringia muscosa* (ad rupes umbrosas ubique), *Myrrhis odorata* Scop. (*Scandix* L.; in Bernatum praefecturis Iuranis et in M. Neocomensibus), *Nardus stricta*, *Neottia cordata* Rich. (*Ophrys* L.; rara), *Orchis albida* All. (*Satyrium* L.); *Orch. globosa* (summitatum), *Orch. nigra* Scop. (*Satyrium* L.), *Orchis odoratissima*, *Orch. pyramidalis* (ad imos clivos et in vallibus; rara), *Orch. sambucina α* floricus luteis (in M. Dolaz, parcissime), *Orch. suaveolens* Vill. (ibidem; rarissima, a Cl. Monnard et nuper a Cl. Ph. Bridel iun. lecta), *Orch. viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Orobus luteus* (in M. Dolaz), *Oxytropis montana* DC. (*Astragalus* L.; admodum infrequens nec nisi in M. Thoiry et Colombier lecta), *Pedicularis sylvatica* (rara), *Phleum alpinum*, *Phl. commutatum* N. (in M. Dolaz, parcissime), *Phyteuma orbiculare* I *cordatum*, et II *ellipticum*, *Pimpinella magna α*, et *β rubra* (*P. rubra* Hoppe), *Pinguicula alpina*, *P. longifolia* Ram. (tum in Neocomensibus, tum in montibus supra Gex et Thoiry), *Pinus Abies* (sylvas

praecipuas abiegnas efficit), *P. Picea* (paulo infrequentior), *P. sylvestris β montana* Wbg. *et δ Pumilio* N. (in vallibus Iuranis: rara), *P. uncinata* Ram. (teste Cl. CANDOLLIO), *Plantago montana* Lam. (in pascuis, ubique), *Poa alpina*, *P. hybrida* N. (in summis montibus infrequens), *P. nemoralis* I *vulgaris α*, et *β cirrhosa* (rarior), II *montana*, *P. sudetica* Schrad. (in Neocomensibus), *Polemonium coeruleum* (ibidem), *Polygala amara*, *P. Chamaebuxus* (rarissime; occurrit supra Gingins et Trèlex, sed nonnisi valde infrequens), *Polygonum Bistorta* (in pratis), *P. viviparum* (cacuminum), *Potamogeton obtusus* Ducros (*rufescens* Schrad.), *P. pectinatus*, *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Sm. Ser.) I *crocea*, *P. aurea* (*P. Halleri* Ser.), *Prenanthes muralis*, *Pr. purpurea* (utraque in sylvis), *Primula Auricula* (perrara), *Pr. elatior* Jacq. (ubique), *Pr. farinosa*, *Ranunculus aconitifolius α parviflorus*, et *β platanifolius*, *R. alpestris* (infrequens), *R. lanuginosus* (in sylvis), *R. montanus* Willd. (*nivalis* Sut.; vulgatissimus), *R. Thora* (in M. Thoiry, Colombier et Dolaz), *Rhamnus alpinus* (hinc inde), *Rhinanthus Crista-galli γ angustifolia* N. (ad clivos editos aridissimos, infrequens), *Rhododendrum ferrugineum* (in iugo austro-occidentali; rarum), *Ribes petraeum* Jacq., *R. rubrum*, *Rosa alpina* I *vulgaris α*, et *β pyrenaica*, II *lagenaria*, *R. rubrifolia* Vill. (infrequens), *R. spinosissima* (perinde), *Rubus hybridus* Chaix (*glandulosus* Bell.), *R. idaeus*, *R. saxatilis*, *R. tomentosus* Willd. (locis humilioribus apricis), *Rumex alpinus*, *R. arifolius* All. (in M. Dolaz), *Salix fragilis* (in valle Iugensi), *S. myrtilloides* Sut. (1648 *β* Hall. helv.; an eadem ac *S. retusa γ multiflora*, quae *S. kitaibeliana* Willd.? in montibus Neocomensibus), *S. pentandra* (in valle Iugensi; perrara), *S. phylicifolia*, *S. retusa* (rara), *S. repens* (cum multis varietatibus in valle Iugensi), *S. versifolia* Wbg. (ibidem), *Saxifraga aizoides* (*autumnalis* Sut.; in M. Colombier supra Gex; rarissima), *S. Aizoon* Jacq. (ubique), *S. Hirculus*

(Iurano iugo propria), *S. muscoides* Jacq. (in M. Thoiry et Colombier), *S. rotundifolia* (in sylvis), *Scabiosa alpina* (in iugo austro-occidentali, parce), *Sc. Columbaria* ζ (*Sc. lucida* Vill.; vulgo), *Sc. Succisa*, *Sc. sylvatica* α, et β *longifolia* (*Sc. integrifolia* Sut., rarior), *Scirpus caespitosus* (in paludibus frigidis), *Sc. Boeothryon* Ehrh., *Scrofularia canina* β *montana* (in M. Dolaz et Mont d'Or), *Sedum anopetalum* DC. (circa St. Claude), *S. atratum*, *Senecio alpestris* N. (*saracenicus* Sut.), *S. Doronicum*, *S. Iacobaea*, *S. sylvaticus*, *S. viscosus*, *Sesleria coerulea* Ard. (*Cynosurus* L.), *Sideritis hyssopifolia* (in M. Thoiry et Dolaz), *Soldanella alpina* (in summitatibus), *Sonchus arvensis*, *S. montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *Spergula nodosa*, *Sp. saginoides* Sw. (in M. Dolaz adscensu), *Spiranthes autumnalis* Rich. (*Ophrys* Balb.; infrequens), *Stachys alpina* (in sylvis, vulgo), *Stellaria nemorum*, *St. uliginosa* Curt., *Thesium alpinum* β *sparsiflorum*, *Tozzia alpina* (raro), *Trinia elatior* N. (rarissima; montis Salaevae), *Tr. Henningii* Fl. helv. vel potius *glaberrima* Hoffm.; *Pimpinella dioica* L.), *Tussilago alpina* (in pascuis editis), *T. alba* Hoppe, *T. nivea* Vill., *Valeriana angustifolia* Vill. (au Creux du Van), *V. montana*, *V. tripteris* (in iugi borealis montibus: nostri ea carent), *Veratrum album* praesertim A *virescens* Heg. (*V. Lobelianum* Bernh.; in pascuis fere omnibus), *Veronica aphylla* (in summis montibus, parce), *V. dentata* Schrad. (in Neocomensibus; rarissima), *V. montana* (rara), *V. saxatilis* L. fil. (rarissima: eam citat Hallerus), *V. Teucrium*, *V. urticaefolia* Jacq. (in sylvis), *Viola calcarata* I *subacaulis* (in M. Thoiry et Colombier), *V. biflora*, *V. canina*, *V. grandiflora* Vill. (in Neocomensium summis vallibus), *V. palustris*, *V. tricolor* I *subalpina*.

Ivorne. V. Yvorne.

K.

Kahlenberg, mons ab Hallero citatus, ubi eo

testante occurrunt: *Achillea moschata* Jacq., *Ach. nana*, *Anthericum serotinum*, *Hieracium aurantiacum*.

Kallen, mons Iuranus ditionis Basileensis, ut suspicamur, inter utrumque Hauenstein situs. Ibi teste Cl. HAGENBACH proveniunt: *Athamanta cretensis*, *Convallaria verticillata*, *Festuca sylvatica* Vill., *Globularia cordifolia*, *Heracleum alpinum*, *Valeriana tripteris*.

Kaltwassergletscher. V. Sempronius.

Kamor, mons excelsus Abbatiscellanorum (Inner-Rhoden). Rheguscorum valli imminens. Viae, quibus commode conscendi potest, e vicis Lienz et Kobelwies in ea valle sitis exeunt. Summum eius cacumen Hohe-Kasten dictum, 4329 p. s. Rhenum et 5418 p. s. m. elatum est. Ibi magna Helvetiae orientalis pars, lacus Bodamicus, amoenissima vallis Rheni, atque Alpes, potissimum Rhaeticae et Tyrolenses, pulcherrimo sunt spectaculo. Infra verticem illum tugurium adest pastorium. In eo monte a botanicis recentioribus ac praesertim a Cl. CUSTORE multae rariores plantae inventae fuerunt; v. gr.: *Achillea atrata*, *Adoxa Moschatellina*, *Alchemilla vulgaris* δ *subsericea* (*Alch. hybrida* L.), *Anthericum serotinum*, *Apargia alpina* Host, *Campanula thyrsoidea*, *Cardamine bellidifolia*, *Carex atrata*, *C. capillaris* (etiam auf dem Hohen-Kasten), *C. mucronata* All. (auf dem Hohen-Kasten), *Festuca nigrescens* Lam., *F. pumila* Vill., *Gentiana verna* var. maior Cust. (*G. utriculosa* Wbg.), *Geranium pyrenaicum*, *Hieracium pilosellaeforme* Hoppe (rarissimum), *Ophrys alpina*, *Ophr. Monorchis*, *Orchis nigra* Scop. (*Satyrium* L.), *Oxytropis montana* DC. (*Astragalus* L.), *Pedicularis foliosa* (auf dem Hohen-Kasten), *P. versicolor* Wbg. (*flammea* Sut.; ibidem), *Ranunculus montanus* Willd. tum α, tum ε *Villarsii*, *Stellaria nemorum*, *Zollikoferia Peltidium* N. (*Hieracium stipitatum* Jacq.).

Kander (die). V. Bernensis pagus, et Thun ad Kandergrien.

Kanderae vallis, in Oberlandia Bernensium,

ad M. Gemmii pedem incipiens, ab austro septentrionem versus secus Kanderam per 3 fere leucarum longitudinem usque ad oppidulum Frutigen porrigitur. Eam iugum angustum montium altissimorum, praecipue ad austrum molibus glacialibus horrentium a valle parallela Adelboden separat. Kanderae vallis pulcherrimis fontibus passim ad montium radices scaturientibus abundat; pars eius summa ad angulum fere rectum orientem versus conversa vallis Gastern dicitur. V. Gastern et Kandersteg.

Kandersteg, vicus alpestris Oberlandiae Bernensis in Canderae valle ad pedem borealem M. Gemmii et ad viam, qua ex Helvetia interiore ad thermas Leucenses itur, situs. Hucusque viatores curribus rhedisve uti possunt; sed ipse Gemmius nonnisi pedibus, mulorum aut sellae gestatoriae ope superari potest. In pago Kandersteg arbores nullae pomiferae occurrunt; sed undique pulchris pratis irriguis circumdatus est. Ibi proveniunt: *Anthericum serotinum* (in culmine Hohe-Kasten), *Circaea alpina*, *Cirsium rigens* N. (*Carduus tataricus* Sut.), *Gentiana Amarella*, *Lonicera coerulea*, *Orchis odoratissima*, *Salix pentandra* (rarissima).

Kätzis. V. Thusis.

Kempten, magnus vicus ditionis Tigurinae prope Wetzikon, nec procul a lacu Pfaeffikensi, in regione amoenissima, agris fertilibus pomariis laetisque pratis constante situs. Colles vicini sylvis abietinis fagineisque consiti sunt, ubi iunior adhuc non paucas stirpes rariores, herbarioli mei primitias collegi. Ibi enim occurrunt: *Cardamine hirsuta β micrantha*, *Caucalis grandiflora*, *Corydalis cava* Whg. (*Fumaria* Sut.; prope Auslikon), *Chrysosplenium alternifolium*, *Cypripedium Calceolus*, *Dentaria pinnata* Lam., *Erica carnea*, *Galium rotundifolium*, *Gentiana asclepiadea*, *G. ciliata*, *Geum rivale*, *Helleborus foetidus*, *Leucoium vernum*, *Lonicera nigra*, *Ornithogalum umbellatum*, *Phyteuma spicatum* flore coeruleo, *Polygala Chamaebuxus*, *Pyrola*

secunda, *Ranunculus aconitifolius β ambiguus*, *Tofieldia calyculata* Wbg. (*Anthericum* Sut.), *Tussilago alba*, *Viscum album β polycoccon.*

Kerenzen, vicus pagi Glaronensis ad lacus Riparii littus sinistrum situs, fere 1 leuca Veseno distans. Prope hunc locum *Inula montana*, stirps in Helvetia rarior, lecta est.

Kienthal, vallis angusta asperrimaque Oberlandiae Bernensis, inter vallem Canderae, ad occidentem, et vallem Lauterbrunnen ad orientem coarctata. Eam moles Gämsigletscher ad austrum terminant; 3—4 leucas longa, atque a torrente Kienbach percursa, occidenti-boream versus tendit, et supra Reichenbach aperitur. Plantae eius a recentioribus, quantum mihi innotuit, nondum rite exploratae fuerunt. Potissimum ab Hallero indicantur: *Androsace alpina* N. (*Aretia* L.), *Arabis pumila* Wulff., *Cardamine impatiens*, *Geranium lividum* L'Hér., *Geum reptans*, *Hieracium staticefolium* Vill., *Lapsana foetida* All. (*Hyoseris* L.), *Neottia cordata* Rich. (*Ophrys* L.), *Phaca alpina* Jacq., *Ranunculus glacialis*, *Viola cenisia* (in M. Rothenhorn).

Kliben. V. Cliben.

Klosters, Rhaetorum magnus pulcherque vicus, in summa valle Prättigau, amphitheatri instar torrenti Landquartae imminens. Ibi terram metalliferam vicinarum fodinarum in officina anno 1816 condita liquefaciunt. Iuvenes aliquot e familiis huius loci honestioribus opulentioribusque societatem inierunt, ut ipsi pueros scientiarum rudimentis imbuerent: nobile sane ac laudabile institutum! — Hinc intra 8 horas semita non incommoda, sed nonnisi aestate frequentata, per M. Ferrainam s. Verainam ad vicum Süss Engadinae inferioris ducit. Immensae Selvrettae moles glaciales, plura milliaria quadrata comprehendentes, summam vallem undique claudunt, et inter Engadinam et Rhaetigoviam late patent. Quibus altissimi ac fere inaccessi scopuli Piz-Linard et Selvretta minaces impendent. Alia via ex Rhaetigovia per collum Laret 1980

p. s. m. elevatum, in vallem Davos itur. Planta rarior: *Primula rhaetica* N. (*minima* Roesch; prope Fereina).

Krauchkamm, arista montium editissima pagi Glaronensis, valli orientali Sernftthal et valleculae eius laterali Krauchthal imminens, qua per semitam alpestrem ad Saruncterum altum vicum Weisstannen transitur. Itineris punctum altissimum 6704 p. s. m. elatum est. Hanc sublimem regionem anno 1812 Cl. Wahlenberg peragravit. Stirpes rariores ab eo citatae: *Chrysanthemum alpinum*, *Geum reptans*, *Hedysarum obscurum*, *Oxytropis campestris* DC. (*Astragalus* L.; in vallecula Krauchthal), *Pedicularis recutita*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.).

L.

Lachen, vicus pagi Suitensis, ad lacus Tigurini superioris ripam sinistram, inter Richterschweil et Wesen situs. Ibi leguntur: *Geranium palustre*, *Physalis Alkekengi*, *Sparganium natans*, *Teucrium Scorodonia*.

Lägerberg, die Lägern, mons Legerius, dorsum montium ad Iuranum iugum pertinens, in pago Argoviensi prope Badam incipit, atque ab occidente orientem versus protensum in ditione Tigurina supra vicum Dielstorf praeruptum desinit. Summa eius arista angustissima est, adeo ut nonnullis locis etiam uni homini spatium ad standum necessarium non concedat. Ad speculam (die Hochwacht), unde Alpes et pulcherrima orientalis Helvetiae pars late prospiciuntur, hoc dorsum 1720 p. supra lacum Tigurinum et 3029 p. s. m. elevatum est. Huc ab oppidulo Regensberg in Tigurinorum ditione sito intra dimidiam horam facile pervenitur. Inter rupes calcareas, quibus M. Lägerberg constat, strata gypsea et multa petrefacta continentur. In eo monte botanici tum veteres, v. gr. uterque Scheuchzerus, tum re-

centiores pulchras plantas invenerunt. Inter eas recensentur: *Bromus asper β* N. (*Br. montanus* Scop.), *Bupleurum longifolium*, *Cacalia alpina* Jacq., *Cervaria glauca* N., *C. Oreoselinum* N. (*Athamanta Cervaria* et *Ath. Oreoselinum* L.), *Chrysanthemum corymbosum*, *Collema iacobaeaefolium* DC. (*C. melaenum* c *iacobaeaefolium* Ach.), *Euphrasia lutea*, *Genista sagittalis*, *Mespilus Cotoneaster*, *Papaver Argemone* (circa Regensberg).

Lalex, mons iugi Alpium australium ad Valesiam mediam pertinens, in valle summa Anniviers, prope montem Arpetta situs, nec procul a molibus glacialibus distans. Ibi ab Abr. Thomas repertae fuerunt: *Androsace pennina* N. (*Aretia* L.), *Arnica Clusii*, *Carex approximata* Hoppe, *C. foetida* All., *Cerinthe glabra* Mill. (*alpina* Kit.), *Gentiana purpurea*, *Iuncus triglumis*, *Luzula spadicea* DC. (*Iuncus* All.), *Pedicularis recutita*, *P. rostrata*, *Salix retusa γ multiflora?* (*S. retusa* B. *myrtilloides* Mur.), *Saxifraga aspera* DC. II *bryoides*, *S. exarata* Vill. — In M. vicino l'Arpetta: *Aquilegia alpina*, *Arnica Doronicum* Jacq., *Gentiana glacialis* Thom., *G. nivalis*, *Phaca alpina* Jacq., *Phleum commutatum* N. — Trans torrentem et moles glaciales Durand dictas, Lalez versus: *Cerastium alpinum β* (*C. lanatum* Lam.), *Iuncus Jacquini*, *Salix glauca β Lapponum*, *S. helvetica* Vill. (*arenaria* auct.).

Lämblingen, Lämlingen, pagus ditionis Bernensis in regione Tessenberg s. montagne de Diesse dicta, ad boream supra lacum Biennensem situs. Ibi indicantur *Aster Amellus* et *Pyrola rotundifolia*.

Landeron, magnus vicus ditionis Neocomensis, ad lacum Biennensem, in regione paludosa situs. Incolae religioni romanae addicti sunt. Plantae citatae: *Hydrocharis Morsus-ranae* (prope Erlach s. Cerlier, in fossis aqua plenis), *Lathyrus palustris* (St. Jean versus), *Sagittaria sagittifolia*, *Sparganium natans*.

Langenbruck, vicus Basileensis, ad 2270 p. s. m. altitudinem in M. Ober-Hauenstein ad limites pagi Solodurensis situs. Locus est amoenus, sed propter nimiam elevationem substerilis. Scopulus vicinus, die Wannenfluh, ob pulchrum prospectum visitari meretur; sic et vallecula iucunda Schönthal, ubi multa sunt petrefacta. In eius vicinia citantur: *Campanula pusilla* Haenke, *Chaerophyllum hirsutum*, *Coriandrum sativum*, *Dianthus sylvestris*, *Elymus europaeus*, *Epilobium tetragonum*, *Geranium phaeum*, *Rumex scutatus*, *Stachys alpina*, *Stellaria glauca* With. (rara).

Lapierre. V. Penninus.

Larius (Lago di Como), illorum Italicorum lacuum, quos Maronis lyra aurea celebravit, longe pulcherrimus, omnis in ditione Mediolanensi contentus, a septentrione ad austrum extenditur. Duodecim leucas longus est, sed vix ultra leucam unam latus et 654 p. s. m. elevatus. In comitatu Clavennensi, ad vicum Riva incipit, ubi amnis Maira lacunam ab incolis laghetto di Chiavenna dictam, circiter leucam unam longam efficit; in eius infima parte aquae rursus, licet lente, fluere incipiunt et incremento maximo, scilicet Addae tributo, auctae, ad vicum Sorico in verum lacum dilatantur. Prope pagum Bellagio, austrum versus 6 l. a Sorico distantem, Larius in duos magnos pulchrosque sinus ad angulum acutum divergentes, ultra 5 l. longos dividitur: eorum occidentalis, ad cuius extremitatem meridionalem oppidum Comum situm est, nullum habet exitum. Sinus orientalis autem ad urbem Lecco desinit; infra eam nempe aquae in angustias redactae, cursu inferiora petunt; sed mox rursus parvum efficiunt lacum, quo traiecto, nomen Addae recuperant, donec supra Bergomum in Eridanum effunduntur.

Lacum Larium undique montes circumdant, quorum altiores in eius partis superioris vicinia siti sunt. Mons Camoghè supra Gravedona ad orientem, et in

pagi Ticinensis confinio exsurgit. Ad ripam sinistram pertinent M. Legnone imae valli Tellinae impendens, et 8077 p. s. lacus superficiem elevatus, atque M. Grigna supra vicum Bellano et pulchram vallem Sasinam situs, 6805 p. s. l. elatus. Pone Bellagium inter duos sinus mons Corni di Canzo (5146 p. s. l.) vico eiusdem nominis minax impendet.

Ripas Larii artes naturaque certatim exornasse videntur. Crebri magnique pagi, villae splendidissimae, marmorea aedificia italica architectura superbientia, templa magnifica et elegantissima sacella undique exsurgunt eorumque series fere continua nonnisi hinc inde solitudinibus peramoenis, rupibus pulchre praeruptis, rivisque ex earum vertice in lacum sese praecipites effundentibus interrumpitur. Inter villas, quibus haec littora renident, fere notissima est quae Pliniana s. Pluviana dicitur. Ad sinus occidentalis ripam orientalem sita, haud procul Como distat. In porticu quadam ad eius palatium adtinente fons ille mirabilis scaturit, quem uterque Plinius memorat. „In Comensi", inquit Caius Plinius Secundus", iuxta Larium lacum, fons largus, horis singulis, intumescit ac residet" (H. N. lib. II cap. 106.). Caius Caecilius Plinius, sororis eius filius, Comi natus et regionis natalis amantissimus, istud naturae miraculum in epistola hucusque exstante (L. IV. ep. 30), quae in ea porticu tabulae marmoreae inscripta legitur, quoque descripsit. Etiam nunc ut ante XVIII secula fontis huius aquae quotidie per aliquot horas increscunt et rursus per plures adhuc horas minuuntur, sic tamen ut nunquam omnino deficiant. Ceterum villa Pliniana sylva Cypressis, Castaneis, Lauris et Pineis constante, vineis amoenissimisque hortis, quos utrinque irrigant limpidi rivuli, cataractas passim efficientes, circumdata est.

Scaphae olim magnam sui cursus partem tempore nocturno perficiebant; idcirco per traiectum viatores propter tenebras pulcherrimo riparum adspectu frui

non poterant. Nunc autem navigiorum vapore actorum ope, intra paucas horas totam lacus longitudinem percurrunt, et summa voluptate scenas omnes diversissimas, quas ista felicia littora oculis exhibent, commodissime contemplantur. Sed botanici, quibus otium necessarium conceditur, tam rapido traiectu parum contenti, utramque ripam pererrare amant, utpote qui in vallibus, collibus montibusque vicinis intra paucas dies messem rarissimarum pulchrarumque stirpium largam colligere queant, ut ex libello, quem circa plantas Larienses Cl. Comolli anno 1825 in lucem edidit, videre est. Inter eas potissimum recensendae sunt: *Cervaria alsatica* N. β *albiflora* (*Selinum venetum* Spreng.; ad agrorum marginem, vulgo), *Crocus sativus* (in hortis cultus), *Cr. vernus* (in omnibus montibus supra Fagi regionem), *Gladiolus byzantinus* Ait. (secundum Cl. Comolli; probabiliter idem ac Florae nostrae *Gl. italicus*; in Valsolda prope pagum Castello et in collibus circa Erba, sc. ad viam inter Comum et Lecco), *Gratiola officinalis* (in pratis uliginosis), *Orobanche Epithymum* DC., *Quercus Cerris* (in sylvis montanis), *Zea Mays* (ubique colitur). — 2) In Alpibus editioribus occurrunt: *Hieracium alpestre* Jacq., *Oxytropis montana* DC. (*Astragalus* L.), *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.). — 3) Prope Griante, ad ripam occidentalem, paulo supra locum ubi sinus incipiunt: *Carex baldensis*, *Cytisus purpureus* Scop. (quo ut et priori omnino caremus), *Hieracium porrifolium* Jacq. (genuinum), *Horminum pyrenaicum* (etiam circa Rezzonico, eiusdem ripae vico, e regione M. Legnone sito). — 4) In valle Cavargna, a M. Camoghè terminata et ad lacum Luganensem sese aperiente: *Valeriana saxatilis* Jacq. (ad montium elatiorum rupes). — 5) Ad radices montium della Tramezzina (regionis ad eandem ripam pertinentis, inter vicum Cadenobbio et promontorium Lavedo sitae): *Cercis Siliquastrum* (in Helvetia nusquam spontanea; etiam prope pagos Bonzanigo et Viano ad sepes occurrit). —

6) Circa Cadenobbio, vicum infra Menagio situm: *Andropogon Allionii* DC. — 7) Circa Cernobbio haud procul Como: *Allium angulosum* β *palustre* (*All. senescens* L.). — 8) Prope Bellagio, ad extremum promontorium inter utrumque sinum: *Buphthalmum speciosissimum*, *Campanula Raineri* Perp., *Carex baldensis*, *Horminum pyrenaicum*, *Scabiosa graminifolia*. — 9) In faucibus rupestribus le Crosgalle ad sinus Comensis ripam orientalem inter Bellagio et Lezzeno sitis: *Aquilegia pyrenaica* DC., *Buphthalmum speciosissimum*, *Campanula Raineri* Perp., *Carex baldensis*, *Cytisus purpureus* Scop., *Hieracium porrifolium* Jacq. — 10) In M. Legnone, ripae orientali imminente et imae valli Tellinae contiguo: *Apargia crocea* Haenke (qua adhuc caremus), *Carduus leptophyllus* N., *Hieracium alpicola* Schl. β *angustifolium* (rarissimum), *Ligusticum ferulaceum* All. (*Laserpitium dauricum* Jacq.), *Phyteuma humile* Schl. — 11) In valle Sasina, supra Bellano in ripa orientali sese aperiente: *Apargia crocea* Haenke, *Campanula Raineri* Perp., *Hieracium porrifolium* Jacq. (rarissimum, nec usquam in Helvetia visum), *Phyteuma comosum* (planta perpulchra raraque), *Sesleria sphaerocephala* Ard. (in M. Capello; perinde rarissima), *Valeriana saxatilis* Jacq. (ad altiorum montium rupes; etiam supra Bellano). In valle Susana (nonne eadem ac vallis Sasina?) a Ph. Thomas lecta sunt: *Hieracium praemorsum* II *corymbosum* (*H. parviflorum* Schl.), *Laserpitium peucedanoides*, *Orobus gracilis* N. (stirpes rarissimae), *Scorzonera plantaginea* Schl. — 12) Etiam in littore orientali prope Varenna infra Bellano nec procul a magno promontorio, cui Bellagio insidet: *Agave americana* (ad rupes, quin imo ibi subinde florere dicitur!), *Melia Azedarach* (quasi spontanea). — 13) In M. Grigna supra Varenna: *Campanula Raineri*, *Laserpitium luteolum* N. (*L. Gaudinii* Mor.; regionem inferiorem non superat), *Scabiosa graminifolia*. — 14) Circa Mandello, in sinus orientalis ripa sinistra: *Buphthal-*

mum speciosissimum, *Campanula Raineri* (supra vicum in Alpes altiores adscendit), *Carex baldensis*, *Hieracium porrifolium* Jacq., *Laserpitium hirtellum* N. (*pilosum* Com.; in pratis della Valmeria), *L. luteolum* N. — 15) Praeterea locis mihi incognitis ad lacum Larium sitis a Cl. Comolli citantur; a) supra vicum Val Madrera: *Echinospermum deflexum* Sw. (*Myosotis* Wbg.); b) supra Resegone: *Apargia crocea*, *Buphthalmum speciosissimum*, *Campanula Raineri* (in Alpibus etiam ad 6000 p. s. m. occurrit), *Carex baldensis*, *Laserpitium luteolum*; et c) circa Codeno: eaedem plantae, excepto *Laserpitio luteolo*, ac praeter eas *Aquilegia pyrenaica* DC., et *Papaver aurantiacum* Lois. (quod in Helvetia desideratur). V. Comum, Canzo (Corni di), Riva.

Lassaraz, vel la Sarra, oppidulum pagi Vaudensis inter rivos le Nozon et la Venoge, ultra Cossonay, ad viam, qua Morgiis Ebrodunum itur, situm. Vicinae lapidicinae lapidem praebent calcareum ad muros exstruendos optimum, nec procul ab oppido pulchri colles extenduntur rupium parietibus subiecti. Ibi *Buxus sempervirens* et *Coronilla Emerus* frequentissimae sunt. Rariores autem occurrunt: *Aristolochia Clematitis*, *Rumex pulcher*, *Trinia Henningii* Fl. helv. (potius *Tr. glaberrima* Hoffm.; *Pimpinella dioica* L.), *Veronica acinifolia*. — *Rosa eglanteria* quoque ibi ad sepes olim visa est.

Laubergrat, montium arista valli Engelberg imminens, cuius summus scopulus, Laubergratspitz dictus, ad altitudinem 7668 p. s. m. extollitur. Hunc tractum exploravit Cl. Wahlenberg, et ibi ab eo recognitae fuerunt: *Carex atrata*, *Hedysarum obscurum*, *Ranunculus montanus* Willd. (*nivalis* Sut.); ad Laubergratspitz: *Anthericum serotinum*, *Helianthemum oelandicum* DC. α (*Cistus alpestris* Wbg., Crantz), *Ophrys alpina*.

Lauenen, vallis alpina cum vico eiusdem nominis in Oberlandiae Bernensis parte occidentali inter sum-

mam vallem Simmiae, quam iugum Reulissen ab ea separat, et valleculam Gsteig occidentem versus sita. Vix duas leucas longa, ab austro ad septentrionem supra Sanen extenditur. Summa eius regio, supra pagum, undique glacie et nivibus perennibus circumdata pulcherrimisque molibus Geltengletscher subiecta, lacum parvum haud inamoenum continet. Ad eius lacunae littora, in pascuis et ad rupes usque ad glacici congeries aliquot pulchrae plantae reperiuntur: etiam ad glareas torrentis Turbach, prope Gstade occurrit *Chrysanthemum Halleri* All. (*Pyrethrum* Willd.) Ad parvum lacum: *Potamogeton pectinatus*, *Scutellaria galericulata*, *Swertia perennis*. — Ad semitas, quibus ad moles Geltengletscher pervenitur: *Achillea atrata*, *Apargia autumnalis* Hoffm. (*Leontodon* L.) *β alpina*, *Aquilegia alpina*, *Eriophorum Scheuchzeri* Hoppe, *Hieracium Jacquini* Vill., *Iuncus filiformis*, *I. triglumis*, *Saxifraga caesia*.

Laufen, oppidulum in praefecturis Iuranis Bernensium ad Birsam, quae in eius vicinia pulchram efficit cataractam, situm, et fere 3 l. Basilea distans. Inter Laufen et Basileam invenitur *Lolium perenne β tenue;* circa oppidulum: *Arabis arenosa* Scop. (*Sisymbrium* L.), *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Genista pilosa*.

Lausanna, urbs celebris, pagi Vaudensis caput, ½ l. lacu Lemano distans, in imo Iorati clivo sita, tribus collibus inaequalibus valleculisque eos separantibus insidens. Supra lacum 450 et supra mare 1601 p. elevata est. Pleraeque viae angustae et arduae sunt. Pulchrae tamen plateae, atque aedes elegantiores neutiquam deficiunt. Trium templorum cathedrale, architecturae gothicae, ac permulta virorum illustrium sepulchra monumentaque continens, longe pulcherrimum est et viatorum attentionem meretur. In Reipublicae curia, arci, quam olim Lausannenses episcopi et post eos praefecti sedem habuerunt, adiacente, atrium ingens Consilii summi sessionibus destinatum,

ob lautissimum prospectum in magnam amoenissimamque partem nostri pulchri pagi insigne est. In collegio academico musaeum adservatur ante paucos annos conditum, sed iam multis donis ditatum. Praecipue collectionem omnium imperii Rossici fossilium metallorumque, ab illustriss. DE LA HARPE, de patria omni respectu meritissimo datam, et multas tabulas a Cl. DUCROS, celebri artifice Vaudensi, nostri venerandi botanici fratre, tum Romae, tum in patria post reditum pictas possidet. Bibliotheca academica, et librorum in studiosorum usum collectorum supellex, societas scientiarum naturalium ad magnam helveticam sodalitatem pertinens*), coetus litterarum amicorum, ubi omnium populorum optima periodica opera et ephemerides sedulo leguntur, pulchrae divitesque collectiones zoologicae, ornithologicae, mineralogicae Cl. professorum CHAVANNES et LARDY, pulcherrimus apparatus chemicus, quem possidet Cl. BISCHOFF, istius artis peritissimus magister, iuventuti studiosae omnigena adminicula suppeditant. In ea urbe scientiae potissimum theologicae sollicite coluntur nullusque verbi divini minister in pago pastoris officio fungi potest, nisi prius ab academiae professoribus doctoribusque probatus fuerit. Ceterum etiam philosophia et philologia, iurisprudentia et medicina suos habent professores. Educationi pauperum et ei, quae dicitur primaria, inserviunt scholae institutionis mutuae; sic et pulchrum institutum, nomine écoles de charité notum, quod iam ante 70 annos aliquot viri publicae utilitatis studio acti condiderunt. Nuper egregiae aedes in huius scholae usum, ubi ducentis plures pauperes utriusque sexus alumni religionis scientiarumque rudimentis imbuuntur, privatis impensis exstructae sunt.

---

*) Ephemerides, quibus titulus est: *Feuilles du Canton du Vaud*, huius societatis quodammodo annales continent; earum iam a pluribus annis Lausannae quovis mense fasciculus in lucem editur.

Magnum hospitium, quod aegros pauperes ex omnibus pagi partibus admittit, cum optimo balneorum et suffumigationum apparatu, disciplina, munditie et cuiusvis generis commodis excellit. Novo ergastulo, cuius praefecti maleficos castigare ac corrigere potius quam punire aut torquere avent, eaedem laudes debentur.

Lausannae olim cathedras academicas tenuere Theod. Beza, ecclesiae reformator, et ille magnus Conr. Gesnerus, Tiguri totiusque Helvetiae ornamentum. Praeter multos viros eruditione egregios, celeberr. Tissot, Zimmermanni et nostri summi Halleri aemulus atque amicus, ultimam vitae partem in ea urbe egit. Sub idem fere tempus Cl. Reynier cum venerando Struvio indagationibus ad historiae naturalis scientias pertinentibus, quas in *actis Lausannensibus* consignaverunt, vitae laboriosae curriculum incipiebat. Exinde fatis fortunaque per longos annos agitatus, postremum in patriam redux, Lausannae sospitem optimum illum Struvium adhuc revisit, ac litteris, historiae studio et amabili scientiae totus addictus fere simul cum hoc digno collega mortem obiit. Scientias naturales felicissime colunt VV. Cl. Chavannes, Lardy, Bischoff, Phil. Bridel iunior, Leresche etc. Quin et ampliss. Secretan, reipublicae consul meritissimus, *Fungorum* patriorum difficili studio rara otia sollicite impendit.

Lausanna horti botanici decore adhuc caret. Sed tum hortulani, inter quos Cl. Barraud peritia modestiaque praecellens, tum aliquot privati, v. gr. Cl. Lainé, Bischoff, Wyder, de Saint-Amand et de Langallerie, multas pulchras stirpes, exoticas indigenasque, colunt. — Virgo nobilis de Constant maximam plantarum spontanearum, quas profert Helvetia, partem summa curâ et arte delineavit ac coloribus propriis insignivit. Herbaria viva ampliss. S. Clavel, qui diutissime studia severiora Florae iucundis ludis

temperavit; amicissimi Bischoff et Bridelius, ut et ipsum musaeum herbaria sicca possident.

Urbis situs incomparabilis, pulchra vegetatio, colles fertilissimi prospectus summopere varios exhibentes, villae minus sumptuosae quam elegantes et amoenissimae, undique inter arborum domesticarum sylvas sparsae, totam Lausannae vicinam regionem decorant, eamque urbem ab omni tempore peregrinis ac praesertim Anglis gratissimam effecerunt. Ambulacra frequentatissima sunt: magna platea templo cathedrali contigua (la terrasse), et pulcher locus (Montbenon) militaribus exercitiis destinatus, arboribus fruticibusque eleganter consitus, unde non solum maxima urbis pars, sed Alpium iugum, integer Lemanus, innumera oppida, vici villaeque inter lacum et Iuram sita, ac praecipuae pagi regiones viniferae oculis sese offerunt. Amoenae sylvae Rovéréaz et Sauvabelin (Sylva Belini) naturae amicos invitant. Supra hanc arduus collis, ubi specula signifera (le Signal) fuit, extollitur, unde totam regionem contemplari, spectaculoque pulcherrimo frui possis. Ceterum quocunque te vertas, loca ambulationibus iucundis aptissima invenies.

Flora Lausannensis agri iam a Clusio, Gesnero, Bauhinisque pertentata; Hallero magnam bonarum stirpium copiam suppeditavit, atque novissimis temporibus iterum ab amiciss. Gay, Reynier et aliis botanophilis sedulo investigata, nobis quoque largum spicilegium praebuit. Nuperrime etiam Cl. Leresche, s. theol. candidatus, rei herbariae amantissimus, qui omnia loca urbi vicina attente perscrutatus est, observationum suarum summam mecum humaniter communicavit. 1) Circa Lausannam passim occurrunt: *Acorus Calamus* (à la Grangette), *Aiuga Chamaepitys* Schreb. (*Teucrium* L.), *Alnus incana* Willd. (inter urbem et Pully, tum in Iorato frequens), *Anemone ranunculoides* (ad serram qua marmor secatur), *Antirrhinum maius*, *Ant. Cymbalaria* (ad muros antiquos

lacum versus), *Arabis hirsuta* Scop. (*Turritis* L.), *Arum maculatum* β foliis maculatis (var. in Helvetia infrequens), *Aspidium* (*Polypodium* L.) *aculeatum* Sw., *Asp. spinulosum* Sw., *Brassica Erucastrum* α, et β *ochroleuca*, *Carex hornschuchiana* Hoppe (*fulva* Agrost. helv.), *C. pulicaris*, *Ceterach officinarum* Willd. (*Asplenium Ceterach* L.), *Chaerophyllum hirsutum* (ad rivum Flon), *Chenopodium polyspermum*, *Chrysosplenium alternifolium* (ad rivum Flon), *Circaea intermedia* Ehrh. (olim aux Eaux visa), *Cochlearia Armoracia* (testibus C. Gesnero et Ph. Bridel iun.), *Coronilla Emerus*, *Corydalis lutea* DC. (*Fumaria* Lam., *F. capnoides* Sut.), *Cypripedium Calceolus* (in nemoribus opacis), *Cytisus nigricans* (nonnisi a Gesnero visus), *Delphinium Aiacis*, *Diplotaxis muralis* DC. (*Sisymbrium* L.; à Montmeillant), *Dipsacus fullonum* Mill. (colitur), *D. pilosus* (inter urbem et Vidy frequens), *D. sylvestris* Mill. β foliis semipinnatifidis, *Echinospermum Lappula* Lehm. (*Myosotis* L.; olim Lausannae lectum non amplius reperitur), *Epipactis ensifolia* Sw. (*Serapias* Sm.), *Eryngium campestre* (locis aridis), *Euphrasia lutea* (au bois de Vaux et aux côtes de Renens), *Festuca rubra* IV (*F. duriuscula* Anglorum; in arenis ad lacum), *Galanthus nivalis* (in pomariis viae urbanae du grand St.-Jean subiectis), *Galium hercynicum* Weig. (teste Cl. Candollio), *Gentiana Amarella* (*germanica* auct.), *Geranium palustre*, *G. phaeum* (in pratis infra urbem ad rivum le Flon copiose), *Globularia vulgaris* β *subacaulis*, *Gnaphalium luteo-album* (bois du châlet de la ville), *Helianthemum Fumana* Desf. (*Cistus* L.; in colle la Bourdonnette), *Herniaria hirsuta* (ibidem), *Hieracium dubium* Willd. β *uniflorum*, *H. hybridum* Chaix β (rarissimum), *Iberis amara*, *Ib. pinnata* (parcissime), *Impatiens Noli-tangere* (infra villam la Solitude et prope carnificis lanienam), *Isatis tinctoria* (prope Paudex ad littus infra molam gypsaceam frequens), *Leucoium vernum*, *Limodorum abortivum* Sw. (*Orchis* L.; bois

de Sery et de Laborde), *Lonicera Periclymenum*, *Lotus siliquosus*, *Malva moschata*, *Matricaria Chamomilla*, *Medicago minima* Desrouss. (au petit Languedoc etc.), *Melittis Melissophyllum*, *Mentha cervina* (olim, nuper non amplius visa), *M. hirsuta* δβ *spicato-capitata* (aux plaines du Loup, supra urbem) *M. rotundifolia* (ad vias vulgo), *Oenanthe peucedanifolia* Poll. (?), *Ophrys anthropophora*, *Ophr. apifera* Huds., *Orchis coriophora*, *Orch. viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Ornithogalum nutans* (in pratis inter urbem et Ouchy, affatim), *Orobanche coerulea?* Vill. (au Champ de l'air), *Panicum glaucum*, *Pedicularis sylvatica* (en Veune, supra urbem), *Phyteuma spicatum* β floribus coeruleis, *Prunus caproniana* N. (*Cerasus* DC.), *Pr. Mahaleb*, *Ranunculus aconitifolius* (ad serram marmoream), *R. aquatilis* (*heterophyllus* Hoffm.; circa praedium Etévé, et vers les Monts), *R. nemorosus* DC. (*polyanthemos* Sut.; in sylvis), *R. Philonotis* Retz.*), *Rosa cinnamomea* (au Rosiaz, entre les ponts de la Vuachère et de la Paudèse), *Rumex pulcher* (secus vias), *Salix fragilis* (ad viam regiam, qua Morgias itur), *Salvia glutinosa* (infra urbem), *Seseli bienne* Crantz (*annuum* L.; aux côtes de Renens), *Sisymbrium polyceratium* (nonnisi a C. B. citatum), *Solanum nigrum* δβ (*S. villosum* Sut.), *Scrofularia canina* (ad littus inter Villette et St.-Sulpy, copiose. Etiam inter Genevam et Nevidunum in lacustribus arenis ubique occurrit; contra, Vivisci, in Aquileiensium valle, ac per totam Valesiam deesse videtur), *Spiranthes aestivalis* Rich. (*Ophrys* Balb.; aux côtes de Renens), *Stachys alpina* (au bois de Vaux), *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis* L.; ad viam qua ad vicum Renens itur), *Thalictrum angustifolium* I *iacquinianum*, *Teucrium montanum*, *Tofieldia calyculata* Wbg. (*Anthericum* L.; e regione Montmeillant), *Trifolium fragiferum* (inter

---

*) *R. Philonotis* a b. Hoepfner inter plantas Lausannenses enumeratus, ibi nusquam a Cl. Leresche reperiri potuit.

urbem et Crissier), *Tr. incarnatum*, *Tr. medium*, *Tr. procumbens* II *Schreberi*, *Tr. scabrum* (prope Paudex), *Veronica agrestis* II *(V. pulchella* Bast.*)*, *Vicia dumetorum*, *V. sativa* II *segetalis*, *Vinca minor* β flore albo (infra urbem), γ flore purpureo (à Montbenon au tirage). — 2) A Malai: *Corydalis lutea* DC. *(Fumaria* Lam.), *Geranium lucidum*, *Sinapis arvensis* β *orientalis*.— 3) A la Borde: *Epipactis rubra* Sw. *(Serapias* L.), *Limodorum abortivum* Sw. *(Orchis* L.), *Ophrys arachnites* Hoffm., *Ophr. myodes* Jacq. — 4) Aux Mosquines: *Poa Eragrostis*, *Salvia glutinosa*. — 5) A Cour: *Circaea intermedia* Ehrh. *(olim ibi lecta)*, *Lolium multiflorum* Lam. β, *Muscari botryoides* Mill. *(Hyacinthus* L.), *Myosotis caespitosa* Schulz, *Orobanche minor* Sutt., *Ranunculus aquatilis (heterophyllus* Sut.; prope lacum), *R. sceleratus*, *Rosa cinnamomea*, *R. tomentosa* Sm. — 6) Ad pontem de la Maladière et circa Vidy: *Cardamine amara*, *Carex acuta* (parcissime), *C. paniculata*, *Caucalis infesta* Curt. β *elatior*, *Cerastium semidecandrum*, *C. viscosum*, *Corydalis cava* Wbg. *(Fumaria* Hoffm.), *Cyperus longus*, *Doronicum Pardalianches*, *Equisetum polymorphum* Vauch., *Hemerocallis fulva*, *Hippuris vulgaris*, *Impatiens Noli-tangere* (urbem versus, copiose), *Lemna trisulca*, *Lolium multiflorum* Lam. β *aristatum*, *Nasturtium amphibium* R. Br. *(Sisymbrium* L.*)*, *N. palustre* DC. *(Sisymbrium* Poll.), *Oenanthe peucedanifolia* Poll., *Oenothera biennis*, *Poa serotina* Ehrh. (*P. palustris* Sut.), *Polycnemum arvense*, *Ranunculus Lingua*, *R. sceleratus*, *Scirpus setaceus*, *Scutellaria galericulata*, *Solanum Dulcamara* γ *pubescens*, *Tamarix germanica*, *Thalictrum flavum*, *Trifolium fragiferum*, *Utricularia vulgaris*, *Veronica scutellata*, *Vicia sativa* I *obovata* β *minor*. — 7) Aux Pierrettes in lacus vicinia: *Allium sphaerocephalum*, *Alnus incana* Willd., *Brassica Erucastrum* β *ochroleuca* (copiose), *Helianthemum Fumana* Desf., *Hippophaë rhamnoides*, *Lepidium petraeum* (ut solet, in arenis lacustribus), *Littorella lacustris*, *Oenothera biennis* (Cour versus), *Potamogeton lucens*,

Ranunculus reptans, *Typha latifolia*.— 8) En Chamblande : *Anagallis tenella* (ibi extirpata fuit), *Anemone ranunculoides*, *Anthemis nobilis*, *Astragalus glycyphyllos*, *Bunias Erucago*, *Camelina sativa* Crantz (*Myagrum* L.), *Cerastium brachypetalum* Desp., *C. viscosum*, *Corydalis lutea* DC. (*Fumaria* Lam), *Crassula rubens*, *Erythraea pulchella* Fries, *Euphrasia Odontites β verna*, *Fedia* (*Valerianella* DC.) *Auricula* M. et K., *F. dentata* Vahl, *F. olitoria* Vahl, *Filago arvensis*, *F. germanica*, *Gnaphalium uliginosum*, *Heliotropium europaeum*, *Herniaria hirsuta*, *Hippophaë rhamnoides* (ad lacus ripam), *Lathyrus Cicera*, *Lupinus angustifolius*, *Myosotis caespitosa* Schulz, *Nasturtium amphibium* R. Br. (*Sisymbrium* L.), *Orchis hircina* Crantz (*Satyrium* L.), *Ornithogalum umbellatum*, *Orobanche minor* Sutt., *Oxalis stricta*, *Polycnemum arvense*, *Potamogeton natans* (in stagno), *Salvia pratensis* floribus rubris, *Sedum anopetalum* DC., *S. rupestre* (*reflexum* auct. helv.), *S. sexangulare*, *Solanum Dulcamara γ pubescens*, *Stachys arvensis*, *Thlaspi perfoliatum*, *Veronica scutellata*, *V. triphyllos*.— 9) Prope Belmont : *Bunium Bulbocastanum*, *Caucalis grandiflora*, *C. daucoides* (inter B. et Pully), *Doronicum Pardalianches*, *Eriophorum angustifolium* Roth (ad pontem), *Helleborus viridis* (infra vicum). — 10) Prope Rovéréaz : *Actaea spicata*, *Carex caespitosa*, *Crataegus Amelanchier* Desf. (*Mespilus* L.), *Doronicum Pardalianches*, *Epipactis ensifolia* Sw. (*Serapias* Sm.), *Euphorbia dulcis*, *Fedia dentata* Vahl, *Iasione montana*, *Laserpitium prutenicum*, *Ranunculus lanuginosus*, *R. nemorosus* DC., *Rosa stylosa* Ser., *R. tomentosa* Sm., *Stachys arvensis* (in omnibus agris circa Savigny, copiose), *Trifolium ochroleucum*. — 11 In sylva Rovéréaz : *Asplenium viride* Huds., *Betula viridis* Chaix, *Crataegus torminalis*, *Epipactis rubra* Sw. (*Serapias* L.), *Luzula albida* DC. (*Iuncus* Hoffm.), *Lysimachia nemorum*, *Margarita Bellidiastrum* N. (*Doronicum* L.), *Menyanthes trifoliata*, *Monotropa Hypopitys*, *Neottia Nidus avis* Rich. (*Ophrys* L.), *Orchis fusca* Jacq. *α* et *β* floribus roseis, *Prenanthes*

purpurea, *Pyrola chlorantha* Sw. (hanc plantam, ibi primum in Helvetia a Cl. Ph. Bridel iun. lectam, eodem anno, quo ab ill. Swarzio descripta est, amiciss. Gay rite distinxit et a congeneribus separavit), *P. minor*, *P. rotundifolia*, *P. secunda*, *Ranunculus lanuginosus*, *R. nemorosus* DC., *Rosa stylosa* Ser. (inter Rovéréaz et Béthusy), *Vaccinium Vitis idaea.* — 12) In sylva Belini (Sauvabelin): *Actaea spicata* (orientem versus), *Aira caryophyllea* (à la Clochatte, supra sylvam), *Arundo Calamagrostis* (gramen rarissimum), *Asplenium Adiantum nigrum* (à la Clochatte), *Betula viridis* Chaix, *Carex elongata* (perrara), *C. Schreberi* Willd. (Cl. Bischof), *Chlora perfoliata*, *Convallaria bifolia*, *Crataegus Aria*, *Dianthus superbus*, *Digitalis lutea*, *Diphyscium foliosum* Mohr (*Buxbaumia* Sm.), *Doronicum Pardalianches* (infra sylvam), *Epipactis* (*Serapias* L.) *latifolia* All., *Ep. palustris* Crantz (*S. longifolia* β et γ L.), *Ep. rubra* Sw., *Filago montana* (à la Clochatte), *Gentiana Amarella* (*germanica* auctor.), *G. ciliata*, *Holcus mollis* (rarus), *Iasione montana*, *Lonicera nigra*, *Luzula* (*Iuncus* L.) *albida* DC. (*I. albidus* Hoffm.), *L. Forsteri* DC. (*I. Forsteri* Sm.), *L. nivea* DC., *Lychnis sylvestris* Hoppe (*dioica* β flore rubro Sut.), *Lysimachia nemorum*, *Melica uniflora* Retz, *Neottia Nidus avis* Rich. (*Ophrys* L.), *Ophrys anthropophora*, *Ophr. arachnites* Hoffm., *Ophr. Monorchis*, *Ophr. myodes* Jacq., *Orchis hircina* Crantz (*Satyrium* L.), *Orch. viridis* Crantz, (*Satyrium* L.), *Orobus niger*, *Or. tuberosus*, *Or. vernus*, *Polypodium vulgare*, *Potentilla Fragaria* Poir. (*Fragaria sterilis* L.; au Signal), *Primula elatior* Jacq., *Prenanthes purpurea*, *Rosa alpina*, *Scirpus setaceus*, *Sedum Telephium* (au Signal), *Stachys alpina*, *Trifolium agrarium* (à la Clochatte). — 13) In sylva Cery: *Astragalus glycyphyllos*, *Epipactis* (*Serapias* L.) *ensifolia* Sw. (*Serap.* Sm.), *Ep. grandiflora* Sw, *Ep. rubra* Sw. *Inula salicina*, *Limodorum abortivum* Sw. (*Orchis* L.; copiose), *Pyrola minor* (parcissime), *Rosa rubiginosa*, *Trifolium medium.* — 14) In ambulacro Montbenon praeter alias arbores coluntur: *Celtis*

australis, *Sorbus hybrida*, *Ulmus ciliata* Ehrh., *Ulm. montana* Sm. — V. Dorigny, St. Sulpi, Ioratum, Ouchy.

Lauterbrunnen, vallis notissima Oberlandiae Bernensis ad orientem valle Grindelia et ad occasum valle Kienthal terminata, austrum versus immensis molibus glacialibus, quarum praecipua Tschingelgletscher dicitur, clausa est. Abhinc septentrionem semper petit, et ad vicum Zweylütschenen cum valle Grindelia confluit. Longitudine vix 5 l. metitur, utrinque autem inter altissimos montes valde coarctata est. Eam integram torrens Lütschine (die weisse Lütschine) percurrit; praeter hunc fere 50 rivulis multas insignes cataractas efficientibus irrigatur: quarum pulcherrima celeberrimis, quas tota possidet Helvetia, meritissime adnumeranda, paulo supra pagum Lauterbrunnen a rivo Staubbach ex rupium pariete, ultra 780 p. alto, ad perpendiculum aquas praecipitante formatur. Undae eius ingenti fragore cadentes demum in magnam vaporum nubem sub solis radiis, praecipue ad eius ortum, magnificum arcum irideum exhibentem, penitus resolvuntur. Vicus Lauterbrunnen 2150 p. s. m. elevatus est. Aestivo tempore aër in ista valle per diem calidissimus est, sed sub vespero quotidie insigniter refrigeratur. Per mensem Iulium sol tantum hora septima, hieme autem nonnisi meridie oritur. *Cerasus* tamen et *Prunus pyramidalis* DC. (Zwetschgenbaum) fructus ad maturitatem perducunt; sed *Iuglans* utpote frigoris magis impatiens, vix feliciter coli potest. Incolae ex armentis pecudibusque praecipuum victum quaerunt. Fodinae metalliferae, unde ferrum et plumbum olim extrahebantur, demum fere exhaustae, anno 1805 desertae fuerunt. Ad pontem prope vicum Lauterbrunnen omnis amoenissima vallis pulchre prospicitur. In eius summa parte montis Breithorn, 11691 p. s. m. elevati, radicibus subjecta, splendida cataracta rivi Schmadribach procul micat. Sed operae pretium est eam cominus contemplari. Praeter illam celeberrimam, cuius

mentionem fecimus, torrens Staubbach alteram quoque elegantissimam in montibus valli impendentibus efficit, ad quam intra sesquihoram via neutiquam periculosa ducit. Inter spectatorem undamque cadivam spelunca parum profunda aperitur; supra hanc rivus in duos ramos divisus quasi duo vela etiam iridis imaginem per quasdam diei horas referentia pandit. Profunda vallis pedibus subiecta, et e regione spectatoris altissimus mons Jungfrau adparent. Denique parvus vicus alpestris Mürren, 5156 p. s. m. elevatus ad clivum prominentem, pinguibus pascuis laetum, irriguum, sed arboribus denudatum situs, etiam visitari meretur. Pauperes incolae *Solanum tuberosum*, *Brassicam*, *Hordeum Linum*que colunt. A pago Lauterbrunnen 3 fere leucis distat. Nostris temporibus hancce amoenissimam vallem botanici fortasse nimis neglexerunt: montes enim eius altissimi multis locis gelu nivibusque perennibus horrentes, haud parcam messem polliceri videntur. In ipsa valle eique vicinis montibus hucusque observatae fuerunt: *Alnus incana* Willd. (inter vicum et Zweylütschinen), *Draba sclerophylla* N. β *laxior* (in pulchro M. Suleck prope ingressum vallis eique et valleculae Saxeten interposito), *Festuca decolorans* M. et K. (diu perperam pro *F. laxa* Host habita; eam ad cataractam Staubbach primus detexit Cl. Seringe, ac denuo recognovit amiciss. Hornung; rarissima stirps, alibi nondum rite observata), *Gentiana asclepiadea*, *Imperatoria Ostruthium*, *Iuncus filiformis*, *Oxytropis sordida* DC. (*Astragalus* Willd.; planta omnium rarissima, nec hucusque nisi in Europa borea-occidentali visa, nuper in valle glaciali altissimaque Roththal montium Jungfrau et Mönch scopulis subiecta ad fere decem millia pedum s. m. lecta est; V. Fl. helv. VI in suppl.), *Poa distichophylla* N. (ad cataractam Staubbach), *Rubus saxatilis*, *Sempervivum hirtum* Sut. (ad Sichellauinen; suspecta planta, nobis ignota, autoptis utique commendanda).

Lauvina. V. Lauenen.

Lavaraz, mons alpestris Aquileiensium supra Fenalet et les Posses, in vicinia montium Bovonnaz, Surchamp et Boulaire situs. Magnam stirpium copiam gignit. Occurrunt enim: *Achillea macrophylla*, *Aconitum hebegynum* DC., *Allium Schoenoprasum β alpinum*, *Androsace alpina* N. (*Aretia* L.), *Anemone alpina β sulfurea*, *An. vernalis*, *Aquilegia alpina*, *Arabis hirsuta* Scop. (*Turritis* L.), *Ar. pumila* Wulff., *Ar. coerulea* Wulff., *Arbutus alpina*, *Calamintha alpina* Lam. (*Thymus* L.), et β flore albo, *Campanula cenisia*, *Carex capillaris*, *C. frigida* All., *C. microstyla* Gay (rarissima), *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Corydalis intermedia* Mér. (*Fumaria* Ehrh.; planta rara in eo monte frequens occurrit), *Delphinium intermedium* Ait. (*elatum* Sut.), *Draba frigida* Saut. (*dubia* Sut., *stellata* Mur.), *Empetrum nigrum*, *Epilobium alpestre* Schmidt (α foliis oppositis?), *Erigeron uniflorus*, *Eriophorum Scheuchzeri* Hoppe (*capitatum* Hoffm.), *Eryngium alpinum*, *Festuca Scheuchzeri* N. (*pulchella* Schrad.), *Globularia nudicaulis*, *Gnaphalium alpinum*, *Hedysarum obscurum*, *Hieracium blattarioides*, *H. prunellaefolium* Gouan, *Hypochoeris uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq.), *Myrrhis odorata* Scop. (*Scandix* L.), *Orchis globosa*, *Orch. viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Orobus luteus*, *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* DC. *Ox. montana* DC., *Phaca alpina* Jacq., *Ph. frigida* Jacq., *Phyteuma betonicaefolium* Vill., *Poa distichophylla* N., *Ranunculus pyrenaeus*, *Rhododendrum hirsutum*, *Salix glauca β Lapponum*, *S. hastata* (*S. Arbuscula* Sut.), *S. helvetica* Vill. (*arenaria* auctor.), *S. myrsinites*, *Thalictrum foetidum* (??), *Viola calcarata* II *caulescens* (*V. grandiflora* Sut.).

Lavey, pagulus ditionis Vaudensis, ad montium arduorum radicem, in ripa Rhodani dextra, e regione oppidi Agauni situs. Ab omnibus frequentatis viis remotus, parumque notus latitat. Plantae rariores ibi inventae: *Anemone hortensis*, *Colutea arborescens*, *Eupatorium cannabinum β integrifolium*, *Euphorbia gerar-*

diana Jacq. (*Paralias* Sut.), *Hippophaë rhamnoides*, *Or-nithogalum pyrenaicum*, *Thalictrum simplex* (le Châtel versus).

Lavigny, vicus pagi Vaudensis prope Albonam, trans rivum eiusdem nominis (l'Aubonne), infra St.-Livre, ad viam stratam, a Romanis exstructam, quae vulgo dicitur chemin de Létraz, situs. Ad sepes in ipso pago vegetat *Rubia tinctorum*, in arvis *Antirrhinum Orontium*, Albonam versus *Impatiens Noli tangere.*

Lax, pagus Valesiae superioris in decuria Gombsensi, inter Monasterium (Münster) et Natriam, ad Rhodani ripam dextram situs. Infra istum vicum iugorum australis et borealis montes adeo appropinquantur, ut fluminis alveus inter rupium arduarum fauces insigniter coarctatus sit. Occurrunt: *Echinospermum deflexum* Sw. (in sylva ad rupium pedem), *Fedia dentata β gracilis* et *γ eriosperma* (inter Lax et Morel).

Legerius mons. V. Lägerberg.

Legnone. V. Larius lacus.

Leitern, clivus montanus praeruptus in torrentis Dalae ripa dextra, vicis Valesiae superioris Varonae et Index impendens. In eo tractu ab Hallero indicantur: *Cherleria sedoides*, *Pedicularis versicolor* Wbg. (*flammea* Sut.); in sylva inferiori vicis illis proxima: *Allium carinatum*, *Euphrasia viscosa.* Num ad eundem clivum mons Leiterberg, ubi etiam, Hallero teste, provenit *Thalictrum foetidum* DC., pertineat, ignoramus.

Lemanus lacus (lac Léman, lac de Genève, germ. Genfersee), ab oriente ad austro-occasum 18 l. longus; inter Rotulum et Thonon fere 4 l. latus, 1151 p. s. m. elevatus, et ad saxorum parietes prope Meillerie ripis eius impendentes 950 p. profundus est. Aqua lacus per totum annum ad altitudinem 150 p. et ultra usque ad imum fundum 4 ½ — 4 ¾ gradus thermometri Reaumuriani exhibet. Forma eius ad lunae crescentis accedit, cuius maior arcus, ripam dextram

complectens, ad boream protensus fere integer in Vaudensi ditione comprehenditur. Minorem seu meridionalem, ripam scilicet sinistram efficientem, parvus Valesiae tractus pertingit; maxima eius ripae pars in Sabaudia sita est; denique pagus Genevensis utriusque littoris extremitatem imam complectitur. Ibi ad austro-occasum sensim conversus, inter ripas valde coarctatur, cum contra prope caput ad finem orientalem insigniter dilatetur. Ut reliqui Helvetiae lacus, qui potissimum a nivium moliumque glacialium, quibus Alpes nostrae rigent, deliquio sustentantur, Lemanus per summam aestatem incrementum capit, tuncque superficies eius nonnunquam sex pedibus elevatur. Subinde etiam, saltem prope urbem Genevam, aquae eius subito intumescunt et extolluntur, atque mox rursus ad elevationem suam solitam residunt: quem aestum ab accolis nomine S e i c h e s notum, hucusque viri rerum naturalium periti explicare frustra tentasse videntur.

Praeter Rhodanum, qui inter Pennilucum et le Boveret in Lemanum sese effundit, et Genevae eum rursus deserit, lacus noster 40 fere rivorum majorum minorumve aquis sustentatur; eorum praecipui sunt Venovia (la Venoge), inter Lausannam Morgiasque, et Druentia (la Dranse), inter Thonon et Evian ripas eius adtingentes. Optimos quidem pisces, ut Tructas lacustres delicatissimas, Lucios ingentes, Thymallos (Ombre-chevalier vel Umble-chevalier), Cyprinos (duntaxat in fundis lutosis prope Pennilucum, Percas, Lotas (germ. Quappen, in Helv. Lotten, Trüschen) etc. alit, sed ob nimium piscatorum numerum pisces indies rarescere incipiunt.

Nemo fere nescit Lemanum omnium consensu inter pulcherrimos Europae lacus recenseri, ut etiam multi huic nostro prae omnibus helveticis palmam concedant.

Insularum decore quidem caret; ripae eius non ubique ut Larii littora architecturae monumentis splendidisque villis superbiunt, nec ut lacus Tigurini innu-

meras habitationes in amoenissimis collibus undique sparsas exhibent. Sed Lemani adspectus maiestate propria gaudet, ut non raro nubibus extrema littora montesque remotos recondentibus, oceani speciem non male referat. Magnam etiam prospectuum varietatem oculis offert. Genevae inter approximatas ripas, ornatissimas quidem, elegantissimisque praediis decoratas insigniter angustatus, Tigurino Larioque similis est. Prope Nevidunum, ad sesquileucam latus, montibus mitioribus modicae altitudinis subiectus, scenam fere Italicam ac vere pictoriam exhibet. Sed Lausannae et praesertim Vivisci, Alpium scopulis minacibus molibusque stupendis circumdatus, nescio quam admirationem profundam religiosamque, sed amoenissimo ripae helveticae adspectu suave temperatam, animo imprimit. Inter omnes quoque convenit littora borealia urbium, pagorum villarumque pulchritudine ac numero, ut et campis nec non vinetis melius et diligentius excultis australi ripae praeponenda esse; ob nimiam lacus latitudinem nostra pulcherrima regio, ex opposita ora spectata, non satis distincte recognosci potest, ideoque venustate nativa quadantenus destituta videtur. Praeterea montis Iurae iugum procul molem subcoeruleam et fere ubique sibi similem ostendit, dum Alpes superbae formarum pulcherrimarum summam varietatem exhibent. Idcirco omni sane respectu felicissimum nostrum littus Sabaudo longe praestat. Lemanum naves nonnisi rarae frequentant: quod sane dolendum, nam scapharum, quibus nautae et piscatores utuntur, formae variae ac praesertim maiorum duo ampla vela triangularia gratissimum adspectum praebent. Ceterum per bonam anni tempestatem a pulcherrimis navigiis, omnibus vitae commoditatibus large instructis, quas aquae ebullientis vapores agitant, lacus quotidie, nec raro integer intra 7—8 horas percurritur. Quo iucundissimo traiectu permulti viatores ripam utramque, sed praecipue dextram s. helveticam commodissime contemplantur, multasque scenas antea plerisque paene incognitas detegunt.

Littora Lemani stirpesrariores, quarum nonnullae, ut *Ptychotis heterophylla* Koch (*Seseli saxifragum* L. *Aethusa Bunias* Murr.), *Scirpus Holoschoenus*, *Sc. supinus*, *Sium repens* L. fil. in Helvetia alibi non inveniuntur, possident. Passim nempe prope lacum occurrunt: *Aira caespitosa β littoralis*, *Allium Schoenoprasum α lacustre*, *Arundo Pseudo-Phragmites* Hall. fil., *Carex nitida* Host, *C. Oederi* Schkuhr, *Cervaria Oreoselinum* N. (*Athamanta* L.), *Chlora perfoliata*, *Cyclamen hederaefolium* Ait. (ad Rhodani ripas haud procul ab ostio), *Elatine Hydropiper β* (*El. hexandra* DC.), *Epilobium Dodonaei* Vill. *α erectum*, *Eryngium campestre* (locis incultis), *Festuca glauca*, *F. rubra* VII *duriuscula*, *Galeopsis Ladanum*, *Gratiola officinalis*, *Heliotropium europaeum*, *Littorella lacustris* (Neviduni et circa St.-Sulpy), *Melica ciliata*, *Mentha hirsuta ξ* (*M. sativa* L.), *Ornithopus perpusillus* (??), *Poa airoides* Koel. (*Aira aquatica* L.), *P. pilosa*, *Potamogeton crispus*, *P. heterophyllus* Schreb., *P. lucens*, *P. pectinatus*, *P. perfoliatus*, *P. pusillus*, *Prunus caproniana* N. (*Cerasus* DC.), *Ranunculus reptans*, *R. sceleratus*, *Scabiosa Columbaria ε pachyphylla*, *Scirpus acicularis*, *Sc. triqueter*, *Sc. uniglumis* Link *β arenarius*, *Sium repens* L. fil., *Solanum Dulcamara γ pubescens*, *Triticum intermedium* Host, *Utricularia maior*.

L e n s, magnus vicus Valesiacus in decuria Siderana pulchro colli ripae fluminis dextrae insidens. Inde amoenissimus prospectus partis mediae vallis Rhodani. Ista regio sub mitissimo coelo iacet pulchrisque stirpibus abundat. Occurrunt nempe: *Carex ericetorum* Poll. (*ciliata* Willd.), *Centaurea Crupina* (prope Masembros), *Chrysanthemum corymbosum*, *Poa aspera* N. (*caesia* Sm.), *Stellera Passerina* (Sideram versus). — In M. Cran supra Lens: *Allium arenarium*, *Gentiana Pneumonanthe*, *Hieracium montanum* Jacq. (*Hypochoeris pontana* L.), *Hypochoeris maculata*, *Laserpitium latifolium*, *L. Siler*. — Inter montes Cran et Corbières: *Androsace carnea*, *Andr. obtusifolia* All., *Carex eri-*

cetorum Poll., *Genista radiata* Lam. (*Spartium* L.).— In M. Corbières: *Androsace alpina* N. (*Aretia* L.), *Apargia Taraxaci* Willd. (*Hieracium* L.), *Draba frigida* Saut. (*stellata* Mur.), *Gentiana glacialis* Abr. Thom., *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* DC., *Ox. montana* DC., *Saxifraga cernua* (ad rupium calcarearum cavernas), *Valeriana Saliunca* All. (perinde ut praecedens rarissima), *Viola cenisia.* — In Alpibus glacialibus inter montes Corbières et Gemmi sitis: *Agrostis rupestris* Willd *γ aurata* (*Avena aurata* Snt.), *Anemone baldensis*, *An. vernalis*, *Antirrhinum alpinum*, *Arenaria polygonoides* Wulff. *β nana* (?), *Aster alpinus*, *Astragalus depressus*, *Avena subspicata* Clairv. (*Aira* L.), *Draba fladnizensis* Wulff. *β minor* (*Dr. helvetica* Schl.), *Festuca varia* Haenke (?), *Gentiana glacialis* Abr. Thom., *Geum reptans*, *Iuncus Jacquini* Vill., *Potentilla minima* Hall fil., *Ranunculus glacialis*, *R. parnassifolius α*, et *β grandiflorus.*

Lenz, vicus Rhaeticus 4 l. ab urbe Curia distans, inter Parpan et Brienz situs. Ibi separantur viae ad Albulam montem et Engadinam atque in vallem Rheni posterioris Chiavennamque ducentes. Prope villam Vazerol, in huius loci vicinia, totius Rhaetiae legati anno 1472 foedus primum iureiurando sanciverunt. Incolae romanice loquuntur et catholicae fidei addicti sunt. — *Astragalus monspessulanus* et *Phyteuma Halleri* All. (*ovata* Willd.) inter Lenz et Brienz, atque *Allium Victorialis* auf dem rothen Horn, supra Brienz, occurrunt.

Lenzburg, oppidum parvum sed opulentum et concinnum, in Argoviae regione gratissima fertilissimaque, inter Suhr et Mellingen situm, ac duabus leucis Arovia distans. Proxime urbem eurum versus antiquissima Comitum Lenzburgensium ac deinde Bernensium praefectorum arx, hodie scholae in puerorum ingenuorum usum institutae sedes, ingenti rupi insidens; viae regiae Badensi impendet. Cives, toti commercio industriaeque artibus incumbentes, multas variorum

pannorum, telarum linteique fabricas possident, et prata oppidi muris affinia ad insolationem destinata, per mediam aestatem camporum nivalium speciem referunt. Plantae rariores: *Carpinus Betulus*, *Hypericum pulchrum* (in sylva, quinque stagnorum, bey den fünf Weihern, dicta, copiose), *Lepidium latifolium*, *Malva Alcea*, *Tanacetum vulgare* (ad arcis rupes frequens).

Léonard (St.-) vicus, ut perhibent, insalubris, in Valesiae mediae decuria Siderana ad viam, qua Seduno Sideram itur, situs. Regio vicina, totius fere vallis calidissima, vinum generosissimum, quod Malvasiense (Malvoisie) nuncupatur, forsan omnibus fere Valesiacis anteponendum gignit. Etiam multae calidiorum terrarum plantae ibi sponte sua proveniunt. V. gr.: *Aira praecox*, *Androsace maxima*, *Avena loeflingiana*, *Cactus opuntia*, *Eruca sativa*, *Inula Britannica*, *Polygonum lapathipolium*, *Punica Granatum*, *Ranunculus gramineus*, *Typha minima* Hoppe (Sideram versus), *Xanthium strumarium*, *Xeranthemum inapertum* Willd. (annuum Sut.).

Lepontia, Lepontina (vallis, ital. Val Leventina, germ. Livinen-Thal, gall. Val Levantine), olim ditionis Uraniensis, nunc partem occidenti-septentrionalem Ticinensis pagi constituit. Ad pedem M., Novenae (Nufenen) in Valesiae confinio ac prope Ticini principem fontem incipit, et usque ad oppidum Airolo ex occasu orientem versus porrigitur: quam totius vallis partem asperrimam ac frigidissimam, fere undique altissimis nivalibus montibus cinctam, vulgo Val Bedretto nuncupant. Deinde ad euro-austrum conversa usque ad Ticini et torrentis Brennensis (Blegno) iunctionem sese extendit. Longitudo eius 12 l. metitur; vix autem usquam ultra $1/2$ l. lata est; ceterum multae valleculae laterales cum valle principe sese coniungunt et aquarum tributum Ticino adferunt. Etiam infra Airolo Lepontiam vallem utrinque iuga Alpium quasi muro sepiunt: quorum boreale aliquot moles glaciales gerit. Pars summa eius regionis, ut iam dixi-

mus, vallem Bedretto, quacum valleculae Tremola a Ticini ramo orientali percursa, et Canaria confluunt, complectitur et usque ad magnum telonium (Dazio grande) 2868 p. s. m. sese extendit. In omni isto tractu nullae dantur arbores domesticae: cerealia nonnisi aestivalia, eaque infrequentia, coluntur, sed laetissimis pascuis fertilissimisque pratis, unde exquisitus, etsi nimis tener, caseus praeparatur, abundat. Paulo infra Dazio, per montis Platiferi scopulos pulchre minaces, ac intra angustissimas fauces natura viae, qua ad Gotthardum itur, et Ticini alveo arctissimo spatium vix sufficiens invita concedere videtur. Exinde clima mitescere coepit; arbores fructus edules proferunt, montium clivi minus praerupti vegetatione pulchriore luxuriant laetioribusque pratis ornantur. Sed prope Chironico, locum infra telonium sesquileuca distantem, via rursus, ac semper secus Ticinum, per pylas angustas, inter asperrimas rupes descendit. Quibus superatis, ac coelo felicis Ausoniae reperto, viator Castaneas ingentes, Ficus et Moros ubique videt, vallis planior latiorque evadit, et campi quotannis duplicem messem largiuntur. Hunc porro adspectum tota regio Lepontica usque ad imum terminum ostendit, ac sic deinceps Ticini ripae per reliquum eius cursum, dum prope Magadinum ad lacum Verbanum pervenit.

Incolae ex armentorum pecudumque educatione, casei praeparatione, mercium transitu, telarum textu atque venatu praecipuum victum quaerunt. Multi quoque homines, quin etiam puellae, quotannis ad quaestum faciendum peregre abeunt.

Vallis Lepontia pulchras rarasque stirpes generat; sed hucusque nonnisi pars huius regionis Ticino et viae regiae vicina rite explorata fuit, et montes absque dubio plantarum insignium feracissimi, ut et valleculae eis subiectae investigatores adhuc exspectant. Ibi intra paucas horas omnia Helvetiae botanica climata, ab imo scilicet vallis fundo, sub coelo Italico iacente, usque ad Alpium summarum glacies sempiternas, percurri

possunt. Circa stirpes indicatas V. Giornico, Faido. Infra Airolo occurrunt: *Arabis perfoliata* Lam. (*Turritis glabra* L.), *Bupleurum stellatum*, *Campanula patula*, *Carduus carlinaefolius* Lam., *Centaurea nigrescens* Willd., *Cynosurus echinatus*, *Erysimum helveticum* DC. (*Cheiranthus* Jacq.), *Herniaria glabra*, *Hieracium florentinum* All. II (*H. piloselloides* Vill., *Hippophaë rhamnoides* (ad Ticinum inter Airolo et Faido), *Senecio sylvaticus*, *S. viscosus*. — *Panicum italicum* et *P. miliaceum* in vallis regione calidiori coluntur et ad vias vulgo quasi spontane proveniunt. Generatim adhuc citantur: *Antirrhinum Bauhini* N. (*genistifolium* Sut.)?, *Artemisia campestris*, *Buphthalmum salicifolium*, *Cardamine resedifolia*, *Geranium sylvaticum*.

Létroz. V. Gueuroz.

Leuca (germ. Leuk: gall. Louësche), oppidulum Valesiae superioris, ad Rhodani ripam dextram, supra confluentem fluminis et torrentis alpestris Dalae, pulchro colli insidens, duarum arcium iam anno 1414 dirutarum pictoriis ruderibus aliisque aedificiis turritis eminus insigne. Inde intra 4 horas ad eiusdem nominis thermas pervenitur. Regio Leucensis ad Valesiae calidiores partes pertinet. Vineae vinum generosum producunt; incolae *Crocum sativum* colunt, et multae pulchrae plantae ibi inventae sunt. V. gr.: *Artemisia vallesiaca* All. (versus Gundes), *Astragalus Onobrychis* (prope la Souste e regione oppidi), *Chenopodium Botrys* (Sideram versus), *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* Sut.), *Erysimum helveticum* DC. (*Cheiranthus* Jacq.), *Gnaphalium luteo-album*, *Hieracium florentinum* All. II. (*H. piloselloides* Vill.), *Ononis Columnae* All. (*minutissima* Sut.), *Oxytropis pilosa* DC. (*Astragalus* L.), *Podospermum muricatum* DC. (*Scorzonera laciniata* auct.), *Rhus Cotinus* (Campel versus), *Rubia tinctorum*, *Tragopogon maior* Hoffm., *Xeranthemum inapertum* Willd. (*annuum* Sut.).

Leucenses thermae (das Leukerbad, les bains de Louësche, apud Valesios vulgo Baden, les

Bains), ad torrentem Dalam, in vallis lateralis iugi borealis parte superiori sitae, 4 l. ab oppido Leuca distant. Thermarum vicus 4404 p. supra mare elatus, pedi meridionali montis Gemmii, praerupte adsurgentis, atque etiam ad orientem et occasum aliis altissimis montibus subiectus est. Supra thermas vallis, semper magis coarctata, ad eurum convertitur, ac denique horrendis Balmhorn scopulis, qui eam ab Oberlandia Bernensi separant, clauditur. E molibus glacialibus vicinis Dalae fontes scaturiunt.

Amoena regio laetissimis pratis pascuisque constans, clivis alpestribus, sylvis laricinis et abietinis coronatis, subiecta thermarum vicum circumdat, oculisque gratissimum spectaculum offert. Duodeni fere fontes aquas calidas Leucenses, per totam Europam meritissime celebres, largiter suppeditant. Praecipuus, fons magnus s. D. Laurentii dictus, in ampla platea, quam diversoria et balnea cingunt, ex terra erumpit. In ista aqua, cuius temperatura 41 ½ graduum R. est, ova facile coquuntur, et numi argentei per aliquot horas fonti immersi colore aureo tinguntur. Eam ceterum homines ex terra scaturientem absque omni damno sorbent. Limpidissima inodoraque est, ac, etsi vapore sulphureo leniter infecta, proprio sapore caret. Fons iste tria praecipua balnea sustentat. Supra vicum in pratis, iuxta Dalae ripas, inter alios rivos frigidos, aliquot fontes aquae calidae, quos ex denso vapore eos circumvolitante facile discernere possis, undique defluunt. Quorum unus ab incolis fons vomitorius (Kotzquelle s. Kotzgülle), quia nauseam ciet, satis rustice dicitur.

Singula balnea quatuor immensis labris, aqua ad temperaturam 25—28 graduum reducta plenis, quae duo meatus in medio sese ad angulum rectum secantes dividunt, constant. In eis magnis soliis, tempestate balneis apta, quotidie 30—40 aegri, cuiusvis aetatis sexusque, promiscue balneo utuntur, et primum nonnisi per semihoram, demum autem scilicet usque

ad humorum eruptionem, quae tandem thermarum virtute mirabili excitatur, per 8—10 horas in aqua sedent, taediumque tam longae sessionis colloquiis, iocis variisque ludis dissipare conantur. Dantur etiam camerae privatis soliis instructae, ubi aegri, quibus usus balneorum publicus displicet, lavari possunt. Ceterum etiam per lotionis tempus aquam calidam aosidue bibere solent. Praecipuo utilitas aquarum Leucensium ad balnea adhibitarum in morbis cutaneis inveteratis, et ad sanguinis corrupti purgationem, potu autem sumptarum adversus stomachi abdominisque infirmitates percipitur. Viribus tantis pollent adeoque celebres sunt, ut, licet thermarum accessus propter vias arduas, quas rhedae aliaque eiusdem generis vehicula vix ac ne vix percurrere possunt, undique difficilis sit, quotannis in hunc Alpium angulum frequentissimi hospites haud solum ex Helvetiae singulis pagis, sed ex multis totius Europae partibus adfluant.

Alpes vallesque vicinae ob propriam maiestatem ac pulchras, quas exhibent scenas, viatorum attentionem merentur, et scientiarum naturalium amici, qui per aliquot hebdomades in thermarum vico commorantur, ibi multas observationes instituere amplumque ex thesauris, quos rerum alma mater per hos montes benigna manu sparsit, fructum colligere possunt. Montem Gemmi validiores thermarum hospites, sic et Dalae vallis partem summam usque ad glacies aeternas, unde torrens originem habet, (in itinere non paucae rivorum cataractae rupestresque speluncae occurrunt) visitare solent. Montis Cherbenon (Tzermenona) vertex, Gemmii Dauba (cacumine) multo altior, intra sesquihorae spatium per alpem Torrent conscenditur. Ibi Alpium iugum utrumque, australe scilicet a summo Montblanc usque ad Sylvium et Sempronium, boreale autem a Gemmio usque ad giganteum Finsteraarhorn, Dalae fauces horrendae, magna Valesiae pars et Rhodani cursus per 20 fere leucas incomparabile praebent spectaculum. Ad pagulum Albinnen summis clivi orientalis

rupibus, nidi cujusdam instar, insidentem a thermarum vico nonnisi longo gyro per alpestria pascua, aut multo citius 6—8 altarum scalarum superpositarum et rupibus praeruptis adfixarum ope pervenitur.

Ex Rhodani littoribus duplex via, ab oppido nempe Leuca, quae nunc usitatissima est, aut in Dalae ripa opposita a magno pago Sidera per Varonam, ad thermas viatores ducit. Supra Varonam, ad illas fauces terrificas, quibus ibi Dalae vallis coarctatur, in rupium praeruptarum pariete magnis impensis semita excisa est. Ad eius xysti, quem incolae la Galerie nominant, extremitatem, supra profundum praecipitium exstantem, longa Rhodani vallis, innumeris oppidis, vicis, turribus, templis, sacellis, arcium dirutarum reliquiis ornata, vitibus arboribusque domesticis undique consita, arvis fertilibus ditata, clivis Alpium rupestribus eorumque nemoribus horrentibus subiecta, ab Octoduro usque ad Vispam panditur et prospectum pulcherrimum oculis offert.

Tota Dalae vallis, sed praesertim Alpes eam claudentes ac cingentes botanicis peramplam messem suppeditant. Circa thermas et in earum vicinia occurrunt: *Achillea nana*, *Androsace obtusifolia* All., *Anthericum Liliastrum*, *Aquilegia alpina* (beym Wolfspfad), *Arbutus alpina*, *Asperugo procumbens* (ad tuguria alpina orientem versus), *Astrantia maior* (circa thermarum vicum), *Betonica hirsuta* (in pascuis), *Biscutella laevigata*, *Campanula valdensis* All., *Chrysanthemum Leucanthemum* II *montanum* (in glareis supra fontes), *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.; beym Wolfspfad), *Epilobium Dodonaei* Vill. β *prostratum* (ad parvam cataractam infra thermas), *Erigeron uniflorus*, *Galium boreale*, *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Geranium lividum* L'Hér., *G. moschatum* (prope thermas), *Geum rivale* β *hybridum*, *Gnaphalium luteo-album* (circa fontem balnei Heilbad), *Hieracium blattarioides*, *H. grandiflorum* All., *Hypericum dubium* Leers, *Lapsana foetida* All. (*Hyoseris* L.), *Lathyrus heterophyllus*,

Linum montanum Schl. (*alpinum* Sut.), *Lonicera nigra*, *Malva moschata*, *Onobrychis vulgaris* N. *α* (*On. montana* DC.), *Ononis rotundifolia* (supra thermas ad occasum), *Orchis albida* All. (*Satyrium* L.), *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* DC., *Ox. montana* DC., *Ox. pilosa* DC., *Pedicularis adscendens* Schl., *Phyteuma hemisphaericum*, *Ph. Halleri* All. (*ovata* Willd.), *Plantago montana* Lam. *β holosericea* N. (prope lupi semitam, alibi nondum visa), *Pinus cembra* (?? supra thermas citata), *Potentilla aurea* (*P. Halleri* Ser.), *P. grandiflora*, *Pyrola uniflora* (ad Gemmii radices), *Rhamnus pumilus*, *Rhododendrum hirsutum* (beym Wolfspfad), *Ribes alpinum*, *Rosa villosa*, *Saxifraga aizoides* (*autumnalis* Sut.), et *β* floribus aurantiacis, *S. cuneifolia*, *Senecio viscosus*, *Silene noctiflora*, *Thalictrum minus*, *Thesium alpinum* (supra thermas orientem versus), *Trifolium alpinum* (in Alpibus vicinis), *Tr. badium* Schreb. (*spadiceum* Sut.), *Tr. pratense ε obesum*, *Tussilago alpina*, *Veronica fruticulosa*, *V. saxatilis* L. fil. (in Alpibus editis), *V. Teucrium* II *Vahlii*, *Viola tricolor* I *subalpina*. — V. Gemmi, Lens, Leuca, Lötschthal, Torrent, Tzermenonaz.

Leufelfingen, vicus pagi Basileensis, ad pedem borealem minoris Hauenstein, in regione pascuis laetissimis potissimum constante. Magnum ex suis pecoribus quaestum faciunt incolae. Ibi observatum est *Eriophorum gracile* Koch (*triquetrum* Hoppe; inter L. et Dietisperg).

Leysin, vicus alpestris ditionis Vaudensis, 2724 p. s. Lemanum s. 3875 p. s. m. elatus, inter Aquileiam et Ormond-dessous s. le Sepey situs. In viciniae sylvis antiquissimis, Abietibusque pulcherrimis constantibus, stirpes rarae occurrunt, inter quas recensentur: *Epipogium Gmelini* N. (*Satyrium Epipogium* L.), *Salvia verticillata* (in ipso pago), *Scabiosa alpina*, *Sisymbrium Sophia*, *Sonchus Plumieri*, *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis* L.), *Tozzia alpina*.

Leytron, vicus Valesiae inferioris, ad viam dimi-

diam inter Sedunum et Octodurum, atque ad ripam dextram Rhodani situs. Ibi occurrunt: *Acer opulifolium* Vill., *Adonis autumnalis*, *Astragalus aristatus* L'Hér. (*Astr. Tragacantha* Sut.), *Isatis tinctoria*, *Lathraea Squamaria*, *Veronica praecox* All.

Liddes, vicus subalpestris Valesiae inferioris, in valle Entremont, qua ad Penninum montem adscenditur, paulo supra Orsières et infra St.-Pierre situs. Ibi iam multae alpinae aliaeque rariores inveniuntur stirpes, v. gr.: *Astragalus Onobrychis*, *Brassica campestris* DC. A *oleifera*, *Campanula spicata*, *Caucalis grandiflora*, *Chrysanthemum inodorum*, *Cynosurus echinatus*, *Epilobium Dodonaei* Vill. (à la Monnaie), *Geranium lividum* L'Hér. (supra vicum), *Lactuca Scariola*, *Orobus luteus*, *Scutellaria alpina*, *Vicia onobrychioides* (St.-Pierre versus).

Liestal, oppidulum pagi Basileensis, ad iunctionem viarum ex utroque monte Hauenstein Basileam ducentium situm ac fere 2 l. ab ea urbe distans. Plantae citatae: *Anthericum Liliago*, *Avena fatua*, *Av. nuda* (passim colitur), *Leucoium vernum*, *Melittis Melissophyllum*, *Narcissus Pseudo-Narcissus*, *Nigella arvensis* (rara), *Ornithogalum umbellatum*, *Paeonia officinalis* Retz, *Physalis Alkekengi*, *Scilla bifolia.*

Ligerz (gall. Gléresse), pulcher vicus ditionis Bernensis, ad ripam borealem Biennensis lacus, inter Neuveville et Twann, e regione Petrinsulae situs. Regio vicina, Iurae pedi australi subiecta, amoenissima est, pulchrisque collibus vite consitis constat. Incolae germanice et gallice loquuntur, nam tum in schola, tum in templo utraque lingua usitata est. Ibi occurrunt: *Caucalis daucoides* (inter Twann et Diesse), *Polygonum amphibium β terrestre* (in vineis).

Lignerolles. V. Suchet.

Limagus, pulcher fluvius aquis Tigurini lacus, quem Turici relinquit, conflatus. Exinde pulchram fertilemque vallem sui nominis percurrit, prope Badam, inter montes Legerium et Heitersperg coarcta-

tus, partem euro-borealem Argoviae irrigat, et infra Brugg ad antiquam Vindonissam cum Arola confluit. Cursus eius borea-occasum semper petens rapidus est, ut navigatio non omnino periculis careat. Accolae ad eam scaphis praelongis angustisque uti solent. Pisces multos, praesertim Salmones anguillasque alit. V. Tigurum.

Linières (Lignières). V. Chasseral.

Lintha, fluvius pagorum Glaronensis et Sangallensis. In summa valle Linththal, quae illius pagi partem australiorem efficit, ad pedem editissimorum montium Dödi et Kistenberg oritur, atque ex tribus alpestribus torrentibus (Oberstaffel-, Sand- et Limmernbach) conflatus est. Inde, boream potissimum petens, per totum Glaronensium agrum usque ad lacum Riparium descendit, quocum paulo supra Vesenam sese permiscet; Vesenae lacum istum rursus deserit, atque ad borea-occasum conversus, inter pagum Sangallensem atque Glaronensium et Suitensium ditionem limites efficit, dum paulo supra Schmerikon, ad arcem Grynau, in lacum superiorem Tigurinum effunditur. Lintha, antequam ad lacum Riparium perveniat, torrens est impetuosus, valde rapidus, et per imbres ingentes ac subitum nivium alpestrium glacieique deliquium in immensum auctus, magnam diramque stragem edens. Omnes Glaronensis pagi aquas ac rivos, quorum torrentes vallium Sernfthal et Kloenthal praecipui sunt, secum educit. Inter lacum Riparium et Tigurinum cursu placidiori fluens, navigabilis tandem evadit.

Ante hoc nostrum seculum Lintha nondum in lacum Riparium sese effundebat; amnis Vesenae istum lacum relinquens, lentissimus ac fere stagnans, nomine Mag notus erat. Eum impetuosa Lintha prope pontem Lateritium (Ziegelbrück) $1/2$ fere l. infra Vesenam adtingebat, atque cursu rapidissimo deturbabat, et praecipue arena, terra detritisque schistis alpestribus, quas secum trahit, alveum eius obstruebat, ut Magiae aquae per magnas procellas saepius lacum versus

refluerent, ac totam regionem inundarent. Unde factum est ut lacus tum in regione Vesenae proxima, tum prope Wallenstadt ultra ripas pristinas progressus, multas terras fertiles invaserit, et praeterea ad Magiae ripas tractus immensi olim agris pratisque constantes, in paludes sterilissimas ac summopere insalubres conversi fuerint. Malum, cui in principio facillime obstari potuisset, diu neglectum, in dies crescebat, et nisi tandem ei medela adlata fuisset, omnis ager inter duos lacus contentus post paucos annos moestissimam foedissimamque solitudinem oculis obtulisset. Denique anno 1807 serenissima civitatum Helvetiae foederatarum comitia tantae cladi viribus iunctis fortiter obsistere decreverunt, atque immortalis Conradi Escheri consilio, ingenio operaque prope Mollis pulcherrimus canalis apertus est, per quem, deserto pristino alveo, Lintha nunc post integram leucam in lacum Riparium pervenit. Praeterea Linthae inter utrumque lacum alveus, ante vadosus valdeque sinuosus, profundior rectiorque factus, ac validissimus aggeribus, ubi necessarium erat, munitus est. Iam anno 1822 istud egregium et honorificum opus, cuius impensa fere decies centenorum millium francorum summam efficiebat, peractum fuit. Quo sibi Escherus, morte sub idem pene tempus patriae, amicis scientiisque naturalibus, quae unius viri gloriae iam suffecissent, ereptus, monumentum aere perennius posuit. Glareae et paludes exsiccatae, quae eodem anno 1822 in solum culturae aptum convertendae erant, superficie centenarum millium orgyarum quadratarum constabant; ad id propositum consequendum, post annos illos famis, qua tota Helvetia et speciatim pagus Glaronensis gravissime laboraverat, colonia ad Linthae ripas condita est, quae multos miserrimos cives morti eripuit. Deinde autem, hac colonia rursus dissipata, optimi viri, huic beneficentiae operi addicti, scholam instituerunt, ubi pauperes pueri religione et omnibus ad agriculturam necessariis artibus imbuuntur.

Paludes Linthae stirpibus rarioribus abundant. Ibi

observatae fuerunt: *Acorus Calamus*, *Carex filiformis*, *Ranunculus Flammula*, *R. Lingua*, *Scirpus mucronatus*. V. Bilten, Mollis, Wesen, Wallenstadt, Riparius lacus.

Linththal, magna vallis pagi Glaronensis, ad austrum montibus Ködi, Kistenberg et Alpibus Claridis clausa, secus Lintham, quae eam integram percurrit, usque ad vicum Schwanden, ubi cum Sernftae valle confluit, extenditur. Longitudine saltem leucas decem metiri debet. Pars eius summa regio est alpestris et valde elata, quam undique Alpium moles horrendae circumdant. Ad eam pertinet locus 1 ½ l. supra vicum Linththal situs, ubi pons celebris lapideus, cui nomen Pantenbrücke, Linthae impositus unoque arcu constans, praecipitio 196 p. alto impendet. Semita per aestatem haud incommoda, pontem istum traiiciens, viatores a pago Linththal supra M. Limmern-Alp in magnam Rheni anterioris vallem et Curiam ducit. Tota vallis Linththal pulchris sylvis, pascuis laetissimisque pratis ditissima est. Incolae tamen, quorum permulti industriae artibus ac fabricae incumbunt, sub nostri seculi initio, gravia paupertatis mala perpetiebantur. Vicus magnus Linththal, paulo supra mediam vallem, ad viam, qua per Alpes Claridas in Uraniensium regionem subalpinam, Schächenthal dictam, itur, situs est. Circa hunc vicum occurrit *Malaxis monophyllos* Sw. (*Ophrys* L., planta per Helvetiam rarissima). Ceterum adhuc citantur: *Achillea macrophylla*, *Carduus acanthoides* DC., *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* auct., prope pontem Pantenbrücke), *Thalictrum aquilegifolium*.

Lioson, mons editus, pagi Vaudensis, inter valles alpinas des Mosses et Ormond-dessus sese extollens. In eius cacumine valles istae, ut et montes contigui, v. gr. Tours d'Ay et de Mayen, Floriettaz, Rübli, etc. atque propius pulcher Prapioz in latere opposito Ormondiae superioris situs, cui moles glacialis adhaeret, grato sunt spectaculo. Infra verticem ad

clivum borealem supra les Mosses et prope casas pastorias invenitur amoenissimus lacus, cuius unda pura limpidaque montes vicinos nitidissime reflectit. Tum eius ripae, tum ipse Lioson, pulchras stirpes alunt. In cacumine leguntur: *Achillea atrata*, *Ach. macrophylla*, *Aquilegia alpina*, *Arabis bellidifolia* Jacq., *Artemisia Mutellina* Vill., *Bupleurum ranunculoides*, *Cardamine bellidifolia*, *Carex foetida* All., *Delphinium intermidium* Ait., *Euphrasia alpina* DC., *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Hieracium montanum* Jacq. (*Hypochoeris pontana* L.), *Kobresia scirpina* Willd., *Oxytropis montana* DC. (*Astragalus* L.), *Phaca alpina* Jacq., *Ph. australis*, *Poa distichophylla* N. (ibi speciosum hocce Gramen primum inveni descripsique), *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Sm. Ser.). — Ad lacum, cuius littora rupium fragmentis, pulchro *Muscorum* tapete laetoque *Rhododendro* vestitis, obsita sunt: *Campanula Allionii* Vill. (?), *Iuncus triglumis*, *Potentilla frigida* Vill. — In Alpibus crescit utraque *Veratri albi* forma, sc. I *virescens* (*V. lobelianum* Bernh.), et II *albicans*. V. Mosses (Les), Ormond.

Locarnum (Locarno, germ. Luggarus), oppidum pagi Ticinensis, ad ripam dextram summi lacus Verbani situm. Locarni, Bellinzonae et Lugani, vicibus alternis, principes totius reipublicae magistratus sedem habent. Haud procul ab amnis Maggiae ostio distans, et montium pedi australi subiectum, oppidum istud climate mitissimo gaudet, ut iam martio mense vernalis Favonii benigno halitu flores undique rideant, et campi quotannis duplicem messem colonis largiantur. In regione vicina, priscorum Italorum more, Vitis altae Ulmo vulgo maritatur. Montium pedem ubique ingentes Castaneae sylvae obsident et passim ad lacus rupes stat felix Olea. Ager Locarnensis excursionibus gratissimis undique patet: ad monasterium B. Virginis Saxi (la Madonna del Sasso) prope oppidum, lacus et amoena eius littora pulchrum efficiunt prospectum. Ad pontem Brollae, qua per

fauces arctas in Maggiae vallem penetratur, vegetationis vigorem, naturae incultae sibique relictae venustatem, atque scenam jucundissimam eminus contemplari licet. Ad locum Tenero dictum, Bellinzonam versus situm, pars superior Verbani, seu lacus Locarnensis usque ad Pini saxum (Sasso del pino) commode prospicitur; nec procul, scilicet ad vallis Verzascae ingressum, adspectus pontis agrestis animum, nescio quo horroris sensu, adficit. Valles Onsernone et Centovalli, naturae amicorum attentione dignae, etiam prope Locarnum aperiuntur.

Totus hic terrarum tractus, sub coelo italico positus soloque fertilissimo gaudens, dulces botanophilis thesauros largitur. Praesertim a Cl. Schleicher sedulo investigatus ei perpulchras stirpes, quarum nonnullae in Helvetia nondum lectae fuerant, suppeditavit. Praecipuae sunt: *Carex pilulifera*, *Cervaria alsatica* N. (*Peucedanum* L.) β *albiflora*, *Dianthus collinus* α fl. helv. (*polystachyus* Schl., *collinus* Rchb.), *Diospyrus Lotus*, *Filago montana*, *Gladiolus italicus* N. (in agris), *Helianthemum apenninum* DC. (*Cistus* Sut.), *Olea europaea*, *Oxalis repens*, *Paeonia officinalis*, *Panicum undulatifolium* Ard., *Peplis Portula*, *Poa pilosa*, *Potentilla alba*, *Pulicaria vulgaris* Gaertn. (*Inula Pulicaria* L.), *Scabiosa graminifolia*, *Schoenus fuscus*, *Scirpus mucronatus*, *Triticum Halleri* Viv. (*tenellum* Sut.), *Vicia sativa* III *luganensis*. — Prope Canobbio: *Osmunda regalis*. — Inter Canobbio et Ascona: *Cactus Opuntia*, *Cervaria alsatica* N. β *albiflora* (*Selinum venetum* Spreng.), *Iasminum officinale*, *Olea europaea*.

Locle (Le), oppidum pulchrum ditissimumque vallium iuranarum Neocomensis pagi, prope Galliae limites, ad austro-occasum ditionis Chaux-de-Fonds situm est, et ab eius nominis emporio 2 l. distat. Vallis, ad quam pertinet, 2 ½ l. longa atque unam l. lata, undique montibus, collibus aggeribusque cingitur ut aquae eius nullum exitum naturalem invenientes, sub terram et per rupium imum vallis solum efficientium

rimas sese subducere cogantur. Sed cum eiusmodi canales facile et magis magisque obturari soleant, factum est, ut pars vallis inferior demum in sterilem paludem converteretur, ac per magnos imbres subito fere tota inundaretur. Cui malo cuniculi, per magnum rupium parietem, qui vallem a vicini Dubis littore separat, excisi, ad 925 pedes longi ope remedium efficacissimum adlatum fuit, nuncque ductibus naturalibus non sufficientibus, aquae superfluae per hunc canalem subtrahuntur et ad Dubim perveniunt. In imo vallis fundo, loco, ubi aquae eius in terram defluunt, molendina mirae et ingeniosissimae fabricae, triplici artificiorum sibi superpositorum ordine constantia, exstructa fuerunt. Hic locus vix dimidia leuca ab oppido distat. Ceterum vallis rivorum ornamento caret et ob nimiam soli elevationem arborum domesticarum culturam non patitur. Hordeum et Secale passim coluntur: reliqua loca pascua prataque obtinent. Sed tota regio, quamvis natura subinamoena, habitationibus pulchrisque villis consita est. Ipsum oppidum post Neocomum et la Chaux-de-Fonds inter totius pagi urbes primum tenet locum. Supra mare 3000 p. elevatum est. Incolae artibus et ingenio pollentes, commercio fabricisque penitus dediti sunt. V. **Chaux-de-Fonds**, **Brenets**. Plantae insigniores prope molendina subterranea occurentes: *Artemisia pontica*, *Campanula latifolia*, *Cynoglossum montanum* Lam., *Narcissus poëticus*, *Phellandrium aquaticum*.

Löhr (im), nomen paludis agri Bernensis, haud procul ab urbe sitae. Ibi inveniuntur: *Andromeda polifolia*, *Comarum palustre*, *Drosera rotundifolia*, *Eriophorum vaginatum*, *Polygonum strictum* All. (*minus* Huds.), *Sagina procumbens*, *Schoenus albus*.

Lonay. V. **Morges**.

Longirod, vicus montanus pagi Vaudensis, ad dorsi Iurani Noirmont dicti pedem australem, inter Arzier et St.-Georges, ac supra Rotulum situs, 2729 p. s. m. elevatus. Arbores domesticae nonnullae ibi

coluntur; sed iam *Iuglans* languescit; *Corylus* et *Viola odorata* rarissime inveniuntur, et propter nimis longas severasque hiemes, *Triticum* aliaeque cereales plantae saepius ad maturitatem pervenire nequeunt. Regio vicina, per aestatem amoenissima, magnam pulchrorum prospectuum scenarumque varietatem exhibet. Collium vitiferarum la Côte vertex, sylvis fagineis abietinisque tectus, sese trans valleculam peramoenam Prévon-d'Avaux, quae huic vico subiecta est, extollens, partem Lemani mediam intercipit, ut lacus hinc a Neviduno usque ad urbem Genevam, et inde ab agro Morgiensi usque ad Rhodani ostium compareat. Dum ibi degebam, multas montanas plantas collegi, quarum insigniores citari merentur: *Acorus Calamus* (in plerisque rusticorum praediorum stagnis: absque dubio olim satus; fructus nunquam maturescunt), *Arabis hirsuta* Scop. (*Turritis* L.) II *incana*, et IV *glastifolia* Rchb., *Ar. perfoliata* Lam. (*Turritis glabra* L., à la colline du Signal), *Asperula arvensis*, *Aster Amellus* (supra Marchissy), *Astragalus glycyphyllos*, *Atriplex angustifolium* fructibus maximis, *Betonica officinalis γ montana*, *Camelina dentata* Pers. (*Myagrum* Willd.), *C. sativa* Crantz (*Myagrum* L.; parce; *dentata* inter *Linum* frequentissima est), *Campanula rotundifolia* floribus semiplenis, *C. Trachelium*, *C. urticifolia* Schmidt, *Carex ampullacea* Good., *Carlina acaulis*, *Caucalis daucoides*, *Chaerophyllum aureum*, *Crepis recognita* Hall. fil., *Cytisus alpinus*, *Dentaria digitata* Lam., *D. pinnata* Lam., (utraque in sylvis montanis), *Dianthus Carthusianorum*, *D. superbus*, *Digitalis grandiflora* Lam. (*ambigua* Sut.), *D. lutea* cum priori in nemoribus montanis), *Epipactis rubra* Sw. (*Serapias* L.; ad montium pedem frequens), *Fragaria collina* Ehrh. *Galium boreale*, *G. uliginosum β nanum* (paulo supra vicum, ad viam qua ad St.-Georges itur, in fossis: plantulam elegantissimam alibi nunquam vidi), *Gentiana Amarella* (*germanica* auct.), *G. lutea*, *G. verna*, *Geranium sylvaticum*, *Gnaphalium sylvaticum β angu-*

stifolium, *Hieracium fallax* Willd: *α exstolonosum*, *Iberis amara*, *Iuncus ustulatus* Hoppe (parcissime), *Laserpitium latifolium*, *Leontodon Taraxacum* II *laevigatus* (au Signal), et III *palustris*, *Lunaria rediviva* (in sylvis montanis), *Malva Alcea*, *M. moschata*, *Melilotus diffusa* Koch, *M. vulgaris* Willd. *β gigantea*, *M. hirsuta ε verticillata*, et *ι pyramidalis* (utraque prope pagum, St.-Georges versus), *M. sylvestris β gratissima*, *Neslia paniculata* DC. (*Myagrum* L.), *Orchis globosa* (in montibus editis), *Orobanche Epithymum* DC. (à la colline du signal; copiose), *Orobus tuberosus*, *Papaver Argemone*, *Peucedanum Chabraei* N. (*Selinum* L.), *Phyteuma orbiculare* II *ellipticum*, *Polygala amara β alpina*, *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Sm. Ser.; in *P. vernae* consortio), *P. intermedia* (ad lapicidinam, parcissime), *Primula farinosa* (in omnibus pratis udis), *Pyrola minor* (raro), *Ranunculus lanuginosus* (in sylvis editis), *Rhinanthus Cristagalli β glabra*, *Ribes petraeum* (in montibus vicinis), *Rosa alpina* (au Prieuré), *R. rubiginosa* (nonnisi parcissime et languescens occurrit), *R. tomentosa* Sm., *R. villosa α*, *δ nana* et *δβ* eadem flore pleno, *Scabiosa arvensis γ ochroleuca*, *δ integrifolia* et *ε flosculosa*, *Sc. sylvatica*, *Senecio Iacobaea ββ flosculosus*, *S. viscosus* (supra Outard), *Sinapis alba* (supra Prévon d'Avaux), *Sonchus arvensis*, *Spiraea Filipendula* (in quibusdam pratis frequens), *Stachys alpina* (in sylvis), *Thesium linophyllum β maius* in pratis aridis, vulgo), *Trifolium agrarium* (passim), *Tr. arvense β exiguum* (au Signal), *Tr. medium*, *Tr. procumbens* II *Schreberi*, *Triglochin palustre*, *Tussilago alba*, *Verbascum Lychnitis α* et *β* flore albo (rarius occurrens), *V. nigrum*, *Vicia dumetorum*, *V. sativa* I *obovata* Ser., *Viola tricolor* II *arvensis β*.

Lötschthal (Das), vallis Valesiae superioris, in iugo boreali sita, monti eiusdem nominis subiecta, et occidentem versus Dalae s. thermarum Leucensium valli, quam ab ea montes Torrent et Tzermenonaz

dividunt, contermina. Longitudine fere sex leucas metitur. Hucusque nonnisi rarissime a viatoribus visitata, populum moribus simplicissimis bonaque indole commendandum, sed rudem superstitionibusque obnoxium alit. Ex eius montium fodinis, saltem sub seculi proxime praeteriti fine, plumbum et aliquid argenti extrahebantur. Isti montes certe pulchris stirpibus abundant. V. Tzermenonaz, in cuius descriptione etiam mons Torrent memoratur. Hucusque, quantum novimus, mons Lötschberg, boream versus glacie nivibusque sempiternis rigens, ab herbariae rei amicis (nisi forte a Cl. Schleichero, qui inde *Potentillam niveam* retulisse dicitur) nondum exploratus est. Ad eius pedem australem certe iam *Centaurea Rhapontica* et *Cirsium heterophyllum* DC. (*Carduus* L.) occurrunt, stirpes rarissimae et amatoribus istum montem conscensuris largam pollicitantes messem. In collo quodam M. Tzermenonae et valli Lötschthal interposito lectae fuerunt: *Arabis coerulea* Wulff., *Saxifraga biflora* All. et S. *oppositifolia*. Totam vallem omnis Lonza, ex montis Lötschberg molibus glacialibus scaturiens, percurrit et prope Gampel supra Leucam in Rhodanum exoneratur. Inter Gampel et Leuk *Astragalus monspessulanus*, *Rhus Cotinus* et *Stipa pennata* frequentes reperiuntur.

Louësche. V. Leuca.

Louis (St.-). V. Hüningen.

Lowerz, vicus prope lacus eiusdem nominis caput, in pago Suitensi, ad pedem montium Regii et Ruffiberg situs. Anno 1806, die 2 septembris, ruina summarum M. Ruffi rupium, quae totam amoenissimam vallem Goldau dira strage affecerunt, etiam hunc vicum fere penitus delevit, lacus Lowertini partem occidentalem immensis fragmentis opplevit eiusque undas tam violenter perturbavit, ut ad 60 v. 70 pedes supra solitam superficiem elevarentur, ac duae parvae insulae, quae eum lacum exornant, per aliquot dies fere omnino submersae remanerent. Parvus lacus Lower-

tinus et eius insulae, quarum maior Schwanau dicitur, adspectum gratissimum valdeque pictorium exhibent. Passim ad littoris rupes provenit pulchrum *Rhododendrum ferrugineum* huc e vicino monte Regio descensum, sic et *Arabis alpina.*

Luan, mons Alpium Vaudensium, supra Aquileiam sese extollens. Ibi Halleri tempore observatae fuerunt: *Amenone alpina β sulphurea*, *Arbutus Uva-ursi*, *Centaurea montana*, *Chaerophyllum hirsutum*, *Convallaria verticillata*, *Geranium lividum* L'Hér., *Hieracium montanum* Jacq. (*Hypochoeris pontana* L.), *Lapsana foetida* All. (*Hyoseris* L.), *Orchis viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Orobus luteus*, *Pedicularis foliosa*, *Poa serotina* Ehrh. (*palustris* Sut.), *Ranunculus montanus* Willd. (*nivalis* Sut.), *Salvia verticillata*, *Scabiosa alpina*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *Vicia sylvatica.*

Lucens. V. Minidunum.

Lucerna (Luzern), urbs Helvetiae catholicae fere maxima, pagi eiusdem nominis caput, ad Ursae exitum e lacu Lucernensi, quae eam in duas inaequales partes, tribus longis pontibus rursus conjunctas, dividit, et ad istius lacus terminum borealem sita. Singulis bienniis comitiorum reipublicae foederatae Helvetiorum et eorum primariorum magistratuum sedes inter urbes Tigurum, Bernam et Lucernam alternat. Viae eius pleraeque latae, rectae bonoque pavimento stratae sunt. Aliquot spatiosae plateae eam exornant, atque earum aedes, ut et littorum et suburbiorum domus elegantia sese commendant.

In templis nonnullae visuntur peritissimorum artis magistrorum tabulae pictae. In prisco Iesuitarum collegio nunc partim scientiarum professores, partim quaedam reipublicae sectiones suam habent sedem. Curia, armamentarium, pauperum aegrorumque hospitia, orphanotrophium aliaque publica aedificia visitari merentur. In lycaeo octoni professores, in gymnasio seni theologiam, philosophiam et philologiam linguasque veteres docent. Primarias scholas optimus ac summo-

pere venerandus pater Girard, Friburgo suo a Loyolae callidis filiis extrusus, reformavit, et praecellenti disciplinae subiecit. Bibliotheca urbana pulcherrimas Felicis Balthasaris ad Helvetiae et speciatim Lucernensis reipublicae historiam geographiamque spectantes, librorum, manuscriptorum et iconum collectiones possidet; societatis amicorum litterarum (Lesegesellchaft) bibliotheca recentiorum Germanorum, Gallorum Italorumque libris ditissima est. Prisca Iesuitarum bibliotheca nunc ad lycaeum et gymnasium pertinet. In capucinorum monasterio multi ad illustrandum ecclesiae historiam veterem utilissimi libri, et apud Cl. Iost, Nager et Pfyffer (Herr Oberst Pfyffer) collectiones ad historiam naturalem spectantes servantur. In aedibus illustr. Pfyfferi (Herr General Pfyffer), anno 1802 defuncti, etiam nunc viatores pulchram tabulam anaglypticam, magnam Helvetiae centralis partem eiusque Alpes sistentem, a viro ingeniosissimo, cui eiusmodi mapparum pretiosa inventio debetur, confectam et apud bibliopolam Xaverium Meyerum maximum panorama montis Regii seu tabulam circularem, Tiguri ad imitationem operis Kelleriani pictam, hunc immensum et celeberrimum prospectum exhibentem mirantur. Qui montem istum iam conscenderunt, non sine voluptate tam fidelem imaginem magni spectaculi, quod sese eis obtulit, contemplantur eiusque memoriam renovare amant; Regium autem conscensuros huius picturae ope iam omnium, quae mox ipsi videre poterunt, notitiam praeviam sibi conquirere iuvat. Quibus denique vires, tempestas aut otium ad hoc iter conficiendum idonea deficiunt, adspectus saltem pulchri operis hoc incommodum quodam modo compensare valet. In horto Pfyfferiano, extra portam ad viam, qua Tigurum itur, a multis civibus, ex diversis Helvetiae partibus, illis fidelibus fortissimisque Helvetiis, qui decima Augusti die anno 1792 in Lutetiana strage ceciderunt, monumentum pulcherrimum erectum fuit: ibi nempe Cl. Ahorn sculptor Constantiensis ingentem leonem

(28 $1/2$ pedes longum et 18 p. altum) inter arma diffracta morientem stitit. Ursae pontes, tabulis variis pictoriis ornati, grata ambulacra praebent. Eorum longissimus 1380 pedes metitur. Ad eius medium tabula circularis, amussi mobili instructa, nomina montium, qui ad horizontem undique conspiciuntur, indicat. Ceterum proxime urbem multa sunt ambulacra, quae cum pulcherrimis ceterarum urbium nostrarum amoenitate prospectuumque magnificentia certare possunt.

Lucerna propemodum totius Helvetiae meditullium obtinet; hanc urbem, colli lento clivo adsurgenti subiectam, altorum montium ingens amphitheatrum circumdat. Ad occidentem cominus stat altus Pilatus; ad orientem paulo longius distans mons Regius imminet, atque austrum versus, iuxta et trans pulchrum lacum extenduntur nivosa Alpium centralium iuga; propius tandem multi fertiles colles villis elegantibusque praediis superbiunt. — Plantae circa Lucernam observatae: *Antirrhinum Cymbalaria*, *Asperula taurina*, *Geranium palustre*, *Helleborus viridis*, *Impatiens Nolitangere*, *Monotropa Hypopitys*, *Myriophyllum spicatum* (in lacu), *Nardus stricta*, *Pedicularis sylvatica*, *Ranunculus sceleratus* (in ipsa urbe), *Staphylea pinnata*.

Lucernensis lacus (der Vier-Waldstättersee, gall. lac des IV cantons, lac de Lucerne) in Helvetia centrali situs. Pars eius borealis fere integra ad pagum Lucernensem, reliqua autem littora ad pagos Suitensem, Uraniensem et Subsylvanum pertinent. Pedes 1368 s. mare elatus est, et aquae temperatura ad et infra 150 pedum altitudinem, testante illustr. de Saussure, 3 $6/10$ gradus R. exhibet. Formam crucis valde irregularis adfectat, cuius brachia duobus sinubus, haud procul Lucerna secedentibus, altero nempe orientali fere recto, usque ad ditionem Suitensem protenso, altero occidentali, maiore, bifurcato, inter pagum Lucernensem et Subsylvaniam patente constant. Ultra sinus istos potissimum austro-orientem petens a vico Subsylvano Kirsiten usque ad Brunnen, ditionis

Suitensis, extenditur. Per hunc tractum in ripa dextra ad limites pagorum Lucernensis et Suitensis magnum promontorium et in ripa sinistra sinum satis profundum ad vicum Subsylvanum Buochs terminatum efficit. Demum prope Brunnen, subito ad austrum conversus, undique in Uraniam penetrat, ubi inter Flüelen et Seedorf Ursa a monte Gotthardo descendens sese cum eo commiscet. Maxima eius longitudo ab Ursae ostio usque ad urbem Lucernam, 9 leucas, latitudo autem (sinubus nempe illis ab eo secedentibus non computatis) nusquam ultra unam leucam metitur. Praeter Ursam, quae eum Lucernae relinquit, aquas montium Pilati Regiique, totius Subsylvaniae, et pagi Suitensis partis occidentalis accipit: quorum rivorum praecipui sunt subsylvani Aa et Melchbach et Suitensium Muotta. Per nivium alpestrium aestivale deliquium, usque ad 5 pedes supra suam solitam superficiem elevatur.

Undique montibus alpinis circumdatus, ac multis locis minacibus scopulis altissimisque rupium parietibus, quorum radix eius imum fundum petit, subiectus, nescio qua sylvestri maiestate inter ceteros Helvetiae lacus conspicuus est, quod praecipue de sinu australi inter Brunnen et Flüelen sito intelligendum est. Sed boream versus eundo, semper semperque mitescit. Pars media colles laetis pratis pascuisque vestitos, oppidisque pulchris in utraque ripa coronatos irrigat: ac praesertim sinus boreales undique regione amoenissima circumdati sunt. Lucernae littora eius humilia villis elegantibus ac vicis inter arborum domesticarum sylvas latitantibus superbiunt, et urbis aedificia, templa turresque ex aquarum ipso sinu sese extollere videntur.

Lacus iste magnam piscium copiam alit, quorum praecipui sunt Tructae, Salmones, Siluri, Lavareti et Salvelini.

Navigationem in quibusdam partibus, ac praecipue in sinu australi, ripae praeruptae periculosam efficiunt, quia ibi nautae non multa ad appellendum idonea loca inveniunt. Idcirco antequam viatores navem con-

scendant, ab accolis signorum tempestatis peritis consilium petere debent.

Quoad rem herbariam, hucusque quantum scio, ripae huius pulchri lacus non satis diligenter exploratae sunt, quia viatores illos centralis Helvetiae pagos potius ob prospectuum magnificorum maiestatem, ac propter cupidinem populos, quibus antiqua libertas, morum simplicitas ac aliae virtutes magnam famam conquisiverunt, cognoscendi, quam botanices studio visitare solent. Utique enim pertinent ad nostrae patriae regiones, in posterum ab amabilis scientiae promotoribus sollicite peragrandas, ut tandem ad omnium thesaurorum, quos nostra possidet Flora, notitiam plenam pervenire possimus. V. Achsenberg, Altorf, Stanz, Lucerna.

Lucernensis pagus, una e maioribus Helvetiae civitatibus, in parte totius regionis centrali situs est. Ad occasum pago Bernensi, ad boream Argovia, ad orientem rursus Argovia pagisque Tugiensi et Suitensi, ad austrum Subsylvania et Bernensium ditione terminatur. Maxima eius territorii pars campis collibusque fertilissimis constat: meridiem versus, altus extollitur Pilatus, ultra quem montes ad Entlebuchiam pertinentes sese extendunt. Haec vallis, magis quam ceterae partes ad austrum protensa, obstat quin totius pagi forma ad subrotundam accedat. Eius longitudo fere 12 l., latitudo autem 10 l. metitur. Altissimi montis Lucernenses, Pilatus scilicet et Napf, Entlebuchiae imminens, infra nivium limitem continentur, sed, ut reliquum jugum huic valli contiguum, optimis pascuis abundant, ubi tempore idoneo pulcherrimi generis armenta aluntur et summam regionis istius alpestris opulentiam efficiunt. Castanea M. Regii radices amat; quin etiam in quibusdam mitiori coelo subiectis partibus Vitis colitur. Ceterum arbores pomiferae, prata pinguissimaque arva ubique fructus uberrimos largasque messes strenuis colonis suppeditant.

Incolae potius pastorali vitae ac praesertim agri-

culturae artibus, quam mercaturae et industriae sese dedunt. Merces tamen, quae viam Gotthardianam sequuntur, atque Lucernae navibus imponuntur; sic dictum expeditionis commercium promoveut. Scholae hucusque primariae nimis neglectae fuerunt, et clero nonnulli hanc tam tristem culpam tribuunt. Huic malo tamen saltem in scholis urbanis medela adlata est, et absque omni dubio cives sapientissimi et ingeniosissimi, qui nunc in reipublicae consiliis sedent, iunctis viribus tam gravi populi necessitati tandem occurrere conabuntur.

Praeter Ursam, quae Lucernae e lacu recedit, ac inde, borea-eurum petens, mox pagi terras relinquit, praecipuus amnis est Emmia minor; in summa valle Entlebuch scaturiens, eam integram ab austro ad borea-eurum percurrit, dum in planitiem pervenit, ac cursu subito mutato, orientem adfectat, et in Ursam paulo infra urbem effunditur.

Pulchra Waldstettarum s. Lucernensis lacus pars ad eum pagum pertinet; sed duo minores lacus scilicet classicus Sempacensis, infra Lucernam boream versus, et Baldeggensis, magis ad eurum situs, integri in eius ditione continentur. Quorum ultimus rivi Aa ope cum lacu Halwylensi Argoviensium communicat.

Mons Pilatus iam a botanices antiquioribus amicis sollicite exploratus fuit. V. Pilatus. Ceterae autem pagi partes usque ad nostras dies minus notae permanserunt; donec nuperrime amiciss. Krauer, huius artis professor, proprium libellum de Flora Lucernensi conscripsit, quem amatores adeant. Insigniores plantas excerpere sufficiat. Citantur a V. Cl.; *Acer campestre* (ubique), *Ac. platanoides* (in M. Bürgen et Rigi), *Ac. Pseudo-Platanus* (in dumetis ubique), *Aconitum Lycoctonum* (in montibus frequens; etiam in planitiei sylvis Rifigwald et Ripperschwand occurrit), *Ac. Napellus* (in montibus ubique), *Ac. tauricum* Willd. (in M. Nesselstock; plantam non vidi), *Allium Victorialis* (in M. Rothenhorn), *Alnus incana* Willd. (in montanis

et subalpinis), *Androsace Chamaeiasme* Bieb. (*villosa* Sut.; in Alpibus vulgo), *Anthemis Cotula* (in segetibus ubique?), *Arabis perfoliata* Lam. (*Turritis glabra* L.; passim), *Arnica montana* (in montibus ubique), *Arn. scorpioides* (in M. Rothhorn), *Asarum europaeum* (in sylvis frequens), *Aster alpinus* (in M. Rothhorn et Nesselstock), *Astragalus glycyphyllos*, *Atriplex patulum* (vulgatissimum: nonne potius *Atr. angustifolium* Sm.?), *Atropa Belladonna* (in sylvis montanis), *Betula pubescens* Ehrh. (prope lacum Mauensee, locis torfaceis), *B. viridis* Chaix (in subalpinis), *Bromus inermis* (in segetibus prope Sempach; Gramen rarissimum), *Bupleurum ranunculoides* (in M. Rothenhorn), *Cacalia albifrons* (*hirsuta* Vill.; in M. Nesselstock), *C. alpina* Jacq. (*glabra* Vill.; in omnibus montibus), *Cakile rugosa* L'Hér. (*Myagrum* L., *M. perenne* Sut.; prope Sursee), *Campanula barbata* (in omnibus montibus), *C. Cervicaria* (in montosis hinc inde), *C. persicifolia* in montanis circa Reiden et Dagmersellen); *Carduus defloratus* (in Alpibus vulgo), *C. nutans* (prope Sempach; ceterum in pagu Lucernensi rarus), *C. Personata* Jacq. (*Arctium* L.; in M. Nesselstock), *Carex alba* Scop. (in sylvis frequens), *C. ampullacea* Good., *C. brizoides* (passim), *C. curta* Good. (*canescens* Sut.; in torfaceis), *C. dioica* (prope Wauwyl), *C. elongata* (rarissima; ad lacum Rothsee et circa Rothenburg), *C. filiformis* (*lasiocarpa* Ehrh.; etiam am Rothsee et ad lacum Sempacensem), *C. humilis* Leyss. (*clandestina* Good.; inter Reiden et Dagmersellen), *C. maxima* Scop. (*pendula* Huds.), *C. ornithopoda* Willd. (*pedata* Sut.), *C. paradoxa* Willd. (ad lacum Rothsee), *C. Pseudo-Cyperus* (ibidem et prope Wauwyl), *C. pulicaris* (iisdem locis), *C. stellulata* Good. (*echinata* Sut.; passim), *C. teretiuscula* Good. (*diandra* Sut.; am Rothsee), *Carpinus Betulus* (in sylvis opacis prope Rothenburg, Sursee et alibi), *Castanea vulgaris* Lam. (circa Weggis, Vitznau et Greppen, abunde), *Caucalis daucoides* (prope Schongau, neque alibi), *C. grandiflora* (frequens,

in agris), *Ceratophyllum demersum* (parce), *Chara flexilis* (prope Roggwyl), *Circaea alpina* (in sylva Boowald prope St.-Urban), *Cirsium rigens* N. (*Carduus* Gmel.), *C. spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.; in M. Schimbrig, Nesselstock etc.), *Cladium Mariscus* R. Br. (*Schoenus* L.; ad lacus minores non rarum), *Comarum palustre*, *Conium maculatum* (prope Reiden), *Corydalis cava* Wbg. (*Fumaria* Sut., ad sepes, passim), *Danthonia decumbens* DC. (*Festuca* L.), *Dianthus Armeria* (prope Wykon), *D. deltoides* (in montanis, inter Reiden et Dagmersellen), *D. plumarius* (prope Schötz; quid sit ignoro), *Diplotaxis tenuifolia* DC. (*Sisymbrium* L.; ad arcis Wykon rudera), *Dipsacus pilosus* (circa Sursee et alibi), *Elymus europaeus* (in sylva Rifigwald), *Empetrum nigrum* (in M. Feuerstein Wbg.), *Epilobium Dodonaei* Vill. (*angustissimum* Sut.; am Sempachersee), *Ep. palustre* (in paludibus frequens?), *Ep. roseum* Schreb. (ad fossas sepesque frequens?), *Epipogium Gmelini* Rich. (*Satyrium Epipogium* L.; circa Pfaffnau), *Erinus alpinus* (in subalpinis, vulgo), *Eriophorum alpinum* (am Rothsee), *Euphorbia Esula* (prope Reiden ??), *Euonymus latifolia* Jacq. (in M. Bürgen), *Festuca sylvatica* Vill. (in M. Nesselstock)), *Fraxinus excelsior* (ubique), *Galeopsis pubescens* Bess. (*cannabina* Heg.; prope Pfaffnau), *Galium rotundifolium* (in sylvis abiegnis, frequens), *G. saxatile* Kr. (an *G. helveticum* Weig.? aut potius *G. sylvestre* Poll. II *alpestre?* in omnibus montibus), *Genista scoparia* Lam. (*Spartium* L.; in regione australi, passim), *G. tinctoria* (nonnisi prope D. Urbani monasterium occurrit), *Geranium moschatum* (hinc inde), *G. palustre* (inter Lucernam et Willisau, non rarum), *G. sanguineum* (in M. Lopperberg), *G. sylvaticum* (in montanis et subalpinis, frequens), *Geum rivale*, *Gypsophila muralis* prope Buchrein), *G. repens* ad Emmiam et in M. Nesselstock), *Helianthemum oelandicum* (*Cistus* L.; in M. Schimbrig, Nesselstoch etc.), *Helleborus viridis* (prope Lucernam; *foetidus* deesse videtur), *Hieracium*

cymosum Kr. (prope Sempach, Schenken etc.), *Hippocrepis comosa* (inter Rickenbach et Wetzwyl), *Hydrocotyle vulgaris* (ad lacuum littora), *Iasione montana* (passim), *Iberis amara* (passim), *Impatiens Noli-tangere* (perinde), *Inula Britannica* (prope Aesch), *In. Vaillantii* Vill. (ad lacum Sempacensem, Schenken versus), *Isnardia palustris* (inter Dierikon et Ebikon; circa Langenthal), *Iuniperus communis β alpina* Wbg. (in subalpinis, frequens), *Lathraea Squamaria* (in sylvis, vulgo), *Lathyrus angulatus* Kr. (an *angulatus* auct. helv., sc. *L. sphaericus* Retz, hucusque nonnisi prope Branson lectus? V. Flora helv. VI. app.), *L. Aphaca* (inter Hochdorf et Hohenrein; circa Schongau), *L. latifolius* (inter St.-Urban et Altbüren), *L. Nissolia* (in agris, passim), *Leersia oryzoides* Willd. (*Phalaris* L.; in fossis, non rara), *Lemna arrhiza* (prope Sursee: Hoepfn.), *L. trisulca* (in piscina, Langenthal versus), *Leucoium vernum* (in pomariis, ubique), *Lilium bulbiferum* (ad rupes, passim), *L. Martagon* (in montibus frequens), *Lonicera alpigena* (perinde), *L. nigra* (perinde), *L. Periclymenum* (ad sepes, passim), *Luzula albida* DC. (*Iuncus* Hoffm.: in dumetis haud rara), *Malaxis Loeselii* Sw. (*Ophrys* L.; ad lacus Rothsee, Mauensee et prope Wauwyl), *Malva Alcea* (inter Sursee et Reiden), *Mentha Pulegium* (in sylva Gütschwald), *Menyanthes trifoliata* (in paludibus vulgo, ut in Alpes adscendat), *Montia fontana* (prope Dierikon), *Myriophyllum spicatum* (in lacubus Lucernensi et Mauensee), *M. verticillatum* (in fossis, frequens), *Narcissus Pseudo-Narcissus* (in pomariis, ubique), *Nardus stricta*, *Naias minor* (rarissima stirps in piscinis prope Roggwyl occurrit), *Neottia cordata* Rich. (*Ophrys* L.; circa Pfaffnau), *Nuphar luteum* Sm. (*Nymphaea* L.; vulgaris), *Nymphaea alba* (perinde), *Oenothera biennis* (frequens), *Ophrys apifera* Huds. (am Sempachersee), *Ophr. arachnites* Hoffm. (vulgo), *Ophr. Monorchis* (passim), *Ophr. myoides* Jacq. (perinde), *Orchis albida* All. (*Satyrium* L.; in montibus frequens), *Orch. glo-*

bosa (in M. Schimbrig, Rothhorn, Nesselstock), *Orch. nigra* Scop. (*Satyrium* L.; in montibus editis passim), *Orch. viridis* Crantz (*Satyrium* L.; in plerisque montibus frequens), *Orobanche coerulea* Vill. (prope Ruoggensingen, in parochia Emmensi), *Pedicularis sylvatica* (prope Lucernam et aliis locis), *Pinus Abies* et *P. Picea* (in sylvis, ubique), *P. sylvestris* (infrequens), et *β montana* Wbg. (ad M. Feuerstein et Rothestock, Wbg.), *Poa aquatica* (inter Dagmersellen et Langnau); (*Populus alba* deesse videtur; reliquae species vulgatiores ubique proveniunt), *Pulmonaria angustifolia* (in sylvis), *Pyrola minor* (in sylvula inter Lucernam et Ebikon), *P. uniflora* (circa Pfaffnau), *Ranunculus fluitans* Lam. (in rivo prope Moosen), *R. Lingua* (in paludibus, passim), *R. sceleratus* (Lucernae et am Sempachersee), *Rosa alpina*, et *β pyrenaica* (in M. Bürgen), *Rubus saxatilis* (ibidem), *Sagina apetala* (in agris inter Sursee et Kaltbach), *Salix myrtilloides* Kr. (in Pilato; plantam non vidi), *S. repens* (am Mauensee et circa Wauwyl), *Sambucus racemosa* (in sylvis montanis), *Schoenus albus* (ad lacus minores), *Scilla bifolia* (frequens), *Scirpus acicularis* (prope St.-Urban, ad lacum Sempacensem et Wauwylensem), *Sc. Baeothryon* Ehrh. (prope Schenken etc.), *Sc. ovatus* Roth (prope Meggen, ad lacum Lucernensem), *Sc. setaceus* circa Rathhausen, Buchrein et Dierikon), *Sedum atratum* (in M. Schimbrig et Nesselstock, copiose) *S. Telephium* (ad sepes, passim), *S. villosum* (ad St.-Urban et aliis locis), *Senecio Doronicum* (in M. Rothhorn), *S. sylvaticus* (circa Roggliswyl), *Sium angustifolium*, *S. repens* L. fil. (prope die Halden, ad lacum Lucernensem), *Soldanella alpina* (in Alpibus, vulgo), *Sonchus arvensis*, *Spiranthes aestivalis?* Rich. (*Neottia spiralis* Kr.; passim locis humidis), *Stellera Passerina* (circa Münster), *Tamarix germanica* (ad torrentium glareas), *Taxus baccata* (in sylvis, passim), *Tussilago alba* (in montibus, passim), *T. Petasites* (frequens), *Typha angustifolia* (ad Ursam, prope Emmen?), *Utri-*

cularia minor (circa Wauwyl, neque alibi), *Utr. vulgaris*, *Vaccinium Oxycoccos* (in torfaceis frequens), *Valeriana tripteris* (prope Rothenburg), *Veronica montana* (ibidem, ad monasterium D. Urbani, in sylva Gütschwald, etc. minime rara), *Vicia lutea* (an var. β? — in agris haud infrequens), *Viola odorata β leucantha*, *V. mirabilis* (in M. Bürgen).— V. Lucerna, Entlebuch, Pilatus, Regius, Urbani (monasterium).

Lucumonius (Lukmanier), mons elatus Rhaetorum, ad magnum focum centralem pertinens, inter valles Medelserthal et Blegno sese extollit. Per hunc montem ex summa Rheni anterioris valle Bellinzonam itur. Hospitium 5740 p. s. m. elevatum est, atque 5. l. a monasterio Disentis in Rhaetia, et 4 l. a vico Ticinensi Olivone distat. Ex D. Mariae hospitio alia alpestris semita ad pagum Airolo viatores ducit. In vicinia utriusque viae magnae patent moles glaciales Medelsergletscher; Rhenus Medius in valle Cadelino scaturit. — In Lucumonio *Phaca frigida* Jacq. a J. J. Scheuchzero observata fuit. Istum tractum botanici recentiores omnino neglexisse videntur.

Luganensis lacus. V. Cerisius.

Luganum (Lugano, germ. Lauis), urbs totius Helvetiae insubricae maxima ac pulcherrimma, alternis vicibus cum Bellinzona et Locarno, summorum pagi Ticinensis magistratuum sedes, ad littus boreale lacus Cerisii sita. Plateae magnae, palatiis ornatae, hanc urbem illustrant; viae latae sunt et aliquot splendida aedificia, tum publica, tum privata, v. gr. novum amplumque theatrum possidet. Templa tabulae, optimorum pictorum opera, decorant. Incolae mercaturam exercent; eorum fabricae cum intra moenia, tum ruri multas alunt familias. Bombycis educatio eis multum bellissimumque suppeditat sericum. In agris vicinis Tabacum colunt atque ex eius praeparatione magna emolumenta conquirunt. Typographias, pyrii pulveris et chartae fabricas atque prope urbem varias ferrarias, cuprarias et aurichalci officinas possident.

Situs urbis Lugani mihi admirabilis visus est. Ad templum primarium, colli superbe insidens, lacus cunctaque regio, villis amoenissimis, vineis, pomariis et olivetis ornata, commode prospicitur; proxime muros ambulacra iucundissima in promptu habebis; trans lacum rupes agrestis et inculti montis Caprini, in cuius speluncis frigidissimis cives Luganenses cellas ad servandum vinum penusque exstruxerunt, te invitant. Paulo longius stant montes Brè et San Salvadore, propter pulcherrimos prospectus celebres, et stirpibus montium australium propriis ditissimi. Verum non tantum montes, sed etiam planities ubique multas gignit plantas, quas cis Alpes frustra quaesieris. Hanc promissionis terram olim Cl. Schleicherus sedulo peragravit: nos quoque post eum pertentavimus; sed potissimum a Rev. Verda, Luganensi, sollicite ac per multos annos investigata fuit. Viro honoratissimo viam nobis commonstrante, locaque, ubi plantas rarissimas observare solebat, indicante, eas ipsi laetissimi collegimus, ac postea ab eo multas alias aeque pretiosas accepimus.

Plantae rariores in Luganensi ditione provenientes: *Andropogon Gryllus*, *Androsaemum officinale* All. (*Hypericum Androsaemum* L.), *Antirrhinum Cymbalaria*, *Aristolochia rotunda* (rarissima), *Balsamita maior* Desf. (*Tanacetum Balsamita* L.), *Blitum capitatum*, *Bunias Erucago*, *Calamintha grandiflora* Moench. (*Melissa* L.), *Centaurea nigrescens* Willd. (*transalpina* Sut.), *C. splendens*, *Crepis setosa* Hall. fil., *Cucubalus bacciferus*, *Cyperus Monti*, *Cytisus capitatus* Ait., *C. nigricans*, *Dorycnium herbaceum* Vill., *Erysimum helveticum* DC. (*Cheiranthus* Jacq.), *Ficus Carica*, *Galium purpureum*, *Geranium nodosum*, *Gratiola officinalis*, *Helleborus niger*, *H. viridis*, *Hieracium praemorsum* H *corymbosum* (*H. parviflorum* Schl.; forma rarior, felici propria Insubriae), *Nasturtium sylvestre* R. Br. (*Sisymbrium* L.), *Olea europaea* (passim, tum culta, tum spontanea), *Osmunda regalis*, *Ostrya carpinifolia*

Scop. (*Carpinus Ostrya* L.; arbor per maturationem amentis foemineis niveis conspicua, ad lacus littora passim occurrit. V. Fl. helv. app. ad tom. VI), *Paeonia officinalis*, *Parietaria diffusa* M. et K. (*iudaica* auctor.; frequens), *Paronychia verticillata* Lam. (*Illecebrum* L.), *Phyteuma corniculatum* Clairv. II *Columnae Ph. Halleri* All. (*ovata* Willd.), *Rumex scutatus*, *Scirpus mucronatus*, *Trifolium chrysanthum* N., *Vallisneria spiralis* (in lacus aquis), *Vicia sativa* III (*V. luganensis* Schl.; inter segetes.) — Prope urbem, ad lacus ripam occidentalem: *Cytisus hirsutus*, *Galium vernum* Scop. (*Valantia glabra* L.), *Scabiosa graminifolia*, *Silene Saxifraga*. — Ibidem, ad patibulum: *Bupleurum caricifolium* Willd., *Inula hirta*. — Ad M. San Salvadore pedem euro-borealem: *Ostrya carpinifolia* Scop., *Cyperus longus*, *Dentaria bulbifera*, *Panicum undulatifolium* Ard. — In Alpibus Luganensibus: *Arundo sylvatica* Schrad. (*Agrostis arundinacea* L. non Sut.), *Carex limosa β irrigua* Wbg., *Festuca spadicea*, *Valeriana saxatilis* Jacq. — In M. Veche: *Cactus Opuntia*. In M. San Lucio: *Senecio abrotanifolius*. — In vallis Castagnuola sylvis: *Diospyros Lotus* (stirps perrara!). In M. Oresso: *Aquilegia pyrenaica* DC. (*viscosa* Schl.). V. Capo di lago, Gandria, Generoso, Melida, Salvadore.

Lugnetz. V. Ilanz.

Luino, oppidum Mediolanensis ditionis ad ripam sinistram Verbani, prope ostium Tresae, quae huic lacui Cerisii superfluum affert, situm. In pulcherrima regione hunc locum circumdante plantae rariores inveniuntur. V. gr. inter Luino et Ponte di Tresa (haec oppida vix ultra 2 l. invicem distant): *Androsaemum officinale* All. (*Hypericum Androsaemum* L.), *Asperula taurina*, *Carex brizoides*, *Carpesium nutans*, *Lycopodium complanatum*, *L. helveticum*, *Osmunda regalis*, *Oxalis corniculata*, *Panicum undulatifolium* Ard., *Peplis Portula*, *Phytolacca decandra*, *Schoenus albus*, *Sch. fuscus*, *Sphagnum cymbifolium* cum fruct.

Luins. V. Gland.

Luisel, nomen paludis planitiei Aquileiensis prope Bex sitae. Plantae rariores: *Arundo Epigeios γ* vaginis hirsutis, *Carex Pseudo-Cyperus*, *Salix repens*, *Typha angustifolia.*

Luissel, lacuna 800 passuum in ambitu, prope Rhodanum, inter vicos Chessel et Crebelley, in Vaudensi pago sita. Tructas, percas et lucios alit. *Myriophylla*, *Nuphar luteum* et *Nymphaea alba* superficiem eius decorant; in ripis uliginosis occurrunt: *Drosera anglica* Huds., *Dr. rotundifolia*, *Gladiolus palustris* N., *Marsilea quadrifolia*, *Samolus Valerandi*, *Typha latifolia.*

Lunae mons. V. Monte-Luna.

Luzein. V. Antonia.

M.

Mackmar s. **Matmar**, nomen lacus alpestris et vere glacialis, in summa valle Saas, ad pedem australem M. Moro siti. Ad occasum ubique glacialibus molibus per arduos nudosque clivos usque in eius tristissimas undas dependentes riget, et boream versus, ubi Vispa orientalis exitum habet, torrens sub immensum pontem, glacie conflatum, praeceps sibi viam aperit. Paulo infra, ex altissima porticu, pulcherrime cyanea, crystalloque simillima, amnis rursus comparet, ac istud frigidum antrum exultans deserit. Ceterum huius lacunae inamoena moestissimaque littora historiae naturalis ac praesertim botanices amicos summopere delectant, utpote quae pulchris fossilibus ac rarissimis plantis abundent. Ad hunc enim Cocytum alpestrem leguntur: *Achillea moschata* Jacq., *Ach. nana*, *Artemisia Mutellina* Vill., *Art. nana* N., *Astragalus leontinus* Jacq., *Carex bicolor* All., *C. iuncifolia* All., *Geum montanum*, *Iuncus arcticus* Willd., *I. Jacquini*, *I. triflorus*, *Phaca astragalina* DC. (*Astragalus alpinus* L.), *Ph. australis*, *Phyteuma corniculatum* Clairv. I *Scheuchzeri*, *Potentilla grandiflora*, *Primula farinosa*,

Pr. longiflora All. (stirps rarissima), *Pr. viscosa* Vill. (*villosa* Sut.), *Rhodiola rosea*, *Saxifraga Cotyledon* (*pyramidalis* Lapeyr.), *Senecio uniflorus* All., *Silene acaulis γ elongata*, *Thalictrum alpestre* N., *Th. minus*, *Trifolium saxatile* All., *Valeriana celtica*. — In M. vicino Distel etiam occurrunt *Rhodiola rosea*, *Saxifraga Cotyledon*, *Senecio uniflorus* et *Valeriana celtica*.

Macugnana, pars summa vallis Pedemontanae Anzascae. V. Anzasca. Per istam asperrimam regionem vici eiusdem nominis domus et tuguria undique dispersa sunt. Incolae, quorum gentilia nomina originem italicam indigitant, inter se tamen germanica lingua utuntur. Plantae rariores; *Achillea moschata*, *Asperula laevigata* (qua Helvetica Flora caret. Eam illustr. v. Welden ad viam, qua ad M. Turlo itur, invenit), *Athamanta Libanotis β maior*, *Campanula cenisia*, *C. spicata*, *Galium hercynicum* (ad viam, qua ad M. Turlo itur).

Magadino, vicus pagi Ticinensis, in regione paludosa, ad Ticini ostium in summum lacum Verbanum situs. Ibi leguntur: *Agrostis canina*, *Bunias Erucago*, *Lunaria biennis* Moench (*annua* L.), *Scirpus mucronatus?*

Maggia (Val-; germ. Mainthal), praeter vallem Lepontiam, cui contigua et fere parallela est, Ticinensium maxima vallis, paulo supra Locarnum aperitur. Summa eius pars in duos maiores ramos a montium iugo 2-3 l. longo separatos diffinditur: quorum austro-occidentalem, cui nomen Val di Campo, editissimi montes a valle Pedemontana Pommat s. Formazza dissociant. V. Bosco. Ramus euro-borealis, priore maior, Val Lavizzara dictus, per aliud Alpium dorsum a valle Bedretto, quae partem Lepontiae summam efficit, dividitur. Hi rami supra vicum Cevio confluunt: sed paulo altius, ad eurum, oritur adhuc alterum iugum, ac trans istud vallis Lavizzara, austrum petens, Lepontiam a Maggia separat. Vallis Maggia, circiter 12 l. longa et circa Cevio, ubi maxime dilatatur, vix ultra 3 l. lata, a borea-occasu ad

austro-eurum extenditur. In eius parte inferiore vallis solum, etiam vitis patiens, fertile est; aliquid frumenti arboresque domesticas gignit; sylvae castaneae querci-naeque, ac praesertim pulchra prata et laetissima pascua maximas regionis divitias efficiunt. Prope exitum vallis subito valde coarctatur, ut torrens eiusdem nominis, qui eam totam percurrit, spumosus inter rupium fauces planitiem Locarnensem ingrediatur. In vallecula boreali Lavizzara divites fodinae optimum lapidem ollarium suppeditant. Vallis Maggia atque praesertim pars eius superior multas pulchras stirpes profert. V. Bosco. Tum inter Ponte Brolla, ubi vallis supra aperturam in fauces coarctatur, et oppidum Maggia occurrunt: *Adiantum Capillus-Veneris*, *Asplenium septentrionale* Sw. (*Acrostichum* L.), *Campanula spicata*, *Cacubalus bacciferus*, *Galium vernum* Scop. (*Valantia glabra* L.), *Lilium bulbiferum*, *Osmunda regalis*, *Panicum miliaceum*, *P. undulatifolium* Ard., *Saxifraga Cotyledon* (*pyramidalis* Lapeyr., *Schoenus albus*, *Sedum saxatile* All. — Inter Maggia et Cevio: *Osmunda regalis*, *Panicum undulatifolium* Ard., *Silene Olites* Sm. (*Cucubalus* L.), *Thalictrum maius* Jacq. — Supra Cevio: *Asplenium germanicum* Lam. (*alternifolium* Jacq.), *Cytisus nigricans*, *Saxifraga Cotyledon.*

Maglans, Sabaudiae vicus in Arvae valle, inter St.-Martin et Clusiam (Cluse) situs. In eius vicinia repertae fuerunt: *Poa sabauda* Sut. (Hall. helv. 1470; nonne nostra *Festuca decolorans?*) et rarissimum *Isopyrum thalictroides.*

Maira. V. Bregaglia, Chiavenna.

Malans. V. Marschlins.

Malix. V. Curia.

Maloggia s. Maloia, mons Rhaetorum, summam Oeni vallem a Praegallia (Val Bragaglia) dividens. Altissimum itineris punctum 5850 p. s. m. elevatum, ex Engadina lenissimo clivo attingitur, adeo ut currus facili negotio hunc montem percurrant. Via, qua e Viscosoprano in Praegallia, ad pagum Sils intra 7

horarum spatium itur, iam a Romanorum tempore strata fuisse dicitur, — Plantae: *Cervaria Oreoselinum* N. (*Athamanta* L.), *Dianthus superbus* fl. albo, *Gysophila fastigiata* (Rhaetiae propria, sed etiam in eo pago rarissima), *Hypochoeris maculata*, *Imperatoria Ostruthium*, *Linnaea borealis*.

Mandement (Le). V. Meirin.

Manegg, arcis dirutae rudera, supra villam Hökler et ad medium M. Uetliaci clivum orientalem exstantia. Ibi inveniuntur: *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), et nonnullae *Carices* rariores.

Marchairuz (Le), pars elatissima viae, qua Rotulo per vicum Gimel ad vallem Iugensem intra fere 7 h. itur. Summum itineris punctum 3336 p. s. Lemanum et 4187 p. s. m. elevatum est. Eum montem currus et fere omnigenae rhedae secure traiiciunt. V. Gimel. Plantae rariores: *Arabis alpina*, *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Atropa Belladonna*, *Campanula pusilla* Haenke, *Chrysanthemum Leucanthemum* II *montanum* (flor. maximis), *Cirsium acaule* All. γ et δ *caulescens*, uni- et pluriflorum, *C. eriophorum* Scop. (*Carduus* L.), *C. Erisithales* Scop. II *ochroleucum* (*Cnicus Erisithales* L.; rarissimum), *Cytisus alpinus*, *Daphne Cneorum*, *Digitalis grandiflora* Lam. (*ambigua* Sut.), *D. lutea*, *Galium Mollugo* ζ *ochroleucum*, *Lonicera nigra*, *Orchis nigra* Scop. (*Satyrium* L.), *Origanum vulgare* β fl. albo, *Rhinanthus Crista-galli* γ *angustifolia* (in clivis siccissimis austrum versus), *Rubus hybridus* Vill. (*glandulosus* Bell.), *Scabiosa sylvatica*, *Valeriana montana*.

Marcote (La). V. Salvan.

Margaretha (Santa), templum parochiale, quo vici Binningen et Bottmingen pertinent, prope Basileam extra portam lapideam situm. Ibi citantur: *Drabà muralis*, *Erysimum cheiranthoides*, *Lathyrus tuberosus*, *Stachys germanica*.

Marobbia (Vallis), in pago Ticinensi austrum versus a M. Cenere, cuius iugum montis Camoghè

cacumen editissimum terminat, ad boream autem ab altero iugo priori parallelo in Montis San Giorio summitates desinente limitata. Vertices montium Camoghè et San Giorio elata arista coniungit, vallem ad orientem claudit, eamque a ditione Mediolanensi separat. Haec vallis circiter l. 5 longa, planitie ac fere omni latitudine caret, ab euro ad occidentem extenditur et prope Bellinzonam, cum ima valle Lepontia confluens, sese aperit. Parum vini frumentique gignit, sed pulchris pratis pascuisque abundat, ut incolae praecipuum suum quaestum ex pecorum educatione conquirant. Per eam vallem ab urbe Bellinzona viae supra M. San Giorio ad vicum Gravedona, prope lacum Larium situm, et secus alpem Forno in ditionem Luganensem ducunt. Huius itineris punctum elatissimum monti Camoghè subiectum est, ut inde viator intra paucas horas huius celebris montis cacumen consequi possit. Plantae rariores: *Elatine Hydropiper β hexandra? (El. hexandra* DC.), *Montia fontana* (prope St. Antonio altissimum vallis vicum).

M a r q u e s (Les). V. Octodurum.

M a r s c h l i n s, nobile praedium Rhaetiae, ad Salisiorum inclytam gentem pertinens, in magna Rheni valle haud procul loco, ubi Rhaetigoviensis torrens Landquart in flumen effunditur, ac fere 5 l. infra Curiam situm. Castellum duplex fossarum ordo et quatuor turres muniunt. Per aliquot annos ibi ampliss. Ulyssis Salisii floruit schola, inter cuius professores fuit ille famosus doctor Barth. Regio vicina pulchris stirpibus, tum eis, quae calidioribus locis propriae sunt, tum alpinis in amnium glareis provenientibus abundat. Ibi enim occurrunt: *Antirrhinum alpinum* (ad torrentem Landquart), *Arabis alpina* (ibidem prope arcis pontem), *Astrantia maior* (in pratis montanis supra Malans), *Cardamine impatiens* (prope Igis infra arcem Falkenstein), *Chondrilla prenanthoides* Vill. (*Lactuca* Scop.; ad Rheni et Landquartae confluentes, inter duos amnes; rarissima et huic regioni propria),

Cyclamen europaeum (inter Malans et Ienins), *Cypripedium Calceolus* (in sylvis supra arcem), *Dentaria polyphylla* W. et K. (*ochroleuca* N.; in der Klus ad ingressum in Rhaetigoviam, inter fagos ab amiciss. Roesch detecta; rarissima neque alibi per totam Helvetiam occurrens), *Dianthus Caryophyllus* Roesch, an L.? (supra arcem ad rupes, et ad viam inter pontem superiorem et Zizers), *Dorycnium suffruticosum* Vill. (*monspeliacum* Willd.; ad viam regiam supra pontem superiorem et circa Malans; stirps perrara et huic Rhaetiae parti propria), *Hieracium staticefolium* Vill. (in Rheni et Landquartae glareis, prope pontes et alibi frequens), *Impatiens Noli-tangere* (ad torrentem Landquart Valzeina versus), *Leucoium vernum* (in sylvula tiliacea), *Lilium bulbiferum* (ad scopulos orientales), *Muscari botryoides* Mill. (*Hyacinthus* L.; circa Malans frequentissimum: Cl. Roesch), *Oxytropis pilosa* DC. (*Astragalus* L.; in glareis), *Potentilla alba* Roesch, an L.? (Rhaetigoviam versus ad viam inter Malans et arcis pontem), *Primula acaulis* Jacq. (ubique, planta ceterum in Helvetia germanica raro occurrens, *Pr. officinalis*, *Pyrola uniflora* (in sylvis supra Marschlins), *Rhododendrum ferrugineum* β flore albo (in Alpe Zizers; varietas rarissima), *Saxifraga oppositifolia* (bey der Schlossbrücke), *Tamarix germanica* (in glareis abunde), *Typha angustifolia* (bey der unteren Zollbrücke e regione Malans: Cl. am Stein. Nonne potius *T. minima* Hoppe?). — In M. Valzeina, supra Marschlins: *Anemone vernalis*, *Arnica montana*, *Convallaria Polygonatum*, *C. verticillata*, *Cypripedium Calceolus*, *Geum montanum*, *Tozzia alpina*.

Martel, Pont de Martel, les Ponts, probabiliter etiam les Pontins, vici montani Neocomenses, in vallecula montis Tournes pedi boreali subiecta, siti. Plantae citatae: 1) in paludibus circa Pont de Martel, *Scirpus caespitosus*. — 2) Aux Pontins: *Betula nana*, *Eriophorum alpinum*, *Neottia cordata* Rich. (*Ophrys* L.), *Swertia perennis*, *Thysselinum palustre* Hoffm. (*Selinum* L.). V. Ponts (les),

Martigny. V. Octodurum.

Martin (St.). V. Hérens.

Martinets (Les), mons Aquileiensium ab Hallero saepe citatus, horrendis praecipitiis Grandvire dictis proximus. Ibi indicantur: *Androsace obtusifolia* All., *Anemone vernalis*, *Apargia Taraxaci* Willd. (*Hieracium* L.), *Aquilegia alpina*, *Arabis caerulea* Wulff., *Ar. pumila* Wulff., *Arbutus alpina*, *Artemisia spicata* Jacq., *Aster alpinus*, *Campanula cenisia*, *Cardamine bellidifolia*, *Carex foetida* All., *C. iuncifolia* All., *Chrysanthemum alpinum*, *Delphinium intermedium* Ait. (*elatum* Sut.), *Gentiana punctata*, *G. verna*, *Globularia nudicaulis*, *Gnaphalium alpinum*, *Phaca frigida* Jacq., *Phyteuma hemisphaericum*, *Potentilla grandiflora*, *Salix hastata* (*S. Arbuscula* Sut.), *S. helvetica* Vill. (*arenaria* auct.), *S. herbacea*, *Saxifraga biflora* All., *S. petraea* Vahl, *Sisymbrium pinnatifidum* DC. (*bursifolium* Sut.).

Massonger, pagulus Valesiae inferioris, ad ripam Rhodani sinistram et e regione vici Bex situs. Supra hunc locum ad radices montis Dent de Midi occurrunt: *Acer platanoides*, *Campanula patula*, *Hemerocallis flava*, *Pulmonaria officinalis*, *Ranunculus nemorosus* DC., *Sonchus Plumieri*, *Teucrium Scorodonia*, *Veronica montana*.

Mathod, vicus Vaudensis, haud procul Ebroduno ad viam regiam, qua Urbam itur, atque in paludum vicinia situs. Summus Hallerus, huius loci dominii olim, nisi me memoria fallit, possessor, plurimas stirpes ibi provenientes indicavit. Huc spectant: *Aiuga Chamaepitys* Schreb. (*Teucrium* L.; rectius quidem, ut optime perhibet Cl. Hegetschweiler), *Asperula arvensis*, *Aster Amellus*, *Astragalus Cicer*, *Bidens cernua*, *Caucalis daucoides*, *C. grandiflora*, *C. infesta* Curt. α (*C. helvetica* Gmel.), *Cervaria glauca* N. (*Athamanta Cervaria* L.; Champvent versus), *Chaerophyllum aureum*, *Coronilla varia*, *Epipactis rubra* Sw. (*Serapias* L.), *Foeniculum officinale* All. (*Anethum Foe-

niculum L.), *Gentiana ciliata*, *G. Pneumonanthe*, *Geranium sanguineum*, *Heliotropium europaeum*, *Hordeum secalinum* Schreb. (ad vias Urbam versus: rev. Ducros), *Inula salicina*, *Lathyrus Aphaca*, *L. Cicera*, *L. hirsutus*, *L. tuberosus*, *Lotus siliquosus*, *Melampyrum cristatum*, *Nasturtium palustre* DC. (*Sisymbrium* Poll.), *Physalis Alkekengi*, *Ranunculus pantothrix* Brot. β *rigidus*, *R. sceleratus*, *Serratula tinctoria*, *Sium latifolium* (rarum), *Stellera Passerina*, *Thalictrum flavum*, *Verbascum Blattaria* (circa Suscevaz).

Matmar s. Matmor. V. Mackmar.

Matterhorn. V. Sylvius.

Maurice (St.-). V. Agaunum.

Mayenfeld s. Meyenfeld (lat. Magnavilla), oppidulum Rhaetiae, 5 ½ l. ab urbe Curia distans, in ripa dextra Rheni, prope fluvium, nec procul a faucibus arctis Luciensteig dictis, quibus in vicinam ditionem Austriacam et ad urbem Feldkirch itur, situm, 1635 p. s. m. elevatum. Nullus alius pagi locus tam egregium vinum album producit; campi etiam multum edunt frumentum. Infra oppidum olim aurum ex arena amnis lotionis ope extrahebatur. Incolae gypsum optimum, quod rupes vicinae affatim suppeditare possent, omnino negligunt. Plantae: *Anchusa angustifolia*, *Diplotaxis tenuifolia* DC. (*Sisymbrium* L.), *Echinospermum Lappula* Lehm. (*Myosotis* L.), *Geranium cicutarium*, *Hyoscyamus niger*, *Lappa minor* DC., *Mercurialis annua*, *Nepeta Cataria*. Omnes istae plantae, et aliae stirpes campestres, docente honoratiss. Custor, inter Curiam et Crabs vulgares) per reliquam Rheni vallem usque ad lacum Bodamicum nusquam inveniuntur. In pascuis Fläscheralp occurrit *Tozzia alpina*. — Prope Malans et Fläsch: *Dorycnium suffruticosum* Vill. (*monspeliacum* Willd.). — Auf Yas: *Doronicum Pardalianches*. — Ad Rheni littora: *Hippophaë rhamnoides*.

Medels. V. Tavetsch.

Meders. V. Forsteck.

Meglis, pascua cum casis pastoriis, in pago Ab-

batiscellano (Inner-Rhoden), ad pedem M. Sentis sita, 4647 p. s. m. elevata. Supra bovilia in montis adscensu a Cl. Wahlenberg lecta est: *Achillea moschata?* (teste Cl. Custore haecce planta in Abbatiscellanis Alpibus nusquam, *Ach. atrata* autem frequens occurrit).

Meirin, vicus agri Genevensis ad medium iter ab urbe ad vicum St.-Genis, qua Lugdunum itur situs. Ibi provenit *Veronica acinifolia.* — Prope vicinos pagos Satigny et Vernier pulchrum rarumque *Antirrhinum bellidifolium* lectum fuit. V. Geneva.

Meiringen. V. Meyringen.

Melida, amoenissima lacus Cerisii peninsula, forma ad rectangulum accedente insignis, cum vico eiusdem nominis, in ripa occidentali paulo suprà Morcotense promontorium sita. Ibi praeter alias plantas australes proveniunt: *Cytisus hirsutus*, *Scabiosa graminifolia*, *Thalictrum exaltatum* N.

Mendrisium (Mendrisio), oppidum Ticinense, in parte pagi, quin imo totius Helvetiae, maxime ad austrum porrecta, situm. Incolae eius, strenui ac industrii, serici fabricationi commercioque incumbunt. Mendrisium una praelonga, malo pavimento strata via, et domibus plerisque inconspicuis constat. Sed situ in regione fertilissima vinum generosum, tabacum, cerealia omnigena ac bombycem edente, planitie campestri cum collibus amoenis grata vice variante, ut et climate mitissimo, praecellit. Undique ambulacra iucunda, cellae rupestres propinquae, in quibus cives vinum adservant, colles Birbino et Pedrinate, et vere arcadica vallis Muggia ad pedem euro-australem M. Generosi sita, viatores invitant, eorumque attentionem merentur. Sub tam clemente coelo, ad pulcherrimam vegetationem aptissimo, stirpes insigniores deficere non possunt, et verisimile est, omnes, quas solum felicissimum gignit, nondum innotuisse. Interdum circa urbem observatae fuerunt: *Antirrhinum Cymbalaria*, *Buphthalmum salicifolium*, *Centaurea nigrescens* Willd. (*transalpina* Sut.), *Cervaria alsatica* N. (*Peucedanum*

L.) β *albiflora (Selinum venetum* Spreng.), *Crepis setosa* Hall. fil. (circa Chiasso Comum versus, ad medium iter), *Galium vernum* Scop. *(rubioides* Sut.), *Genista scoparia* Lam. *(Spartium* L.), *Geranium sylvaticum*, *Helleborus viridis*, *Oxalis corniculata*, *Parietaria diffusa* M. et K. *(iudaica* auctor.), *Paronychia verticillata* Lam. *(Illecebrum* L.), *Ruscus aculeatus*, *Silene gallica*. — Circa Cassina in valle Muggia: *Thesium linophyllum*. — Prope Caneggio: *Corydalis lutea* DC. *Fumaria capnoides* Sut.). V. Capo di lago, Generoso.

Mergozzo, vicus pedemontanae ditionis, in ima Tosae valle, ad lacunam (laghetto di Mergozzo), quae sinuosi canalis ope cum magno occidentali sinu lacus Verbani communicat, situs. Ibi locis uliginosis proveniunt: *Arabis Halleri* II *stolonifera*, *Iuncus Tenageia* L. fil. ε *filiformis*, *Isnardia palustris*, *Peplis Portula*. Via agrestis partes vallis superiores petens paulo supra vicum Ornavasco cum via regia Sempronia confluit. In eo itinere leguntur: *Andropogon Gryllus*, *Carpesium nutans*, *Centaurea splendens*, *Clematis recta*, *Gnaphalium luteo-album*, *Lycopodium helveticum*, *Mentha gentilis*, *Nasturtium pyrenaicum* R. Br. *(Sisymbrium* L.), *Panicum italicum*, *P. miliaceum*, *P. undulatifolium* Ard., *Portulaca oleracea*.

Merkt, locus magni ducatus Badensis ad Rhenum et in Basileensis agri confinio situs, ab oppido Hüningen parum distans. Ibi a Cl. Hagenbach citantur: *Arundo Pseudo-Phragmites* Hall. fil., *Euphorbia gerardiana* Jacq. *(Paralias* Sut.), *Festuca ovina*, *Scirpus acicularis*, *Sc. triqueter*, *Triticum intermedium* Host. *(iunceum* Sut.).

Méry v. Meyri, mons alpinus Sabaudiae supra veterem carthusiam du Reposoir, atque Arvae vallem ei monasterio subiectam situs. Ex oppido Cluse intra paucas horas ad hanc domum, et inde per semitas montanas haud incommodas pervenitur; per aliam quoque viam, eurum versus, scilicet iuxta casas pastorias

d'Arran dictas, viatores rursus vallis fundum et oppidum Sallenches petere possunt. In M. Méry ut et in Alpibus vicinis pulchrae raraeque crescunt stirpes. Quas inter recenseri merentur: *Arabis ciliata* R. Br. *Turritis* Reyn.) *β elatior*, *Ar. serpyllifolia* Vill., *Cerinthe glabra* Mill. (*alpina* Kit.), *Epipogium Gmelini* N. (*Satyrium Epipogium* L.), *Helianthemum grandiflorum* DC. (*Cistus* Scop.; in M. Enquerne), *Hieracium breviscapum* DC., *Lappa tomentosa* All. (*Arctium* Pers.; in ipsa carthusiae area), *Ophrys alpina*, *Phaca alpina*, Jacq., *Poa minor* N, *Saussurea alpina* DC. (*Serratula* L.), *Silene quadrifida*, *Statice Armeria*, *Valeriana Saliunca* All. (rarissima).

M e t t e n b e r g, mons elatus Oberlandiae Bernensis valli Grindeliae contiguus et inter montes Eiger et Wetterhorn situs. Plantae citatae: *Artemisia Mutellina* Vill., *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.).

M e y r i n g e n, magnus vicus, Haseliae vallis caput, in Oberlandia Bernensi, ad Arolam, 2 fere l. supra eius ostium in Brientinum lacum situs. Ad pagum principem 13 adhuc vici, per vallem dispersi, pertinent. Iuventutem utriusque sexus, 1098 parvulis constantem in 14 scholis, ludimagistri, sordida parcimonia iusto laborum praemio frustrati erudiunt. Incolae dialecto propria, morum ingenuitate, formarum pulchritudine conspicui, vulgo, quod valde lugendum, turpibus mendicitatis artibus sese dedunt, sicque nativum indolis candorem inquinant. Nihil amoenius ac pulchrius huius loci situ! Vallis benigno coelo subiecta, vix unam leucam lata, amnis utramque ripam occupat, et montes passim praerupti, modo minaciter, modo lenius sese extollunt. Vicibus alternis paludosae solitudines, sylvae, arva, prata pomariaque variant. Pascua pinguissima, nemora virentia, ac praesertim multi rivuli, quorum undae praecipites, ac saepe in vaporis nubes resolutae, pulchras efficiunt scenas, et montium clivos exornant.

Praecipuum eiusmodi naturae miraculum exhibet

celebris ille rivus Reichenbach, cuius uberrimae aquae per septem saltus, quasi per superpositos gradus, ex altissimo occidentali pariete in imam vallem ruunt. Quarum cataractarum suprema reliquis praeponitur. Amnis ingens, rupibus horrendis circumdatus, terrifico tonitruumque sonitui simili fragore in craterem fere trecentis pedibus profundum, quo solis radii vix unquam penetrant, in spumam et vapores pene redactus, effunditur. Haec cataracta ad Arolae pontem praesertim per Iunium mensem iridis pulcherrimis coloribus splendidissime illuminata adparet. Imus saltus, quodammodo Rheni cataractae speciem referens, magnam quoque admirationem excitat.

Ex opposito, scilicet orientali pariete, duae etiam cataractae, sibi parallelae, in imam vallem ruunt. Pulchriorem efficit rivus Alpbach, olim strage, qua, antequam validissimis aggeribus domaretur, saepius totam regionem implebat, famosus. Opera ingentia huic malo efficacissime obstantia visitari merentur.

Solum vallis stratis humi fertilis et Arolae priscis glareis ruinisque alterne superpositis constat, et veterum inundationum vastationes testificatur. Coloni non sine magno sudore hanc humum ex terrae visceribus extrahunt, eaque campos suos sternunt. Plantae insigniores: *Arabis bellidifolia* Jacq. (ad rivum Reichenbach), *Calamintha Nepeta* Clairv. (*Melissa* L.) *Cyperus flavescens β minor*, *Hieracium florentinum* All. *I praealtum*, *Salix daphnoides* Vill., *Spiranthes aestivalis* Rich. (*Ophrys aestiva* Balb.).

Michelfelden, praedium in Florae helveticae fastis celebre, prope Basileam ad Rheni ripam sinistram, haud procul Huninga situm. Magnae eius paludes, nunc pene omnino exsiccatae, potissimum olim stirpibus raris abundabant. Ibi tamen etiamnunc multae vigent. Praesertim citantur: *Acorus Calamus*, *Aira canescens* (rarissima), *A. flexuosa β campestris* (*A. flexuosa* Sut.; olim in querceto vicino vigebat), *Allium carinatum*, *All. oleraceum*, *Anthericum Liliago*,

Apium graveolens, *Butomus umbellatus*, *Carex hornschuchiana* Hoppe (*fulva* Agr. helv.), *C. intermedia* Good. (*arenaria* Sut.), *C. paniculata*, *C. riparia* Curt., *C. stellulata* Good. (*echinata* Sut.), *Carpesium cernuum*, *Ceratophyllum demersum*, *Cervaria glauca* N. (*Athamanta Cervaria* L.), *C. Oreoselinum* N. (*Athamanta* L.), *Chaerophyllum hirsutum*, *Cicuta virosa*, *Cirsium bulbosum* DC. (*Cnicus tuberosus* Sut.; stirps rarissima), *Conium maculatum*, *Cyperus flavescens*, *Dianthus superbus*, *Euphorbia gerardiana* Jacq., *Euph. palustris*, *Galium boreale*, *G. tricorne* With., *G. uliginosum*, *Gentiana Pneumonanthe*, *G. utriculosa*, *Hippuris vulgaris*, *Hottonia palustris*, *Hydrocharis Morsus-ranae*, *Hydrocotyle vulgaris*, *Inula Helenium*, *Isnardia palustris*, *Iris sibirica* (perrara), *Iuncus bulbosus*, *I. Tenageia* L. fil., *Lindernia Pyxidaria* All., *Luzula albida* DC. (*Iuncus* Hoffm.), *Mentha Pulegium*, *Montia fontana*, *Mylinum Carvifolia* N. (*Selinum* L.), *Nardus stricta* β *elatior*, *Nasturtium sylvestre* R. Br. (*Sisymbrium* L.), *Oenanthe fistulosa*, *Oen. peucedanifolia* Poll. β (*Oen. Lachenalii* Gmel.), *Orch. militaris* β *Simia*, *Orch. odoratissima*, *Orobanche ramosa*, *Pedicularis sylvatica*, *Peucedanum Chabraei* N. (*Selinum* L.), *Phellandrium aquaticum*, *Poa airoides* Koel. (*Aira aquatica* L.), *P. aquatica* (rara), *Polygonum strictum* All. (*minus* Huds.), *Populus alba*, *Potamogeton heterophyllus* Schreb., *Primula Auricula*, *Prunella laciniata* auct. helv., *Ranunculus Lingua*, *Rumex Hydrolapathum* Ait. (*aquaticus* Sut), *Sagittaria sagittifolia*, *Scabiosa Columbaria* δ *ochroleuca* (varietas rarissima), *Scirpus maritimus*, *Senecio paludosus*, *Serratula tinctoria*, *Seseli bienne* Crantz (*annuum* L.), *Sium angustifolium*, *Spergula nodosa*, *Spiranthes autumnalis* Rich. (*Ophrys* Balb.), *Teucrium montanum*, *Thalictrum angustifolium* III *galioides*, *Th. aquilegifolium*, *Thysselinum palustre* Hoffm. (*Selinum* L.), *Triglochin palustre*, *Utricularia minor*, *Utr. vulgaris*, *Veronica spicata*, *Villarsia nymphoides* Vent. (*Menyanthes* L.; rarissima), *Viola montana* I *stricta* (?), *V. odorata* β fl. albo.

M i l l e d e u x. V. B r e v i n e (la).

M i n a l p, pascua altissima Subsylvaniae ad altum montem Iochli pertinentia, 6588 p. s. m. elevata, unde in vicum Melchthal (2830 p. s. m.) descenditur. In hisce pascuis a Cl. WAHLENBERG lectae fuerunt: *Hedysarum obscurum*, *Phaca australis*.

M i n i d u n u m, M o u d o n, germ. M i l d e n, oppidum ad M. Iorati pedem borealem et amnis Broiae ripam sinistram situm, olim agri Vaudensis caput, sub Sabaudorum dominio praefecti et totius civitatis comitiorum sedes. Eam urbem traiicit via regia, qua Lausanna Bernam itur. Regio vicina fertilissima est, sed botanicis hucusque fere penitus ignota. Inter Minidunum et oppidulum Friburgense Rue lecta est *Digitalis grandiflora* Lam. (*ambigua* Sut.); circa Lucens, ubi praefecti Bernenses residebant, *Chenopodium Botrys* ab Hallero citatum non amplius reperitur; sed ad viam Minidunensem provenit *Oenothera biennis*.

M i s a u c i n a vallis (V a l d i M i s o c c o, germ. M i s o x), partem pagi Rhaetici maxime austrum versus porrectam efficit, et inter valles Calancam ad occasum atque Clavennensem ad eurum media eisque parallela, a borea, ubi M. Bernardino limitata est, ad austrum extenditur et longitudine 9 l. metitur. Pars eius septentrionalis undique Alpibus editissimis septa, naturae asperrimae scenas sublimes ostentat. Austrum versus contra montium iuga magis magisque mitescunt, ac tandem in fertilissimos clivos collesque desinunt, et per totam vallem a summis nivosisque cacuminibus usque ad felices Moësae, quae eam totam percurrit, ripas imas, rupium horrendarum insolitae formae, innumerorum rivorum aquae limpidae pulchrasque cataractas efficientes, habitationes sparsae, pagi concinni, castaneta superba, horti, pomaria, arva pinguia ac rursus supra nemorum umbras et alpestria pascua crystallinus nivium perennium splendor scenarum gratissimam varietatem oculis offerunt.

Praecipuae cataractae vallis exstant prope Cabiolo,

ubi Ficus et Morus vulgo proveniunt, proinde ad Soazzo, altius denique haud procul Cremeo, in pulcherrimorum antiquissimae Misaucinae (Misocco) arcis ruderum vicinia. Istae reliquiae in immensi quadrati formam sese supra impetuosam Moësam extollunt. Densissimos muros coronant excelsae Abietes, et ad nudas rupes prope rudera exsurgentes, undarum cadentium sonitus totam vallem implet.

Viatores eam amoenissimam regionem percurrentes, eo maiorem voluptatem ex omnibus istis naturae scenis percipiunt, quo propter frequentes viarum gyros, usque ex inopinato plures novi situs et spectacula coram adparent.

Incolae corrupta italicae linguae dialecto utuntur et religioni catholicae addicti sunt. Ex mercium per vallem transitu, pecorum educatione, agrorum et, infra Soazza, Zeae Sericique cultura victum conquirunt. Prope summum pagum (San Bernardino) fons acidulus invenitur, cuius aquae D. Mauritii vix cedere dicuntur. Praecipui vallis vici sunt Misocco et Roveredo.

Moësa in M. Bernardino scaturit; inde, austrum versus tendens, imam vallis consequitur partem, ac subito ad occidentem conversa, aquis vallis Calancae aucta, ad austro-occasum rursus flectitur; proinde Ticinensem pagum ingressa, mox prope Bellinzonam in Ticinum defluit. V. Calanca.

Post J. J. Scheuchzerum, haecce tam insignis regio, ut videtur, a botanophilis neglecta fuit, licet absque dubio non paucas tum alpestres, tum australes stirpes proferat. In valle inferiori provenit *Andropogon Gryllus.* — Prope Soazzo: *Lychnis Viscaria.* — Circa San Bernardino: *Pinus rubra* Roesch. — Ad Alpium rupes: *Saxifraga Cotyledon (pyramidalis* Lapeyr.). — In M. Bernardino ad clivum australem: *Daphne Cneorum* II *(D. striata* Tratt.; copiosissime: Cl. Coquebert). — Supra balneum ad medium adscensum vallem Misaucinam versus situm, mons, cuius nomen ignoro, ad

orientem extollitur. Ibi anno 1829 pulcherrimae plantae a Cl. Coquebert de Montbret collectae sunt. Mox ei in caespitosis pascuis *Primula integrifolia* obvia fuit. Inde tractu paludoso difficilique traiecto, clivum arduum nactus est, ubi rarissima *Primula longiflora* All., quae hucusque nonnisi in paucissimis Valesiae superioris montibus observata erat, cum *Antherico serotino* frequens degit. — Ad rupes hunc clivum coronantes denique *Eritrichium nanum* Schrad. (*Myosotis* Vill., etiam perrarum) et *Saxifraga Seguieri* Spreng. (*sedoides* Wbg.) laete vigebant.

M o ë s a. V. M i s a u c i n a vallis.

M o ë v e r a n, scopulus altissimus inter montes Dent de Morcles et Cheville, in Alpium iugo boreali et ad pagi Vaudensis Valesiaeque confinium situs. Plantae rariores: *Anemone alpina β sulphurea*, *Ononis rotundifolia*. V. O v a n n a.

M ö h l i n e n s i s sylva. V. B a s i l e a.

M ô l e (Le), mons Sabaudiae, 5711 p. s. m. elatus, oppidulo la Bonneville imminens, ad Arvae ripam dextram extollitur. Secus Lemani littora nonnisi inter Coppet et Genevam adparet; ibi in lacuna, quae Salaevam a sylvoso Voirons separat, formam conicam s. pyramidalem ostendit. Nemorum decore omnino caret, sed undique pascuis fertilibus ornatus est, et aliquot plantas alpinas gignit. Citantur scilicet: *Anemone alpina α* flor. extus purpurasc. intus albis, *An. narcissiflora*, *Betula viridis* Chaix, *Campanula thyrsoidea*, *Dryas octopetala*, *Gentiana purpurea*, *Hieracium aurantiacum*, *H. aureum* Vill. (*Leontodon* L.), *H. flexuosum* Willd., *Salix reticulata*, *S. retusa*, aliquot *Saxifragae* species, *Spergula saginoides*.

M o l e s o n. V. F r i b u r g e n s i s pagus. — In eo monte occurrit *Lilium Martagon β* floribus albis (var. rara).

M o l l i s, pulcher vicus pagi Glaronensis, in valle praecipua, supra Bilten et infra Nettstall, ad Linthae ripam dextram situs, ac montis Frohnalp dorso sub-

iectus. Regio vicina amoenissimis totius pagi adnumerari potest, utpote laetissima vegetatione, elegantibus ambulacris pulchrisque aedibus surperbiens. Incolae magnam casei viridis (Schabzieger) copiam fabricantur; ceterum commercii et industriae artibus addicti sunt. Pulcher canalis, Linthae prisco alveo substitutus, 14000 pedum longus, et aquas eius lacui Ripario adferens, hic incipit. Plantae rariores: *Geum rivale β hybridum* (in sylva Commenwald), *Malaxis monophyllos* Sw. (*Ophrys* L. supra vicum: Hegetschweiler; in M. Frohnalp: Haller. Stirpem rarissimam reperire nequivimus), *Saxifraga mutata.*

Monasteriensis vallis (das Münsterthal, Val da Mustair), altissima Rhaetiae regio, inter Engadinam mediam, vallem Tellinam et Tyrolem sita. Ad montem Fuorno s. Ofen incipit; inde austro-eurum versus sese extendit, et in Tyrolem supra Taufers aperitur. Vix ultra 4 l. longa, ubique inter excelsissimos glacialesque montes coarctata est. Incolae romanice loquuntur; alii catholicae, alii evangelicae fidei addicti sunt; omnes victum ex Alpibus pecoribusque conquirunt. Ea regio plantis raris, sed hucusque nondum satis exploratis abundat. Citatur tamen *Atragene alpina.* V. Cernetz, Träla, Umbraigl.

Monettier (vulgo Mounceti) pagulus ditionis Sabaudae, in lacuna, quae maioris Salaevae dorsum a minori Salaeva separat, situs. V. Salaeva.

Mont, pulcher vicus Vaudensis, prope Rotulum ad imum collium, qui regionem viniferam la Côte coronant, clivum situs. Vinum in eius territorio proveniens, inter totius illius vineti praestantissima recenseri meretur. Ibi pulchrae stirpes potissimum a Cl. Monnard observatae sunt, v. c. *Antirrhinum Orontium*, *Artemisia pontica* (elegans raraque stirps ad arcis dirutae rudera abundat), *Astragalus glycyphyllos*, *Atriplex angustifolium* Sm. *β erectum* (in versuris), *Cerastium viscosum* (*vulgatum* Sm., au creux de la Fava), et *β glomeratum* (in vineis), *Chenopodium po-*

lyspermum I *obtusifolium*, et II *acutifolium* (locis cultis), *Crepis foetida*, *Daphne Laureola*, *Datura Stramonium* (à Tartegnins), *Delphinium Consolida* (in agris prope Bugnaux), *Epilobium Dodonaei* Vill., *Hieracium Pilosella* δ (*H. peleterianum* Mér.), et eiusdem varietatis forma *ramosa*, *Lactuca saligna* (prope Châtel), *Ophrys myodes* Jacq. (circa Bugnaux), *Rhaphanus Rhaphanistrum* β floribus citrinis (in collium adscensu Gimel versus), *Salvia glutinosa* (ibidem), *Spergula arvensis* (supra clivos), *Stachys arvensis* (in vineis), *Verbascum Lychnitis* β floribus albis, *Vicia dumetorum*. — Prope Gilly: *Beta Cicla*, *Orobanche minor* (in pratis inter Trifolium). — Circa Bursins: *Malva Alcea*; ibidem, au bois de la cure: *Echium vulgare* δ *parviflorum*, *Viola canina*, β *apetala*.

Montanvert, mons fertilis Sabaudus, supra vallem Chamouny, ad pedem borealem ingentis scopuli, vulgo Aiguille de Charmoz dicti, sese ad p. 2568 supra vallem, ac 5724 s. m. altitudinem extollit. Eo per semitam arduam quidem sed neutiquam periculosam a vico principe Chamouny s. le Prieuré intra 3-4 h. spatium pervenitur. In adscensu montis laeta vallis Arvae, multis pagis ornata, iuxta quos molium glacialium ima brachia passim rigent, oculis gratissimum spectaculum praebet. Sed in ipso cacumine prope stabula subito alia vallis priori latior, sed sempiterna glacie obsita, quam ob immensam eius superficiem incolae Mer de glace nuncupant, alto clivo subiecta, apparet. Pars eius, quam spectator ex M. Montanvert conspicere potest, 2 saltem l. longa et dimidiam leucam lata est. Undique eam sepiunt gigantei scopuli, rupibus horrendis constantes, quorum formae audaces et insolitae horrorem et admirationem excitant. Quos inter obeliscus graniticus nomine Aiguille du Dru notus, forma tereti et acuminata, acui revera non dissimilis, et 8532 p. supra vallem Chamouny vel 11692 s. m. elatus, omnium oculos ad se trahit.

In pascuis montis et usque ad pedem scopuli Char-

moz, ut et in ipsa maris glacialis ora multae stirpes alpinae occurrunt. Insigniores sunt: *Achillea moschata* Jacq., *Alchemilla pentaphyllea*, *Arenaria grandiflora* (?), *Bartsia alpina*, *Chrysanthemum alpinum*, *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Empetrum nigrum*, *Geum montanum*, *Hieracium alpinum* III (*H. Halleri* Vill.), *H. angustifolium* Hoppe, *Iuncus trifidus*, *Pedicularis rostrata*, *Phyteuma hemisphaericum*, *Potentilla aurea* (*P. Halleri* Ser.), *Primula viscosa* Vill. (*villosa* Sut.), *Rheum digynum* Wahlenb. (*Rumex* L.), *Saxifraga aspera* DC. I *elongata*, et β *intermedia*, sic etiam II (*s. bryoides* L.), *S. cuneifolia*, *Trifolium alpinum*, *Veronica alpina*, *V. aphylla*, *Viola biflora*, *V. cenisia*. — In descensu ad moles glaciales: *Pinus Cembra*, passim. — Ad ipsum mare glaciale: *Luzula spadicea* DC. (*Iuncus* All.) γ *laxiflora*. — Ad moles glaciales du Pélerin: *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.). — In sylva valli Chamouny imminente: *Achillea macrophylla*, *Astrantia minor*, *Chrysosplenium alternifolium*, *Euphrasia minima* Jacq., *Pinus Larix*, *Saxifraga cuneifolia*, *S. rotundifolia*, *Tussilago alpina*, *Vaccinium Myrtillus*, *V. uliginosum*, *V. Vitis-idaea*.

Montbéliard, urbs ditionis Gallicae, haud procul a fluvio Dubi sita, et borea-occasum versus 10 fere l. Basilea distans. In eius agro observatae fuerunt: *Alisma natans*, *Allium rotundum* (stirps rarissima), *Nigella arvensis*, *Ranunculus fluitans* Lam. (tum in amniculo Alant, tum in ipso Dubi frequens), *R. Philonotis* Retz, *Seseli montanum* (perinde rarissimum), *Trifolium elegans* Savi (inter Montbéliard et Basileam), *Veronica montana*.

Montcherand (passim perperam Montcharand), vicus Vaudensis, vix una leuca ab oppido Urba distans, ad viam, qua per Lignerolle in Galliam itur, situs. Prope pagum pulchra spelunca exstat, pineto coronata et amni Urbae imminens. In ea amoena regione nascuntur: *Anemone Hepatica*, *Asperula arvensis*, *Asp. odorata*, *Asp. tinctoria* (ad Urbam amnem:

intra limites Helvetiae certe rarissima, neque, ut puto, nisi in hac statione rite recognita), *Bunium Bulbocastanum*, *Camelina sativa* Crantz (*Myagrum* L.), *Caucalis daucoides*, *Convallaria bifolia*, *C. maialis*, *C. Polygonatum*, *Cynanchum Vincetoxicum* Pers. (*Asclepias* L.), *Epipactis rubra* Sw. (*Serapias* L.), *Galium tricorne* With. (*Valantia Aparine* Sut.), *Geranium lucidum* (perrarum), *G. sanguineum*, *Helianthemum Fumana* Desf. (*Cistus* L.), *Hieracium amplexicaule* (inter cavernas), *Iberis amara*, *Limodorum abortivum* Sw. (*Orchis* L.), *Mespilus Cotoneaster*, *M. tomentosa* Ait., *Neslia paniculata* DC. (*Myagrum* L.), *Ophrys anthropophora*, *Orchis pyramidalis*, *Orobus niger*, *Or. vernus*, *Prunella laciniata* auct. helv., *Sanicula europaea*, *Saponaria ocymoides*, *Stellera Passerina*, *Teucrium montanum*, *T. Scorodonia*, *Trifolium rubens*, *Veronica spicata*. — Infra vicum les Clées: *Epipactis latifolia* All. *α pallens* (supra cataractam du Dard), *Hieracium Jacquini* Vill. (ad amnis Urbae rupes supra pontem), *Rosa alpina*, *Veronica urticaefolia* Jacq. V. Urba (oppidum).

Monte-Luna (*), Lunae-mons, in pagi Sangallensis Sarunetorum regione, supra thermas Fabarias ad 7596 p. s. m. sese extollit. In tanta tamen altitudine nivem per summam aestatem vix ullis locis depressis servat, et vertex eius rotundatus undique gramine laeto obtectus est. In eo monte, quem in Flora nostra passim cum Pilato inepte confudimus, a Cl. Wahlenberg observatae sunt: *Achillea macrophylla*, *Androsace Chamaciasme* Bieb. (*villosa* Sut.), *Andr. helvetica* N. (*Aretia* L.), *Anthericum serotinum*, *Arbutus Uva-ursi*, *Arnica scorpioides*, *Azalea procumbens*, *Betula viridis* Chaix (usque ad Fagi terminum adscendens), *Cerastium viscosum* (in summo culmine!),

*) In geogr. helv. observat rev. J. C. Faesi hoc nomen rhaeticum esse, et montem Lunae, ut et alia loca in Sarunetorum regione sita germanico nomine carere, unde evincitur priscos Rhaetos olim huncce tractum obtinuisse.

Daphne Cneorum II *glaberrima (D. striata* Tratt.), *Hippocrepis comosa*, *Leontodon Taraxacum* (in summo culmine), *Onobrychis vulgaris* N. *α (On. montana* DC., *Hedysarum Onobrychis* L.), *Pedicularis foliosa*, *Phyteuma Halleri* All. *(ovata* Willd.), *Pinus Abies* (usque ad 5800 p. s. m.), *P. Larix* (ad Abietis terminum), *P. sylvestris β* Wbg. *(P. montana* Hoffm.; perinde frequens), *Saxifraga muscoides* Jacq., *Teucrium montanum* (fere usque ad fagi limites), *Trifolium badium* Schreb. *(spadiceum* Sut.), *Viola calcarata* I *subacaulis* flore coeruleo.

Montemor, Monte-Moro. V. Moro.

Montendre, iugi Iurani Vaudensis altissimum dorsum inter campos, ubi vici Bière, Mollens et Montricher siti sunt, et vallem Iugensem sese ad p. 5177 s. m. altitudinem extollens. Semitis commodis, et quidem potissimum a valle Iugensi intra 2 horas, conscendi potest. Austrum versus vasta eius latera sylvae abietinae obumbrant; summitates autem longe patentes pascuis graminosis constant, in quibus rupes nuda raro in conspectum venit, ut, quamvis montem Dolaz altitudine superet, multo minorem stirpium insignium copiam proferat. Occurrunt tamen: *Anemone alpina*, *An. narcissiflora*, *Aster alpinus*, *Campanula thyrsoidea*, *Carex sempervirens*, *Chaerophyllum hirsutum*, *Cochlearia saxatilis* Lam. *(Myagrum* L.), *Corallorrhiza Halleri* Rich. *(Ophrys Corallorrhiza* L.), *Dryas octopetala*, *Helianthemum canum* Dun. *(Cistus marifolius* Sut.), *Laserpitium latifolium*, *L. Siler*, *Linum montanum* Schl. *(narbonense* Sut.), *Orchis globosa*, *Orch. nigra* Scop. *(Satyrium* L.), *Potentilla alpestris* Hall. fil. *α (aurea* Sm. Ser.), *P. aurea (P. Halleri* Ser.), *Rhododendrum ferrugineum*, *Soldanella alpina*.

Montet (Le), altus collis inter Bex, les Devens et Bévieux, in pago Vaudensi situs. Pedem eius meridionalem efficiunt rupes gypsaceae vineis consitae; vinum ibi proveniens gustum peculiarem subingratum adfectat. Reliquas eius collis partes occupant amoenae

sylvae, ubi rarae plantae inveniuntur. — *Buphthalmum salicifolium*, *Campanula Cervicaria*, *Colutea arborescens*, *Orchis odoratissima*, *Orobus niger*, *Poa nemoralis* V *caesia* (non est eadem ac *P. glauca* Fl. dan., ut olim suspicatus eram), *Pulmonaria officinalis* (fol. immaculatis), *Pyrola chlorantha* Sw., *Spiranthes autumnalis* Rich. (*Ophrys* Balb.; in summo clivo).

Monthey, magnus pulcherque vicus Valesiae inferioris, in Rhodani ripa sinistra et ad ingressum in amoenam vallem Illiers situs. Torrens olim diris vastationibus saepe regionem, caeterum fertilem ac pulchris sylvis castanetisque abundantem, adfligens tandem magnis impensis, sed felicissime aggeribus domitus fuit. Plantae rariores: *Echinospermum Lappula* Lehm. (*Myosotis* L.), *Festuca Myurus*, *Galanthus nivalis*, *Hemerocallis flava*, *Leucoium vernum*, *Lithospermum purpureo-coeruleum*, *Ranunculus nemorosus* DC. (*polyanthemos* Sut.), *Scolopendrium officinarum* Sw. (*Asplenium Scolopendrium* L.), *Stachys arvensis*. — Inter Monthey et la porte du Sex: *Carex alba* Scop., *Lycopodium helveticum*, *Ornithogalum luteum* (*sylvaticum* Pers.).

Montjoie. V. Bonhomme (Col du).

Montorge, collis apricus et calidissimus Valesiae mediae, supra Sedunum et ad pedem M. Sanetsch sese extollens. Huic arcis antiquissimae rudera insident. Stirpibus pulchris rarisque abundat. Citantur: *Adonis autumnalis*, *Althaea hirsuta*, *Avena loeflingiana* (rarissima), *Bulbocodium vernum* (perinde), *Campanula patula*, *Carthamus lanatus*, *Centaurea paniculata*, *Crepis foetida*, *Isatis tinctoria*, *Lepidium ruderale*, *Ononis Columnae* All. (*minutissima* Sut.), *Orobanche caerulea* Vill. (*laevis* Sut.; perrara), *Polycnemum arvense*, *Prenanthes ramosissima* All. (*viminea* Sut.; rarissima), *Tragus racemosus* Desf. (*Cenchrus* L.; ad collis radices), *Trigonella monspeliaca* (etiam rarissima), *Triticum Nardus* DC. β *molle* (varietas alibi non inventa), *Xeranthemum inapertum* Willd. (in Helvetia nusquam nisi in Valesia occurrens). — Infra collem

in palude stagnisque vicinis: *Ceratophyllum submersum* (rarissimum), *Festuca gigantea* Vill. (*Bromus* L.), *Glaucium luteum* Scop. (*Chelidonium Glaucium* L.), *Malaxis Loeselii* Sw. (*Ophrys* L., *Ophr. lilifolia* Sut.), *Orchis laxiflora* Lam. (*palustris* Mur.), *Polygonum amphibium*, *Scirpus maritimus*, *Typha angustifolia*, *Utricularia vulgaris*.

Montpreveire (lat. Mons presbyterii), vicus montanus Vaudensis, in summo fere M. Iorat ad viam regiam, inter Lausannam et Minidunum situs. Ibi proveniunt: *Chrysosplenium alternifolium*, *Hypericum humifusum*.

Montreux, magna parochia Vaudensis, pluribus pulchris vicis, in arcis Chillon lacusque Lemani vicinia collium amoenissimorum iugo insidentibus constans. Nulla nostri pagi pars coelo mitiori gaudet, ut aegri multi per hiemem ac summo vere ibi malorum medicinam inveniant, ac incolae laboris patientissimi diligentissimique sub Vitis et Fici umbra conquiescere possint. Omnis hic terrarum tractus undique prospectus luculentissimos Alpium sabaudarum Valesiarumque, Lemani ac florentium eius littorum exhibet. Ibi vener. Ph. Bridel, omnibus patriae amicis summopere colendus nobisque carissimus, ecclesiae pastor meritissimus, in Musarum sinu vitae utilissimae dies ultimos laetus ac bona pace agit.

Regio vicina, ad Alpium imum clivum sita, ac planitie omnino carens, boreae flatui infausto inaccessa est, unde fit ut plures plantas Europae meridionali propias producat. Occurrunt enim prope Montreux: *Allium carinatum*, *All. Porrum*, *Anagallis tenella* (stirps elegantissima et rarissima circa Chaulins copiose provenit), *Anemone hortensis* flore miniato (etiam perrara: circa templum visa), *Antirrhinum Cymbalaria*, *Avena fatua*, *Balsamita maior* Desf. (*Tanacetum Balsamita* L.), *Cakile rugosa* L'Hér. (*Myagrum* L.), *Cardamine hirsuta* β *micrantha* (*C. parviflora* Sut.), *C. impatiens*, *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Convallaria*

verticillata, *Corydalis solida* N. (*Fumaria* Hoffm.), *Crataegus Amelanchier* Desf., *Cr. torminalis* (inter Montreux et la Tour de Peilz), *Crocus vernus* All. (in pratis), *Daphne Laureola*, *Galanthus nivalis*, *Geranium lividum* L'Hér., *G. palustre*, *G. rotundifolium*, *G. sanguineum*, *G. sylvaticum*, *Hemerocallis fulva*, *Hyacinthus orientalis*, *Lathraea Squamaria*, *Laurus nobilis*, *Limodorum abortivum* Sw. (*Orchis* L.), *Lychnis sylvestris* Hoppe (à Vernet), *Medicago apiculata* DC. (près du tirage, rarissima), *Narcissus poëticus*, *N. Pseudo-Narcissus*, *Oenanthe peucedanifolia* Poll. (prope Chailly), *Ophrys anthropophora*, *Ophr. arachnites* Hoffm. (utraque prope Charnai), *Orchis laxiflora* Lam. (à Chaulin et Chailly), *Orch. odoratissima* (ibidem et prope Brent), *Orch. pyramidalis*, *Ornithogalum luteum*, (*sylvaticum* Pers.? plantam non vidi; à Vernet), *Orobus luteus* (circa Brent), *Or. niger*, *Physalis Alkekengi*, *Pinguicula alpina*, *Ranunculus Philonotis* Retz, *Rosmarinus officinalis*, *Scabiosa Columbaria* η *pyrenaica* (olim visa), *Scilla* aut *patula* DC., aut *nutans* Sm. (*Hyacinthus* Hall. helv. 1248; supra templum et in dumetis asperis Chillon versus), *Scolopendrium officinarum* Sw. (*Asplenium Scolopendrium* L.), *Silene noctiflora* (la Tour de Peilz versus), *Sonchus Plumieri* (in sylvis inter Charnay et bovilia d'Avant), *Spiranthes aestivalis* Rich. (*Ophrys* Balb.), *Stipa capillata*, *Syringa vulgaris* (in sylvis asperis), *Tanacetum vulgare*, *Taxus baccata* (au Sex que Pliau, et aux Baies), *Trifolium scabrum*, *Tussilago alba* ☿, et ♀ *ramosa* Hoppe (utraque in subalpinis), *Verbascum blattarioides* Lam. β *Pseudo-Blattaria*, *Veronica urticaefolia* Jacq. (aux Baies), *Vinca maior* (prope Chailly). — Pennilucum versus, circa arcem lacustrem Chillon: *Arabis Turrita*, *Cytisus sessilifolius* (in sylvis; huic loco proprius), *Daphne Laureola*, *Geranium sylvaticum*, *Lilium Martagon*, *Melampyrum cristatum*, *Tilia platyphyllos* Vent. — Ibidem prope molendinum Grandchamp: *Euphorbia*

verrucosa, *Geranium lividum* L'Hér., *Vinca maior*. V. Penniluc u s.

Morbegno, magnum oppidum, imae vallis Tellinae caput, ad rivum Bitto, in Addae ripa sinistra situm, ac fere 2 l. a lacu Lario distans. Totius regionis longe pulcherrimus locus, aedibus altissimis ac praecipue templo magnifico, tabulis pictis optimis ornato, conspicuus est. Incolae mercaturae artibus addicti sunt. Solum fertilissimum vina generosa, Zeam et omnigena Cerealia producit. In paludibus inter urbem et lacum plantae rariores nascuntur, ut et in monte vicino Legnone, 8000 p. s. m. elato, ubi prospectus pulcherrimus viatores exspectat. Stirpes citatae: *Archangelica officinalis* Hoffm (*Angelica Archangelica* L.; Pocco d'Adda versus), *Gnaphalium luteo-album*, *Inula Helenium*, *Ligusticum peloponnesiacum* (inter urbem et montem Tronam), *Lolium perenne β tenue*.

Morcles. V. Dent de Midi et de Morcles.

Morel, Möril, vicus Valesiae superioris, supra Brigam, inter Natriam et Lax, ad ripam dextram Rhodani situs. Ibi occurrunt: *Fedia dentata* Vahl *β gracilis* et *γ eriosperma*.

Morge (La), rivus littoris dextri Rhodani infra Sedunum, prope collem Montorge et ad Valesiae mediae et inferioris confinium, in flumen effunditur. Ad eius pontem Sedunum versus leguntur: *Prenanthes ramosissima* All. (*viminea* Sut.; perrara), *Scirpus maritimus*, *Stachys germanica*, *Typha angustifolia*. — Secus rivum: *Astragalus aristatus* L'Hér. (*Tragacantha* Sut.), *Astr. monspessulanus*, *Orobanche coerulea* Vill. (*laevis* Sut.; rara). — In agris vicinis: *Androsace maxima* (perrara), *Artemisia vallesiaca* All. (ad vias), *Bupleurum rotundifolium*, *Carthamus lanatus*, *Ephedra distachya* (rarissima), *Herniaria glabra*, *Lactuca perennis*, *Lepidium ruderale*, *Melampyrum arvense*.

Morges (lat. Morgiae), urbs parva sed pulchra pagi Vaudensis, ad Lemanum, inter Lausannam et Rotulum sita. Viae eius latae rectaeque sunt, bono

pavimento stratae, ac pulchris aedibus instructae. Templum elegantissima architectura conspicuum in extrema oppidi parte, eurum versus, intra ambulacrum pulchris arboribus consitum, prope lacum extollitur. Ara antiquissima, olim praefectorum sedes, nunc armamentum, ubi reipublicae tormenta bellica adservantur, extremitatem urbis occidentalem obtinet. Prope eam portus securus, duplici muro munitus, magnaeque plateae contiguus, commercii et industriae commodis inservit. Cives enim multi ex mercatura quaestum faciunt. Hic etiam habitat peritissimus artifex fusorius, in cuius officina tormenta cuiusvis diametri et campanae omnigenae conficiuntur.

Tractus huic oppido vicinus terris fertilibus, quas praedia pulchra villaeque amoenissimae exornant, constat. Ibi planities Vaudensis latissime patet ac procul septentrionem versus Iurano iugo terminatur. Collis proximus viniferus, cui dives vicus Lonay impositus est, ad eurum exsurgens, pulchrum prospectum efficit. Summa autem magnificentia Alpium tum Valesiarum tum Sabaudarum, quas inter colosseus Mont-Blanc per lacunam ingentem ac profundissimam fere a basi usque ad summum verticem optime conspicitur, formae minaces ac variae apparent.

Iam ante plures annos ampliss. Iain Floram morgiensem sollicite exploravit, et in eius agro stirpes nonnullas minus vulgares detexit. Hodie etiam Cl. V.V. Mazelet et Forel ibi scientiam colunt amabilem. — Plantae citatae: *Colutea arborescens*, *Herniaria glabra*, *Hyacinthus orientalis* (in pratis, ex hortis absque dubio profugus), *Littorella lacustris*, *Lonicera Periclymenum*, *Mentha Pulegium*, *M. rotundifolia*, *Polycnemum arvense*, *Polygonum dumetorum*, *Salvia Sclarea*, *Scilla amoena*, *Sium repens* L. fil. (inter sclopetariorum domum et praedium la Repentance, ad rivuli ostium), *Tulipa sylvestris*. — Circa Lonay: *Daphne Laureola*, *Eranthis hiemalis* Salisb. (*Helleborus* L.), *Inula salicina*, *Ranunculus Philonotis* Retz.

Moritz (Sanct), pagulus Rhaeticus, in Oeni summa valle, ad parvum lacum eiusdem nominis situs, ac 5296 p. s. m. elevatus. Fons acidulus celeberrimus, ad quem quotannis homines permulti e Germania, Helvetia ac Italia affluunt, ad pedem montis granitici Rozatsch, in prato uliginoso $1/4$ l. a vico distante scaturit. Aquam aegri potant; haud minus feliciter ad balnea adhiberi posset: sed apparatus necessarius adhuc omnino desideratur; quin etiam hospites quotidie sub hoc coelo inclementissimo e pago fontem petere coguntur, ubi tectum inconcinnum eos vix a pluvia defendit.

In ea regione alpestri et altissima scenae camporum incolis ignotae undique sese oculis offerunt. Usque ad montem Maloiam Oenus saepe in lacunas alpinas dilatatur, et prope St.-Moritz pulchram efficit cataractam. Tota vallis stirpibus abundat, et sylvas integras Cembra constantes possidet, quales per totam Europam alibi frustra quaesieris. Supra fontem reperitur rarissima *Malaxis monophyllos* Sw. (*Ophrys* L.). — In vallibus glacialibus v. gr. ad Roseggiogletscher: *Aquilegia alpina*. — Prope vicum: *Linnaea borealis*, *Phaca frigida* Jacq., *Ranunculus Thora* (? nonnisi a Muralto citatus).

Moro (Monte), mons altissimus iugi australis, inter summam vallem Anzascam et vallem Valesiacam Saas extollitur. Eius altitudo, ut mihi probabile visum est, saltem 10000 p. s. m. metitur: eam tamen minorem (scilicet 8389 p.) invenisse dicitur illustr. Weldenius, in exercitibus Austriacis militum praefectus, et botanices atque aliarum bonarum artium peritissimus. Semita difficilis, potius quam periculosa, nec nisi per mediam aestatem usitata intra 8-9 h. e vico pedemontano Macugnaga ad pagulum Valesiacum Allmengell s. Sancta-Barbara viatores ducit. Infra huius itineris summum punctum vastissimi tractus glacie nivibusque aeternis penitus obruti, utrinque, sed praecipue in clivo boreali late patent, et eius montis moles glaciales absque omni dubio indies crescunt et augentur.

Ex summitate iugi borealis scopuli pyramidesque, ac praecipue austrum versus pulcherrimus mons Rosa summae valli Anzaseae imminens, magnifice adparent. Pretiosae raraeque plantae in eo monte gignuntur. Huc pertinent: *Achillea nana*, *Arabis coerulea* Wulff., *Athamanta Libanotis β maior*, *Bupleurum stellatum*, *Campanula cenisia C. excisa* Schl., *Delphinium intermedium*? Ait. (*elatum* Weld.), *Eritrichium nanum* Schrad. (*Myosotis* Vill.), *Festuca pilosa* Hall. fil. (*rhaetica* Sut.), *Galium aristatum*, *Gentiana obtusifolia* Schmidt, *Geranium aconitifolium* L'Hér., *Hieracium alpicola* Schl., *Oxytropis uralensis* DC. (*Astragalus* L.), *Pedicularis rostrata*, *Phaca astragalina* DC. (*Astragalus alpinus* L.), *Phleum commutatum* N., *Phyteuma humile* Schl., *Poa minor N.*, *Potentilla nivea*, *Ranunculus glacialis*, *R. rutaefolius*, *Rhodiola rosea*, *Sempervivum globiferum*, *Senecio uniflorus* All., *Valeriana celtica.*

Moron, mons fertilis Bernensis praefecturarum Iuranarum, prope Bellelay incipiens ac valles Maiorem et Minorem dissepiens. Ibi citatur pulchra *Fritillaria Meleagris.*

Mosses (La plaine des), vallis alpestris, planitie torfacea paludosaque constans, iuxta valles Ormondianas et l'Etivaz, a quibus eam mons Lioson separat, supra Castrodunum sita. Plantae insigniores: *Allium Schoenoprasum β alpinum*, *Andromeda polifolia*, *Arnica montana*, *Carex curta* Good. (*canescens* auct.), *C. limosa*, *C. pauciflora* Lightf., *Cirsium rigens* N. (*Carduus* Gmel., *C. tataricus* Sut.), *C. subalpinum* N., *C. tricephalodes* DC. (*Carduus* Lam.), *Comarum palustre*, *Eriophorum alpinum*, *Er. angustifolium* Roth *γ alpinum*, *Er. gracile* Koch (*triquetrum* Hoppe), *Er. vaginatum*, *Gentiana purpurea*, *Geranium sylvaticum*, *Hieracium aurantiacum*, *Iuncus bulbosus*, *Lycopodium alpinum*, *L. inundatum*, *Menyanthes trifoliata*, *Rhododendrum ferrugineum*, *Salix aurita β microphylla* (varietas depressa), *S. repens*, *Scheuchzeria palustris* (copiose), *Sedum villosum*, *Sibbaldia procumbens*, *Vac-*

cinium Oxycoccos, *V. uliginosum.* — A la Forclaz, Ormonds-dessous versus: *Carduus Personata* Jacq. (*Arctium* L.), *Digitalis grandiflora* Lam. (*ambigua* Sut.), *Hieracium aureum* Vill. (*Leontodon* L.), *H. prenanthoides* Vill. III *cydoniaefolium*, *Polygonum Bistorta*, *P. viviparum.*

Motiers. V. Travers.

Moudon. V. Minidunum.

Moutiers Grandval, vicus magnus ditionis Bernensis, in praefecturis Iuranis, ad Birsae ripam sinistram, inter Court et Correndelin situs, totiusque pulchrae vallis Monasteriensis (germ. Münsterthal), quae supra Tavannes ad Rupem Pertusam (Pierre-Pertuis) incipit, ac inde primum orientem, postea boream petens, usque ad vicum Correndelin extenditur, atque cum campis Basileensibus paulatim sese confundit, caput. Istam vallem a Birsa, quae in eius summa parte scaturit, irrigatam, optima via, qua Bienna Basileam itur, percurrit; inter montes approximatos plerumque coarctata, altissimis rupium parietibus mirum in modum diffractis saepissime subiecta, elegantibus cataractis, speluncis variisque naturae pictoriae scenis ditissima, amoenissimis Helvetiae montanae regionibus accenseri meretur. Incolae plerique gallica lingua utuntur et religioni evangelicae addicti sunt. Propter exiguam vallis latitudinem et montium clivos praeruptos, nonnisi pauca cerealia colunt, praecipuum victum ex pascuorum usu pecorumque educatione conquirentes. Vicus Moutiers in pulcherrima ac latissima totius vallis parte e regione maximi eius rami lateralis situs est. Cl. Moschard, M. D., pretiosam petrefactorum in montibus vicinis inventorum collectionem possidet. Plantae insigniores: *Alnus incana* Willd., *Arabis arenosa* Scop. (*Sisymbrium* L.), *Athamanta cretensis* γ *glabra* (*Ath. Matthioli* Sut.: inter Moutiers et Correndelin frequens), *Carex brachystachys* Schrank (ad rupes humidas), *Carpinus Betulus*, *Cochlearia officinalis*, *Genista pilosa* (à Pierre-Pertuis), *Goodyera repens*

R. Br. (*Satyrium* L.), *Hieracium amplexicaule*, *H. Jacquini* Vill., *Lathyrus hirsutus*, *Orobanche ramosa*, *Papaver Rhoeas* β *hispidissimum*, *Taxus baccata*, *Teesdalia Iberis* DC. (*Iberis nudicaulis* L.; circa Tavannes; rara), *Verbascum thapsiforme* Schrad. γ *thapso-nigrum*. Circa Sonvillers: *Allium oleraceum*, *Ervum tetraspermum*, *Melampyrum cristatum*, *Teesdalia Iberis* DC. (Court versus).

Muggia (Val). V. Mendrisium.

Mülhusia, olim civitas Helvetiorum foederata, nunc ditionis gallicae emporium notissimum, in Alsatia superiori situm, 6 fere leucis ab urbe Basilea distans. Plantas nonnullas rarissimas agroque eius proprias fortunae vices, quibus ista urbs ab Helvetia separata est, Florae nostrae eripuerunt. Potissimum citari merentur: *Adonis ambigua* N. II *flava* (*Ad. miniata* Sut.), *Anagallis coerulea* Schreb., *Anemone sylvestris* (huic tractui propria), *Atriplex patulum* (nuper haud amplius visum), *Butomus umbellatus*, *Cervaria alsatica* N. (*Peucedanum* L.) α *luteola* (rarissima), *Chaerophyllum bulbosum* (olim visum), *Dipsacus laciniatus*, *Elatine Alsinastrum*, *El. Hydropiper* (quaenam forma ibi occurrat, non liquet), *Eryngium campestre*, *Erysimum orientale* R. Br. (*Brassica* L.; stirps praerara), *Holcus australis* Schrad. (*odoratus* Sut.; rarissimus neque in Helvetia occurrens), *Holosteum umbellatum*, *Hypericum pulchrum* (in sylva Kirchholz), *Iuncus subverticillatus* Weig. (rarus), *Leersia oryzoides* Willd. (*Phalaris* L.), *Limosella aquatica*, *Melampyrum nemorosum* (formosum rarumque), *Mentha Pulegium*, *Myosurus minimus* (non amplius reperitur), *Peplis Portula*, *Radiola linoides* Gmel. (*Linum Radiola* L.; rarissima planta), *Scheuchzeria palustris*, *Sinapis incana* (Basileae olim lecta; ceterum nusquam in Helvetia occurrit), *Tamarix germanica*.

Müllheim. V. Istein.

Münchenstein, s. Mönchenstein, vicus concinnus Basileensis, 1 l. supra urbem ad Birsam, in regione amoena fertilique situs. Arcis, olim praefecto-

rum sedis, rudera colli vicino, unde pulcher prospectus, insident. Plantae rariores: *Acer platonoides*, *Alisma Plantago* „ γ *cordifolia*" Hag., *Allium carinatum*, *Alnus incana* Willd. (Muttenz versus), *Arundo Pseudo-Phragmites* Hall. fil., *Bromus asper*, *Campanula rapunculoides* (Arlesheim versus), *Carex alba* Scop., *C. hirsuta* Sut. (Hall. helv. 1352; planta dubia, nuperis prorsus ignota), *Cervaria glauca* N. (*Athamanta Cervaria* L.), *Chrysanthemum corymbosum*, *Conium maculatum*, *Convallaria bifolia*, *C. Polygonatum*, *Coriandrum sativum*, *Coronopus Ruellii* All. (*Cochlearia Coronopus* L.), *Daphne Laureola*, *Draba muralis*, *Epipactis rubra* Sw. (*Serapias* L.), *Heliotropium europaeum*, *Hieracium praemorsum* (rarissimum), *Impatiens Noli-tangere*, *Iris germanica*, *Lithospermum purpuro-coeruleum* (in sylva inter Münchenst. et Muttenz), *Lonicera Caprifolium*, *L. Periclymenum*, *Narcissus Pseudo-Narcissus*, *Neslia paniculata* DC. (*Myagrum* L.), *Orobus niger*, *Panicum glabrum* N. (*Syntherisma* Schrad.), *Peucedanum Chabraei* N. (*Selinum* L.), *Poa bulbosa*, *Pyrola rotundifolia* (C. B.), *P. secunda*, *Saponaria Vaccaria*, *Senecio nemorensis* (??), *Sium latifolium*, *Stellera Passerina*, *Triglochin palustre*, *Tulipa sylvestris*, *Veronica montana* (Muttenz versus), *Viola mirabilis*, *Vitis vinifera* α (*V. sylvestris* Hag.). — Circa villam Rütihard: *Alium vineale*, *Asparagus officinalis*, *Crassula rubens*, *Viola mirabilis*.

Münsterthal. V. Monasteriensis vallis et Moutiers Grandval.

Murask. V. Gries.

Muratensis lacus, in pagis Friburgensi et Vaudensi situs est ac 1344 p. s. m. elatus; longitudine 2 l., latitudine ⅔ l., altitudine autem, ubi profundissimus, 162 p. metitur. Austro-occasum versus Broia cum eo sese coniungit, eiusque longitudine fere integra percursa, ad oppositam oram, prope vicum Sugy, rursus in alveum coarctata, per paludes magnas fluere incipit, et post sinuosum cursum, 2-3 l. longum, in lacum

Neocomensem effunditur. Muratensem, potissimum circa oppidum pulcherrimi colles vineis arboribusque domesticis consiti, ac praesertim qui Vully dicitur, borea-occasum versus istis lacubus interiectus, multisque vicis et praediis ornatus, mirum in modum exornant. Sed ad utramque extremitatem ripae eius planitie paludosa; nec nisi botanices amicis grata, constant. Accolae parvis scaphis inter se communicare solent. Lacus pisces multos edules alit, v. gr. Silurum Glanidem (gall. le Salut) piscium aquae dulcis omnium maximum. Ad Broiam inter utrumque lacum legitur *Poa aquatica.* In ipso lacu *Potamogeton heterophyllus* Schreb. Ad ripas passim: *Acorus Calamus*, *Narcissus Pseudo-Narcissus*, *Ranunculus Lingua*, *R. reptans*, *Sium latifolium.*

V. Muratum.

Muratum, urbs parva, sed non inelegans ditionis Friburgensis, ad lacus Muratensis ripam euro-australem sita, propter ingentem stragem, qua prope muros eius ducis Caroli Temerarii exercitus, ab Helvetiorum parva, sed invicta manu, anno 1476 afflictus fuit, celeberrima. Sacello *), quo Burgundorum ossa adservabantur, a Gallis per eorum in Helvetiam invasionem anno 1798 flammis deleto, civitatis Friburgensis principes eodem ipso loco obeliscum pulchrum, in tantae victoriae memoriam, substituerunt, ad cuius basin haecce verba leguntur: Victoriam XXII Jun. MCCCCLXXVI patrum concordia partam novo signat lapide respublica Friburgensis.

Situs oppidi, in fertili grataque regione, ad vias, quibus e pago Vaudensi Bernam, Solodurum et Basileam itur, amoenissimus est. Arx antiqua, aliquot

---

*) Inscriptio simplex, sed vere sublimis, ut suspicor a magno Hallero concinnata, huius sacelli muros ornabat;

D. O. M.

Caroli inclyti et fortissimi Burgundiae ducis

Exercitus Muratum obsidens, ab Helvetiis caesus,

Hoc sui monumentum reliquit

MCCCCLXXVI.

pulchra aedificia, tum publica, tum privata, longae porticus, quibus pedites a pluvia soleque tuti spatiantur et ambulacra vetustis arboribus consita urbem exornant. In curia reliquiae pretiosae ex Burgundico bello etiamnum visuntur. In scholis optime institutis eruditur iuventus. Cives evangelicae ecclesiae addicti sunt et inter se germanica utuntur lingua, sed fere omnes etiam gallice sciunt. Plantae citatae: *Aster Novi-Belgii* (ad lacus ripas), *Dipsacus fullonum* Mill. (colitur), *Malva Alcea*, *Myriophyllum verticillatum*, *Onopordum Acanthium* β fl. albo, *Polygonum strictum* All. (*minus* Huds.) α et β (utraque var. ad lacum et circa Löwenberg), *Teucrium Scordium*, *Trifolium fragiferum.*

Muri, pagulus agri Bernensis, vix ultra unam leucam ab ipsa urbe ad euro-austrum distans, et in Arolae ripa dextra situs. Plantae: *Callitriche sessilis* DC. γ (*C. autumnalis* auct.; V. Fl. helv. VI in app. ad fossas viae Worbensis), *Dianthus superbus* (in sylva inter Bernam et Muri), *Erythraea Centaurium* Pers. (*Gentiana* L.) β floribus albis, *Potamogeton compressus* (in paludibus Gümlingen versus), *Scabiosa sylvatica*, *Trifolium filiforme* Schreb.

Mürtschen, mons elatus Glaronensis in confinio Sangallensium, inter M. Schilt et lacum Riparium exstans. Ibi repertum est *Galium hercynicum* Weig., in Helvetia rarissimum. Praeterea occurrunt: *Cineraria spathulaefolia* Gmel., *Phaca astragalina* DC. (*Astragalus alpinus* L.), *Primula integrifolia.*

Mutetus, mons „inprimis ex C. Bauhini tempore famam botanicam sibi vindicans, supra Rhenum 740 p. (v. 1520 p. s. m.) elatus, horulam ab urbe (Basilea) distans, sed dehinc cultura haud parum mutatus" (Cl. Hagenbach). In eo monte citantur: *Allium arenarium*, *All. carinatum*, *All. oleraceum*, *Anthericum Liliago*, *Arabis hirsuta* Scop. (*Turritis* L.), *Aster Amellus*, *Athamanta Libanotis*, *Carex brizoides*, *C. digitata*, *C. paniculata*, *Cervaria Oreoselinum* N. (*Athamanta* L.), *Convallaria bifolia*, *C. Polygonatum*, *Daphne Laureola*,

Dentaria pinnata Lam., *Dianthus Armeria*, *Digitalis lutea*, *Epipactis rubra* Sw. (*Serapias* L.), *Euphorbia dulcis*, *Festuca loliacea* Huds. (prope montis pedem), *Gentiana campestris*, *G. ciliata*, *Hieracium praemorsum* (rarissimum), *Lathyrus latifolius* (perinde), *Luzula albida* DC. (*Iuncus* Hoffm.), *Melampyrum cristatum*, *Ophrys arachnites* Hoffm., *Orchis pyramidalis*, *Orch. variegata* All. (perrara), *Orobus niger*, *Or. tuberosus*, *Picris hieracioides β longifolia*, *Pyrola rotundifolia*, *Rhamnus alpinus*, *Sambucus racemosa*, *Scabiosa sylvatica*, *Solidago Virgaurea β angustifolia*, *Staphylea pinnata*, *Stellaria glauca* With., *Thlaspi montanum*, *Tilia platyphyllos* Vent., *Triglochin palustre*, *Tulipa sylvestris*, *Veronica urticaefolia* Jacq., *Vicia dumetorum* (Schauenburg et Gempelstollen versus).

Muttenz, vicus Basileensis, 1 l. austrum versus ab urbe distans, ad pedem parvi montis Wartenberg dicti, inter Mönchenstein et Olsberg situs. In vicinia reperiuntur: *Acer platanoides*, *Aira caryophyllea*, *Allium carinatum*, *All. vineale*, *Alnus incana* Willd. (inter M. et Münchenstein), *Arenaria segetalis* DC. (*Alsine* Hag.; stirps mihi ignota et idcirco in Flora omissa), *Asarum europaeum* (in sylva inter M. et Münchenstein), *Avena fatua*, *Caucalis grandiflora*, *Chrysanthemum corymbosum*, *Chrysosplenium alternifolium*, *Convallaria bifolia*, *Coronopus Ruellii* All. (*Cochlearia Coronopus* L.), *Crepis foetida*, *Erysimum cheiranthoides* (rarissimum), *Galium parisiense* H (*G. anglicum* Huds.), *G. tricorne* With., *G. uliginosum*, *Geranium moschatum*, *Impatiens Noli-tangere*, *Inula salicina*, *Lactuca Scariola* (Gempen versus), *Lathyrus hirsutus*, *Lilium Martagon*, *Linum tenuifolium*, *Lithospermum purpuro-coeruleum* (in sylva inter M. et Münchenstein), *Ornithogalum arvense* Pers. (*minimum* Sut.), *Paris quadrifolia*, *Polygonum amphibium*, *Potamogeton compressus*, *Prenanthes purpurea*, *Pr. tenuifolia*, *Pulmonaria angustifolia*, *Saponaria Vaccaria*, *Stachys germanica*, *Stellera Passerina*, *Tussilago alba* ☿, *Ulmus*

ciliata Ehrh. (rarissima), *Veronica montana* (inter M. et Münchenstein), *V. triphyllos*, *Vitis vinifera α (V. sylvestris* Hag.). — Circa vicum Prattelen, prope Muttenz, ad viam inter Basileam et Liestall, situm: *Acorus Calamus*, *Leersia oryzoides* Willd. *(Phalaris* L.), *Ornithogalum arvense* Pers. *(minimum* Sut.).

Mythen. V. Haken.

N.

Näfels, oppidum Glaronense inter Nettstall et Urnen ad Linthae ripam sinistram et fere e regione vici Mollis situm. Gloriosa, quam ibi Glaronenses de Austriacis suum numerum decies superantibus reportaverunt, victoria hic locus inclaruit. In agris Linthae vicinis (Rautifelder) undecim lapides, numeris MCCCLXXXVIII instructi, hostium iteratos impetus cladesque designant. — Cives fabricas possident et magna solertia commercii artibus sese dedunt. In regione vicina campis pulchris fertilibusque, montibus elatissimis ac praecipue minaci M. Wiggis subiectis constante, torrens Rautibach dictus subinde diras exercet vastationes; pulchellam cataractam supra oppidum efficit. Ibi occurrit *Rumex scutatus*.

Nandaz. V. Hérens.

Natria (germ. Naters), oppidulum haud inconcinnum Valesiae superioris, in ripa Rhodani dextra, fere e Brigae regione situm. Ibi vallem in angustissimas fauces rupium parietes coarctant, sicque ventis frigidioribus aditum adeo obturant, ut ille terrae angulus ad totius Valesiae calidissimas regiones pertineat. Chartae scriptoriae fabricam possident incolae. Amoeni horti, pomaria et ingentia castaneta pagum circumdant. Veterum arcium Supersax et Weingarten rudera pulchrum ostendunt prospectum. Ex oppido intra aliquot horas viatores ad insignes glaciei moles Aletschgletscher per semitas faciles accedere possunt. — *Crocus sativus* in agris prope Natriam colitur.

Naye. V. Viviscum.

Neocomensis lacus, ad Neocomensium, Vau-

densium, Friburgensium et Bernensium ditionem pertinens, in Helvetia occidentali situs est, et 1310 p. s. m. elevatus. Longitudine 9 l., latitudine (prope Neocomum) 2 l., et altitudine maxima 450 p. metitur. Temperaturam eius ad et infra p. 150, illustriss. SAUSSURIO testante, parum inter gradus thermometri Reaumuriani 4 et 4 $1/2$ variat. Praeter Thielam s. Urbam, quae Ebroduni sese cum eo commiscet, eiusque tota longitudine percursa, rursus prope Montmirail in alveum reducta, Arolam versus festinat, rivorum Broiae, Seyon et Reusae undis augetur. Ab urbe Ebroduno euro-boream petens semper recta porrigitur, ac propter ripam humilem eum circa Thielae exitum terminantem, ex ambulacro Ebrodunensi adspectum fere maritimum exhibet, ut per longissimos anni dies, sol oriens ex eius undarum sinu emergere videatur. Ripae multis locis satis arduae sunt; borealis solo rupibusque calcareis constans, regionem cultam pagis, praediis habitationibusque dispersis ornatam, ac pulchra vegetatione ridentem oculis offert; australis contra, saxo arenario innixa, paulo tristior est et pauciores vicos ostendit. Ceterum cum insignioribus Helvetiae lacubus, quoad naturae maiestatem et venustatem Neocomensis comparationem vix ac ne vix sustinere potest.

Nonnisi per hiemes frigidissimas, ut v. gr. anno 1830 accidit, tota eius superficies gelu induratur.

Lacus nautae navigia variae magnitudinis velis quadratis instructa adhibent, ac suae artis peritissimi esse dicuntur. Per anni clementiores menses navis vaporaria fere quotidie Ebroduno Neocomum et rursus Neocomo Ebrodunum iter facit. Inter multos, quos alit ille lacus, pisces praecipue distingui merentur Silurus Glanis, Thymallus et Salmo.

Plantae rariores ad ripas lacus Neocomensis observatae: *Alisma ranunculoides*, *Carex acuta* (prope Epalinges), *Glaucium luteum* Scop. (*Chelidonium Glaucium* L.; aux allées de Colombier et prope Grandson), *Gnaphalium luteo-album* (prope Cudrefin), *Hottonia palu-*

stris (prope Thielae exitum, in paludibus), *Isnardia palustris* (prope Yvonand), *Mentha hirsuta ζ sativa* (circa Cudrefin), *Poa aquatica* (inter lacus N. et Muratensem), *Ranunculus reptans*, *Scirpus maritimus* (Ebroduni, circa Estavayer, etc.), *Trapa natans* (in lacu Ebrodunensi).

Neocomensis principatus et pagus, una e minoribus Foederatorum civitatum. Hanc regionem ad euroaustrum lacus eiusdem nominis ripa sinistra et pagus Vaudensis, ad occasum idem pagus et ditio Gallica, ad borea-occasum rursus Gallia, atque ad eurum pagus Bernensis terminat. Longitudine 9 fere l. metitur et ab occidenti-austro euro-boream versus sese extendit; latitudo autem ad 3-5 l. aestimatur et superficies eius 15 milliariis quadratis (s. iugeribus 256000) constat. Tractum eius littoralem lacui vicinum inter eum et montes Iuranos quidem valde coarctatum campi fertiles, laeta prata pomariaque, denique multae vineae potum generosum et ad vina Burgundica accedentem proferentes efficiunt. Hocce excepto tractu, pagum integrum occupant montes Iurani et altae valles, quarum multae circumcirca collibus et aggeribus septae nusquam aperiuntur. Licet in eis elatis regionibus cerealium nobiliorum cultura pene omnino deficiat, arva frumentum ad incolarum necessitates, ut videtur, sufficiens producunt; et vini, quod solum patrium gignit, vix dimidia pars in ipso pago consummatur. Regio tota montana pascuis plus minusve fertilibus abundat; ibi permulta pecora educantur, et caseus, quem pastores ibi fabricantur, haud parum ad gentis divitias confert. Maximam autem quaestum Neocomenses ex omnibus commercii et industriae artibus conquirunt. In suis officinis praecipue horologiorum omnium formarum ac generum incredibilem numerum, ut et reticula, quae dicuntur denticulata (dentelles, Spitzen), quin etiam plurima physicorum et mathematicorum usui inservientia opera, ac denique vitrum ab Anglis vulgo Flintglas nominatum, et quidem purissimum ac summopere pellucidum, ad omnia op-

tica instrumenta aptissimum, quod tum rude, tum iam in microscopiorum, telescopiorum etc. lentium ocularium confectionem adhibitum, extra regionem exportatur, conficiunt. Isti industriae varii rami potissimum in pagi parte montana florent. Ceterum piscatus, navigatio, ac, quod dicitur expeditionis commercium, multos quoque homines sustentant, ut hic terrarum tractus absque controversia ad totius Helvetiae industriosissimos ditissimosque pertineat. Incolae gallice loquuntur, et praeter paucissimas parochias eurum versus sitas, quae reformationis tempore catholicam religionem retinuerunt, evangelicam fidem profitentur.

Rupes Iurana calcarea in Neocomensium montibus terram ferrigeram, pyritas auriferas, gypsum, bitumen, oolithos, carbonem fossilem (cuius prope le Locle fodina exstat) continet. Montes altaeque valles etiam pulchris stirpibus abundant, quarum aliquot rarissimae sunt, aut intra patrios limites alibi omnino desiderantur. Magni Halleri diebus hanc nostrae Florae provinciam bonus Gagnebin, nostris autem Cl. Chaillet diligentissime ac solertissime exploravit. Viro de scientia nobisque meritissimo plantarum plurimarum insignium aut nondum in Helvetia observatarum notitiam debemus; praecipue autem permulta nova ad Cryptogamiam pertinentia detexit. Stirpes citatae: *Alisma ranunculoides* (ad lacum), *Allium carinatum*, *All. sphaerocephalum*, *Betula pubescens* Ehrh. (in paludibus torfaceis), *Brassica Erucastrum* (ad vias planitiei), *Bryonia dioica* Jacq. (ad sepes frequens); *Carduus Personata* Jacq. (*Arctium* L.; in M. Damin et in multis vallibus montanis), *Carex chordorrhiza* L. fil., *C. intermedia* Good. (*arenaria* Sut.), *C. pilulifera*, *Centaurea montana*, *C. nigra* (aux Verrières; rarissima), *Cirsium Chailleti* N. (in paludibus montanis), *C. tricephalodes* DC. (*Carduus* Lam.; in vallibus editis), *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.) *α*, et *γ lyrata* (in montibus), *Coronilla montana* Scop. (*coronata* Sut.; in valle Ruz; praerara), *C. vaginalis* Lam. (*minima*

auct.; au rocher de la Chage, au Refrein, au roc des Corbeaux etc.), *Cyclamen europaeum* (au bois de l'Iter etc.), *Festuca arundinacea* Schreb. (prope Reuze, in sylva populea), rarissima *Fritillaria Meleagris* (prope Dubis littora et in eius insulis), *Genista Halleri* Reyn. (*Spartium procumbens* Sut.; in altis vallibus; rara), *G. pilosa* (à la Brèche, à Cernil chaude), *Hieracium Jacquini* Vill., *H. murorum* I *vulgatum* δ *obtusifolium*, III *ramosum* (in valle Ruz etc.), *H. prenanthoides* II *iuranum* (in montibus), *H. succisaefolium* All. (in sylvis montanis frequens), *Hypericum dubium* Leers (in montibus ubique), *H. montanum*, *Inula hirta* (locus specialis ignoratur), *Lavandula Spica* (prope St.-Blaise parcissime), *Ligusticum Meum* Crantz (*Athamanta* L.; in montibus prope la Tourne, la Grande-Sagne, etc.), *Lunaria rediviva* (in vallibus montanis passim), *Luzula albida* DC. (*Iuncus* Hoffm.), *L. Forsteri* DC. (*Iuncus* Sm.; utraque in sylvis), *Narcissus Pseudo-Narcissus*, *Pinguicula alpina*, *P. longifolia* DC. (in M. Chasseron et la Cornée), *Poa sudetica* Schrad. (in montibus), *Primula acaulis* Jacq. (ubique in planitiei pratis), *Pulmonaria angustifolia* (passim), *Ribes alpinum*, *R. rubrum* (utrumque in vallibus montanis), *Rubus saxatilis* (in montibus frequens), *Scabiosa sylvatica* α, *et* β (*Sc. longifolia* W. et K.; in M. Damin), *Scirpus Rothii* Hoppe (ad Thielae littora), *Schoenus ferrugineus* (in paludibus Iuranis), *Tilia microphylla* Vent. (à la Combe de Beaufond), *Trifolium filiforme* Schreb. (*procumbens* Sut.), *Viola grandiflora* Vill. II *elongata* (in summis vallibus.) — A la Combe-Grède: *Dentaria pinnata* Lam., *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *Tozzia alpina* (etiam à la Combe-Biosse). — V. Brevine, Brenets, Planchettes, Chaux-du-Milieu, Chaux-de-Fonds, Martel, Valangin, Locle, Creux-du-Van, Neocomum, Verrières, Iura.

Neocomum (Neuchâtel, germ. Neuenburg), pulchra ditissimaque urbs, pagi et principatus eiusdem nominis caput, ac gubernatoris regii sedes. Ripae lacus

Neocomensis sinistrae geminis collibus insidens, et iugi Iurani radicibus subiecta est; torrens Seyon eam irrigans, sed saepe devastans, intra eius muros in lacum defluit.

Multae privatorum elegantes aedes praecipue eurum versus et ad littora, arx summam urbis partem obtinens, ubi civitatis suprema collegia sedem habent, prope hanc templum gothicae architecturae, multis sculpturis veterum comitum Neocomensium imagines referentibus ornatum, orphanotrophium, hospitium urbanum ac denique curia splendidissima, magnanimi liberalitate civis exstructa, Neocomum decorant; extra muros ad eurum iuxta regiam viam simplex pulchrumque aedificium a Portalesiorum generosissima gente in usum pauperum totius regionis aegrorum conditum extollitur, et munditie singulari, admirabili disciplina pervigilibusque curis, quibus hospitum malis ac doloribus domus praesides mederi conantur, viatorum admirationem excitat.

Neocomum magno commercio pollet; eius praecipui mercatores in Europae celeberrimis emporiis maritimis iam a multis annis domus instituerunt ibique stupendas conquisiverunt divitias, quibus in patriae utilitatem summa liberalitate usi sunt. Plurimae societates vini commercio, et omnium mercium, quae per totum pagum conficiuntur, venditioni incumbunt. Exstant etiam liquorum destillatorum et chartae scriptoriae fabricae, duae typographiae et totidem bibliopolarum officinae. Cl. Gagnebin arte lithographica excellit.

Neocomum gymnasium illustre, ubi iuvenes iurisprudentiam, philologiam litterasque docentur, possidet; collegii inferioris alumni in linguis tum veteribus, tum patria, tum germanica, in geographia, historia et delineandi arte erudiuntur. In scholis tam privatis quam publicis cuiusvis conditionis puellae, et quidem nobiliores ex Helvetia germanica plurimae, sexus sui imbuuntur artibus. Societas aemulationis pagi topographiam

atque regionis necessitatum investigationem promovere conatur.

Praecipuae collectiones sunt bibliotheca urbana, pastorum professorumque bibliotheca et musaeum historiae naturalis, conchylia ex Indiae maribus, ut et lapidum omnium petrefactorumque iuranorum specimina continens. Celeberr. CHAILLET, cuius nomen in nostris paginis tam frequens occurrit, herbarium helveticum locupletissimum, et praeterea plantas plerasque in Europae praecipuis regionibus provenientes possidet. Cl. BENOÎT, in Pont-de-Martel loco 2 l. Neocomo distante degens, avium indigenarum collectionem fere absolutam paravit.

Urbis situs ad partem lacus, ubi maximam latitudinem offert, e regione amoenorum montium, qui eum a lacu Muratensi separant, et ad Iurani iugi pedem, inter colles vineis pratisque vestitos, et innumeris pulcherrimis praediis villisque superbientes, admirabilis est. Inde longissimus Alpium ordo, eminus quidem, sed per tempus serenum distinctissime ac purissime, a scopulis Subsylvanis usque ad montes Sabaudos Delphinatui contiguos, apparet. Quod excellentissimum spectaculum ex hortis splendidae villae la Rochette, fere supra hospitium Portalesianum sitae, atque ex praediis Bellevaux optime contemplari licet. Platea arboribus consita iuxta templum primarium, longa ambulacra inter lacus moles urbemque contenta, denique tota fere regio vicina prospectus gratissimos exhibent; paulo longius mons, qui la Tourne dicitur (3500 p. s. m. elatus et 3 l. ab urbe distans) atque vetus abbatia Fontaine-André, ei multo propior, a viatoribus visitari merentur.

Plantae rariores: *Achillea nobilis*, *Anemone Pulsatilla* (supra Vausseyon), *Antirrhinum maius*, *Bromus arvensis*, *Br. asper*, et β *montanus*, *Campanula persicifolia*, *Carex hirta*, et β *glabra*, *C. gynobasis* Vill., *C. teretiuscula* Good. (*diandra* Sut.), *Chaerophyllum temulum*, *Chrysocoma Linosyris*, *Colutea arborescens*

(Auvernier versus et ad pontem rivi Vausseyon), *Delphinium Consolida*, *Dianthus sylvestris* Wulff. *γ imbricatus*, *Digitalis purpurea* (?), *Epipactis rubra* Sw. (*Serapias* L.), *Festuca glauca* Lam., *F. rubra* II *dumetorum*, *Gentiana ciliata*, *Hieracium amplexicaule* (ad torrentem Seyon), *H. dubium* Willd. *β uniflorum*, *H. fallax* Willd. I *exstolonosum*, et II *Auricula* (in agris), *H. murorum* I *vulgatum γ pictum*, *H. praemorsum* (ad viam, Valangin versus; rarum), *H. sabaudum δ lanceolatum*, *Inula Helenium* (olim ad lacus ripas lecta), *Koeleria valesiaca* N. (*Aira* All.; ad muros), *Lathyrus latifolius* (inter urbem et St.-Blaise; rarissimus), *Lavandula Spica* ?? (Hallero testante; prope arcem: Schleicher; ibi provenire negat Cl. Chaillet), *Leontodon Taraxacum* II *laevigatus*, et III *palustris β Scorzonera*, *Limodorum abortivum* Sw. (*Orchis* L.; à Fontaine-André), *Lunaria rediviva* (ad rupes Vausseyon), *Medicago minima* Desrouss., *Myriophyllum spicatum*, *Nestia paniculata* Dec. (*Myagrum* L.), *Ophrys anthropophora*, *Panicum glaucum*, *Polygonum lapathifolium*, *Ranunculus nemorosus* DC. (*polyanthemos* Sut.), *Rosa tomentosa* Sm., *Salvia pratensis* floribus rubris, *Sinapis arvensis β* (*S. orientalis* L.), *Sisymbrium Sophia*, *Teucrium montanum*, *Valeriana rubra* (ad arcis muros), *Verbascum nigrum γ gymnostemon*, *Veronica spicata* II *hybrida* (au mail), *V. Teucrium* I *latifolia α*, et *β minor.* — A Piérabot supra urbem: *Hieracium murorum* III *ramosum*, *Ophrys myodes* Jacq., *Orchis hircina* Crantz (*Satyrium* L.), *Orobus niger.*

Neslau, magnus vicus Toggicae vallis superioris in pago Sancto-Gallensi inter Stein et Neu St.-Johann situs. Prope locum vicinum, ubi rupes super Duriae iracundis undis pontem naturalem efficiunt, formosa nascitur *Saxifraga mutata.*

Nessus (der Niesen), mons Oberlandiae Bernensis, Thunensis lacus ripae occidentali imminens, inter Simmiae inferioris Canderaeque valles situs, et 7340 p. s m. v. 5584 supra lacum editus. Iugi Al-

pium hunc lacum versus sese porrigentis extremitatem efficit. Solitarius adparet ac undique immensae pyramidalis formam affectat. Prope Bernam sed praesertim inter Canderae pontem et vicum Müllinen optime prospicitur. Ex eo vico quoque facillime et quidem intra 5 fere horas conscendi potest. In eius vertice lacus Thunensis et Brientinus, Canderae et Simmiae valles, ut et innumeri Alpium maeandri spectaculum pulcherrimum efficiunt. Ibi quoque geologi et botanici observationibus utilibus locum idoneum largamque messem ad suas collectiones augendas nanciscuntur. Bonus Aretius, theologus bernensis, huius montis et Stockhorniensis iugi stirpes investigavit et in libello proprio per annum 1561 edito descripsit. Nomine meritissimi Viri pleraeque *Androsaces* species a magno Hallero salutatae fuerunt: sed postquam Linnaeus *Aretiae* genus ad species, quae perpetuo uniflorae observantur, reduxisset, summus Candollius totum quantum genus suppressit et cum *Androsace* coniunxit. Nos denique nomen generis elegans restaurandum ac *Vitalianae* tribuendum esse censuimus. — Stirpes in Nesso nuper observatae: *Achillea tanacetifolia* All., *Allium victorialis*, *Anemone alpina* var. enneapetala, *An. Pulsatilla* II *nutans*, *Arnica montana*, *Circaea alpina*, *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Cypripedium Calceolus*, *Delphinium intermedium* Ait. (II *alpestre*?), *Dentaria digitata* Lam., *Eryngium alpinum*, *Gnaphalium alpinum*, *Viola calcarata* II *caulescens* (*V. grandiflora* Sut.) α et γ.

Nettstall, magnus vicus vallis principis Glaronensis, ad pedem minacis montis Wiggisii et in Linthae sinistra ripa, paulo infra Glaronam et supra Näfels situs. Ibi cives evangelicae communioni addicti pulchrum habent templum; incolae ex industriae et commercii artibus magnum faciunt quaestum. — Ad rivum infra vicum in Lintham defluentem reperitur *Cineraria alpina* Jacq. V. Wiggis.

Neudorf, pagus Alsatiae ad sinistram Rheni

ripam, paulo infra Hüningam situs. Plantae citatae: *Allium Ampeloprasum*, *Arenaria verna β diffusa* (*Ar. caespitosa* Heg.), *Arundo Pseudo-Phragmites* Hall. fil., *Cakile rugosa* L'Hér. (*Myagrum* L.), *Corrigiola littoralis*, *Nasturtium sylvestre* R. Br. (*Sisymbrium* L.), *Orobanche ramosa*, *Potamogeton compressus*, *Scirpus Tabernaemontani* Gmel. (ad fluminis insulas), *Sc. triqueter* (ad Rhenum, Hüningam versus), *Utricularia minor*.

Neuenen, v. Neunenen, mons fertilis Bernensis pagi, ni fallimur, ad Stockhornii iugum pertinens. Testante Cl. Trachsel, laeta eius pascua stirpibus alpinis abundant multasque rariores plantas cum Monte Guornigel communes habent. Ibi potissimum a Viro amiciss. observatae fuerunt: *Achillea atrata*, *Aconitum Lycoctonum*, *Ac. Napellus*, *Agrostis alpina* Willd., *Agr. rupestris* Willd., *Androsace lactea*, *Anemone alpina*, *An. narcissiflora*, *Anthericum serotinum*, *Antirrhinum alpinum*, *Arabis alpina*, *Ar. hirsuta* Scop. (*Turritis* L.), *Ar. pumila* Wulff., *Arbutus alpina*, *Arenaria ciliata α subuniflora* et *ββ multicaulis grandiflora*, *Ar. verna β diffusa*, *Astragalus glycyphyllos*, *Biscutella laevigata*, *Campanula barbata*, *C. rhomboidalis*, *C. valdensis* All. (*linifolia* Sut.), *Carduus Personata* Jacq. (*Arctium* L.), *Carex atrata*, *C. capillaris*, *C. sempervirens* Vill., *Cerastium alpinum*, *Chrysanthemum Leucanthemum* II *montanum*, *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Crataegus Chamae-mespilus* Jacq., *Draba aizoides*, *Dr. tomentosa* Wbg., *Dryas octopetala*, *Epilobium alpinum*, *Erigeron glabrat.* Hoppe et Hornsch., *Euphrasia minima* Jacq., *Gentiana acaulis*, *G. bavarica*, *Gnaphalium alpinum*, *Gn. pusillum* Haenke, *Gn. sylvaticum γ fuscatum*, *Hedysarum obscurum*, *Helianthemum oelandicum* DC. (*Cistus* Sut.), *Hieracium alpinum* III *Halleri*, *H. Schraderi* Schl. II *dentatum*, *H. villosum*, *Lapsana foetida* All., *Lepidium alpinum*, *Luzula spicata* DC. (*Iuncus* L.), *Melampyrum sylvaticum*, *Ono-

brychis vulgaris N. *α montana*, *Ophrys alpina*. *Orchis globosa*, *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *montana* DC., *Ox. uralensis* DC., *Pedicularis foliosa*, *P. versicolor* Wbg. (*flammea* Sut.), *P. verticillata*, *Phleum alpinum*, *Plantago montana* Lam., *Poa alpina*, *P. distichophylla* N., *Polygala amara ββ alpina elatior* (*P. alpestris* Trachs.), *Primula Auricula*, *Ranunculus alpestris*, *R. montanus* Willd., *R. nemorosus* DC., *Rhamnus alpinus*, *Ribes petraeum* Jacq., *Rumex alpinus*, *R. arifolius* All., *R. scutatus*, *Salix hastata*, *S. reticulata*, *S. retusa*, *Saxifraga Aizoon* Jacq., *S. muscoides* Jacq., *S. oppositifolia*, *S. stellaris*, *Sedum atratum*, *Silene acaulis*, *S. quadrifida*, *Thymus Trachselianus* Opiz (*Th. Serpylli* forma alpestris), *Tozzia alpina*, *Veronica alpina*, *V. saxatilis* L. fil., *Viola biflora*, *V. grandiflora* Vill.

Neuhaus, Nova domus, praedium prope Basileam. Ibi reperiuntur: *Allium carinatum*, *All. sphaerocephalum*, *Cakile rugosa* L'Hér. (*Myagrum* L.; *M. perenne* Sut.), *Epilobium palustre*, *Ornithopus perpusillus*, *Scirpus setaceus*, *Sedum rupestre* (*reflexum* auct. helv.), *Veronica triphyllos*.

Neunbrunnen. V. Hauenstein et Wallenburg.

Neuveville (La, vel ac plerumque apud Hallerum la Bonneville, germ. Neuenstadt), oppidulum ditionis Bernensis, ad lacus Biennensis ripam borealem radicibusque M. Chasseral subiecta. Regio vicina pratis fertilibus amoenisque vinetis constat. Prope antiquissimam arcem pulchro colli insidentem, sed cuius muri in ruinas dilabuntur (am Schlossberg), lacus, insulae littoraque eius gratissimum edunt spactaculum. In regione vicina nonnullae plantae insigniores observatae sunt, scilicet: *Allium oleraceum*, *All. paniculatum*, *All. victorialis* (à Maupraz), *Aristolochia Clematitis* (in vineis, etiam prope Twann), *Crepis foetida* (in vineis), *Chrysocoma Linosyris*, *Cineraria spathulaefolia* Gmel., *Hieracium amplexicaule* (am Schlossberg), *H. aurantiacum γ flavum* (à la Baume), *Lilium candidum*

(am Schlossberg), *Narcissus poëticus*, *Ophrys anthropophora* (à Croisevaux), *Papaver dubium*, *Potentilla Fragaria* Poir. (*Fragaria sterilis* L.), *Trifolium rubens*.

Neuweg, locus Alsatiae, prope Basileam situs. Ibi citantur: *Alisma natans*, *Anthriscus vulgaris* Pers. (*Scandix Anthriscus* L.), *Dipsacus laciniatus*, *Iuncus acutiflorus* Ehrh.

Nevidunum (Nyon, germ. Neus), urbs Vaudensis antiquissima, ac Romanorum tempore iam Coloniae equestris nomine nota, ad lacus Lemani littus, et in colle ei contiguo, inter Coppet et Rotulum sita est. In ipsa urbe et in eius vicinia antiquitatis reliquiae, v. gr. inscriptiones, urnae, imperatorum monetae, columnae milliariae (*), lampades (**), pavimenta, quae dicuntur mosaica, etc. saepe inventa fuerunt et adhuc subinde inveniuntur. Arx, olim praefectorum, nunc municipii collegiorum et iudicum sedes, parti urbis imae Rive dictae imminet, ac horto elevato, ubi lacus et Alpes magnifice apparent, ornata est. Superiorem urbem undique amoena ambulacra, antiquis arboribus consita circumdant, et varios eximiosque prospectus exhibent. In pulchra platea, lacui imminente, altissimus Mont-Blanc, nivibus aeternis splendens, inter montem Voirons et Alpium arces excelsiores coram spectatore superbis verticibus coelum

---

*) Columnae milliariae Dulivae pontem, ad viam, qua Rotulum itur, situm exornantis inscriptione, cuius initium tempus delevit, evictum est priscam Romanorum Coloniam equestrem ipsum fuisse Nevidunum. In ea columna hucusque verba ista distinctissime leguntur:

. . . . . . PONTES VIASQUE VETUSTATE
CONLAPSAS
MILLIA PASSUUM VII RESTITUIT
COL. EQ.

**) Magnam et elegantissimam lampadem aeneam 1824 Neviduni in ambulacro repertam musaeum Lausannense possidet.

ipsum petere videtur. Viae regiae, quibus Lausanna Genevam, et ipso Neviduno in Burgundiam et Parisios itur, commercio expeditionis et mercium transitui locum dant, ac simul cum multis officinis lateritiis, ollariis, murrinis coriariisque incolarum industriam sustentant.

Scholae superiores iuvenes ad studia academica, quae Lausannae continuantur, praeparant; in schola primaria ab uno ludimagistro ducenti fere alumni utriusque sexus secundum institutionis mutuae normam erudiuntur. Neque privatae domus carent, ubi periti magistri iuventutis educationi incumbunt.

Agrum urbi vicinum a colonis diligenter excultum, vineta, prata, pomaria arvaque efficiunt, et undique praedia villaeque amoenae campos eius exornant. Duae pulchrae sylvae, quarum altera urbi proxima, Bois-Bougis vulgo nuncupata, ad occidentem, altera autem, quae Bois de Prangins dicitur, paulo longius distans, ad eurum inter lacum et viam regiam sita est, naturae amicos ad ambulationem invitant. Iuxta semitam, qua ad hoc ultimum nemus pervenitur, in angusto promontorio, ubi lacus primum modice coarctatus, mox autem subito valde ampliatus maximam suam latitudinem consequitur, sparsae paguli Promenthoux habitationes, prope paludem lacustrem et inter pomaria gratissima exstantes, ut et spectaculum pulcherrimum, quod lacus limpidum aequor, laetissimae eius ripae, montes mitiores eum cingentes, ac ipsum praecipue oppidum, vix ultra ½ l. inde distans, efficiunt, omnium admirationem cient.

Nevidunensis Flora veteribus et ipsi Hallero penitus incognita, divitiis tamen propriis gaudet. Eam a 50 fere annis Cl. Garcin, ampliss. Reverdil, Rev. Ducros, amicissimi Roger, qui curis gravioribus distentus, postquam haud paucas insigniores imoque novas stirpes observavisset, utpote qui nonnullos Muscos hucusque non descriptos ad nostrum celeberrimum Sam. El. Bridelium miserit, amabili valedixit scientiae, Gay,

cuius nomen nullus botanices cultor nescit, et Monnard, de nostro opere tam egregie meritus, sedulo investigaverunt. Nos quoque per annum 1785 et exinde ab anne 1789 dulcissima nostra otia huic studio impendimus, nec agros, sylvas collesque vicinos per omnes tempestates diligenter visitare cessavimus. Sic in eo tractu repertae fuerunt: *Acer campestre β erythrocarpum* (in sylvula prope Calève), *Achillea Ptarmica* (pone Perd-temps), *Adoxa Moschatellina* (aux Ruettes), *Agrostis alba* IV *maior* (ad clivum lacui imminentem inter rivorum Cordon et Boiron ostia), *Aira caespitosa β littoralis* (ad ripas inter ultimas domus et Sadex), *Aiuga Chamaepitys* Schreb. (utique melius *Teucrium* L., optime monente Cl. Hegetschweiler), *Ai. genevensis α*, *β rosea*, et *γ* floribus albis (rarissima), *Allium carinatum*, *All. oleraceum*, *All. sphaerocephalum*, *All. vineale*, *Alopecurus agrestis* (in vineis ubique), *Althaea hirsuta*, *Amaranthus Blitum* (in ipsa urbe et prope Changins), *Anchusa italica* Retz (in arvis rarior), *Andropogon Ischaemum*, *Anthemis arvensis*, *Anthriscus Cerefolium* Hoffm. (*Scandix* L.), *Anthr. vulgaris* Pers. (*Sc. Anthriscus* L.; semel visus), *Antirrhinum maius* (ad muros, vulgo), *Ant. Orontium* (et omnia nostra praeter *alpinum*, *Bauhini*, *bellidifolium* et *striatum*), *Aquilegia atrata* Koch (V. Addenda ad volum. calcem), *Aqu. vulgaris*, *Arabis hirsuta* Scop. (*Turritis* L.), *Arenaria fasciculata* Jacq. (in ipsa urbe ad muros), *Ar. tenuifolia α*, et *β viscidula* (*Ar. dubia* Sut.; in agris), *Asperula arvensis* (perinde), *Aster Amellus*, *Astragalus glycyphyllos*, *Atriplex angustifolium* Sm. *α*, et *β* (*Atr. erecta* Sm.), *Avena pratensis* (inter vepres prope patibulum), *Bidens cernua*, *Blitum virgatum* (exstirpatum), *Borago officinalis*, *Brassica Erucastrum α* (ad vias vulgatissima), et *β ochroleuca* (locis uliginosis), *Bromus arvensis*, *Br. asper α*, et *β montanus* (rarius occurrens), *Br. secalinus* (infrequens, *Br. squarrosus α* (in agris, rarissime), *Br. tectorum β velutinus* (ad vias, copiose), *Br. velutinus* Schrad. *β* spiculis glabris,

Bupleurum rotundifolium (in agris, hinc inde), *Buxus sempervirens* (ad sepes et in ericetis frequens), *Cakile rugosa* l'Hér. (*Myagrum* L., *M. perenne* Sut.; in agris prope Changins), *Calamintha officinalis* Moench (*Melissa Calamintha* L.), *Campanula rapunculoides* (ad muros), *Cardamine hirsuta* β *micrantha* (*C. parviflora* Sut.), *Carduus multiflorus* N. (*polyanthemos* Schl.; au port), *Carex digitata*, *C. distans*, *C. divulsa* Good., *C. hornschuchiana* Hoppe, (*fulva* Agr. helv.), *C. nitida* Host (in prato ultra rivum Boiron ad lacum sito), *C. Oederi* Ehrh. (in lacus littore post ultimas domos Sadex versus), *C. ornithopoda* Willd. (*pedata* Sut.), *C. remota* (in sylvula Bougis, et in via cava inter les Mouilles et Prangins), *C. tomentosa*, *Carthamus lanatus* (in agris, raro), *Caucalis infesta* Curt. α *minor* (*C. helvetica* Jacq.; in agris), et β *elatior* (*Scandix infesta* L.; ad vias passim), *Centaurea Calcitrapa* (locis sterilissimis), *C. paniculata* (prope patibulum; rarissima), *C. solstitialis* (hinc inde; nuper non visa), *Cerastium arvense* (ad viam regiam Trélex versus), *C. brachypetalum* Desp. (in agris occidentalibus supra la Combe), β *tenellum* (ibidem), *C. semidecandrum* α *viscosum* (in arvis primo vere frequentissimum), γ *pygmaeum* locis sterilioribus, *C. viscosum* (à la Combe), *Cervaria Oreoselinum* N. (*Athamanta* L.), *Chaerophyllum temulum*, *Cheiranthus Cheiri* (olim ad veteres muros frequens, nunc exstirpatum), *Chenopodium album* α, β (*Ch. concatenatum* Thuill.), γ (*viride* Sut.), δ *obtusatum* (locis umbrosis), *Ch. foetidum* Lam. (ad urbis plateas), *Ch. hybridum*, *Ch. murale*, *Ch. polyspermum* I *obtusifolium*, et II (*Ch. acutifolium* Sm. in engl. bot.; utrumque locis cultis passim), *Ch. urbicum* fl. helv. (*intermedium* M. et K.; ad viam regiam infra Prangins visum), *Chlora perfoliata*, *Chondrilla juncea* (in agris infrequens), *Chrysanthemum inodorum* (in agris ubique), *Chr. Leucanthemum* floribus maximis (à la montée de Crêvecoeur), *Cirsium rigens* N. (*Carduus* Gmel., *C. tataricus* Sut.), *C. subalatum* N. (ad rivulum Asse, infra pontem

Morand), *Conium maculatum* (hinc inde, rarius), *Cornus mascula* (ad sepes), *Coronilla Emerus*, *C. varia*, *Coronopus Ruellii* All. (*Cochlearia Coronopus* L.; au port), *Crassula rubens* (prope la Redoute ad viam), *Crepis foetida*, *Cr. recognita* Hall. fil., *Cynodon Dactylon* Rich. (*Panicum* L.; ubique), *Danthonia decumbens* DC. (*Festuca* L.; prope Calève), *Datura Stramonium*, *Delphinium Consolida*, *Dianthus Armeria*, *D. Carthusianorum*, *Diplotaxis* (*Sisymbrium* L.) *muralis* DC., *D. tenuifolia* DC. (utraque parcissime), *Dipsacus pilosus*, *Echinospermum Lappula* Lehm. (*Myosotis* L.; exstirpatum), *Echium vulgare* γ *carneum*, *Epilobium Dodonaei* Vill. (infra Crans ad lacum), *Ep. montanum*, *Ervum tetraspermum* (in arvis, rarius), *Euphorbia dulcis* β (*Euph. purpurata* Thuill.), *Euph. falcata* (in agris), *Euph. platyphylla* α, β *megalosperma*, γ *minor*, *Euph. sylvatica* (secus vias), *Euph. verrucosa* (in pratis ad rivum Asse), *Fedia Auricula* M. et K, (*Valerianella* DC.), *F. carinata* M. et K., *F. dentata* Vahl α, β *gracilis*, γ *eriocarpa* (*F. mixta* R. et Sch.), *Festuca arundinacea* Schreb. (à la Combe), *F. gigantea* Vill. (*Bromus* L.; ibidem), *F. Myurus*, *F. rubra* I *vulgaris*, III *megastachys*, *Filago arvensis*, *F. gallica*, *F. germanica*, *et* β (*F. pyramidata* L.; priori var. frequentior), *F. montana*, *Foeniculum officinale* All. (*Anethum Foeniculum* L.; in vineis), *Galium boreale*, *G. parisiense* II *anglicum* (in agris prope la Redoute), *G. verum* β *ochroleucum* prope Charlemont et ad murum iuxta semitam inter Sadex et prata lacui contigua), *Gaudinia fragilis* Pal. (*Avena* L.; ad vias, rarius), *Gentiana Amarella* (*germanica* auct.; supra la Vuarpillière, qua ad vicum Gingins itur), *G. ciliata* (ibidem), *Geranium cicutarium* γ *Chaerophyllum*, et δ foliorum lobulis distantibus, *G. molle*, *G. pyrenaicum* (vulgatissimum), *G. rotundifolium*, *Helianthemum Fumana* Desf. (*Cistus* L.; locis aridissimis), *Heliotropium europaeum*, *Heracleum Sphondylium* I *latifolium* β fructibus pubescentibus, *Herniaria glabra* (in agris prope

Clémenti), *Hieracium fallax* Willd. *α exstolonosum* (parcissime), *Hippocrepis comosa*, *Holosteum umbellatum*, *Hypericum humifusum β nanum* (prope Calève, rarum), *Iberis amara*, *Ib. pinnata* (hinc inde occurrens et rursus evanescens), *Ib. umbellata* (in agro ad viam regiam supra patibulum, sylvam versus sito bis visa), *Inula salicina*, *Lactuca saligna* (planta rara supra la Redoute aux champs Trembley occurrit), *Lappa minor* DC. (*Arctium Lappa* L.), *Lathyrus Cicera*, *L. hirsutus*, *L. tuberosus* (omnes in agris, hic rarior aux champs Trembley, et in sepibus supra le Martinet), *L. sylvestris* (in pratis ad rivum Asse infra pontem Morand), *Leontodon Taraxacum* II *laevigatus*, *Littorella lacustris* (ad lacus ripam in *Caricis Oederi* consortio), *Lolium arvense* With., *L. perenne δ ramosum* et *ε humile* (in ambulacris), *Lonicera Periclymenum*, *Lotus corniculatus ε tenuifolius*, *L. siliquosus*, *Malva Alcea*, *M. mauritiana*, *M. moschata* (prope Calève), *Marrubium vulgare* (pene exstirpatum), *Matricaria Chamomilla* (inter segetes, parcissime), *Medicago falcata α*, et *β hybrida*, *M. minima* Desrouss., *M. sativa β hybrida*, *Melampyrum arvense*, *M. cristatum*, *Melica nutans* (in pratis), *Melilotus officinalis* Willd., *Melittis Melissophyllum* (in prato infra philosophorum semitam prope lacum), *Mentha rotundifolia β* spicis continuis (in prato lacui proximo ultra rivuli Cordon ostium), *M. sylvestris δ hybrida* (au Viex), *M. viridis* (in stagno infra vinetum Culet), *Morus alba*, *Muscari (Hyacinthus* L.) *comosum* Mill. (agros investat), *M. racemosum* Mill. (in pratis ubique), *Narcissus poëticus* (in pratis passim), *Nardus stricta* (in pascuis aridis), *Nicotiana Tabacum*, *N. rustica* (utraque colitur), *Ophrys arachnites* Hoffm. (in prato philosophorum semitae subiecto), *Ophr. Monorchis* (in ericetis supra la Vuarpillière), *Ophr. myodes* Jacq. (passim), *Orchis fusca* Jacq. (ad rivum Asse infra Trélex), *Orch. hircina* Crantz (*Satyrium* L.; ad vias et locis graminosis), *Orch. militaris β Simia* (rarissime occurrens) *Orch. Morio β lilacina*, et *γ albiflora* (variores), *Origanum vulgare* II *prismaticum* (secus viam Burgundicam), *Ornithogalum arvense*

Pers. (in agris, inter la Redoute et Prangins), *Orn. umbellatum* (locis cultis, rarius), *Orobanche caryophyllacea* Sm. *Or. minor* Sutt. α, et β *procera (Or. elatior* Schl. ?), *Or. vulgaris* Poir., *Orobus tuberosus*, *Or. vernus*, *Panicum Crus-galli* (à la Combe), *P. glabrum* N. (in agris prope villam Charlemont), *Papaver dubium*, *P. Argemone* (in agris rarius), *P. somniferum* (locis ruderatis), *Parietaria erecta* M. et K. (*officinalis* auct.; in ambulacro occidentali et prope Sadex), *Paris quadrifolia*, *Pedicularis palustris* (ad rivum Asse supra urbem, *Phleum asperum* Vill. (prope Clémenti etc., parce), *Phl. phalaroides* L.; in pratis asperis), *Plantago Cynops* (semel visus), *Poa airoides* Koel. (*Aira aquatica* L.) β *uniflora* (prope lacum ad ultimas domos Sadex versus), *P. bulbosa* α (rarior, et β *vivipara* (ad ambulacrum occidentale, copiosissima), *P. megastachys* N. (*Briza Eragrostis* L.; ibidem ad imum clivum), *P. pilosa* (in ambulacro plateae Perd-temps subiecto), *P. rigida* (in ambulacro occidentali ad murorum pedem), *Polycnemum arvense*, *Polygonum Convolvulus* (in agris), *P. dumetorum* (in sepibus proxime urbem), *P. Fagopyrum*, *P. lapathifolium* (in ipsa urbe), *Potentilla Fragaria* Poir. (*Fragaria sterilis* L.), *Primula acaulis* Jacq. (ubique), et β (*Pr. brevistyla* Bast. floribus modo luteis, modo lilacinis à la Combe), *Prunella laciniata* auct. helv., *Prunus domestica* β *erratica* (ad sepes), *Pr. caproniana* N. (*Cerasus* DC.), *Ptychotis heterophylla* Koch (*Seseli saxifragum* L., *Aethusa Bunius* Murr.; in clivis infra patibulum et Charlemont littori imminentibus, affatim; ad lacum prope Promenthoud, parce; planta rarissima, in Helvetia alibi nunquam visa), *Ranunculus arvensis*, *R. nemorosus* DC. (*polyanthemos* Sut.), *Rhaphanus Rhaphanistrum* β floribus citrinis (in arvis, rarius), *Robinia Pseud'Acacia* α (hinc inde spontanea), et β *umbraculifera* (in ambulacro culta), *Rosa cinnamomea* floribus semiplenis (spontanea), *R. rubiginosa* α *genuina*, β *umbellata*, δ (*R. sepium* Thuill.), *R. stylosa* Ser. (*collina* Engl. bot.; ad sepes inter

Charlemont et sylvam), *R. tomentosa* Sm. γ (*R. dumetorum* Thuill.), *Rumex pulcher* (ad ambulacra), *Salix aurita*, *S. caprea β angustifolia*, *S. fragilis* (ad sepes, parcissime), *S. triandra* (ad littus inter rivulos Boiron et Cordon), *Salvia Sclarea* (exstirpata), *S. pratensis β agrestis*, *Scabiosa Columbaria ε pachyphylla* (ad clivos apricos lacui imminentes), *Scandix Pecten-Veneris*, *Scrofularia canina* (ad lacus littora viamque regiam), *Sedum album* (in ipsa urbe, ad muros; in regione vicina autem desideratur), *S. rupestre* (*reflexum* fl. helv.), *S. sexangulare*, *Sempervivum tectorum β* corona duplici, *Senecio Iacobaea* I (parce), II (*S. aquaticus* Huds; ad fossas vulgo), *S. tenuifolius* Jacq. (ad vias, ubique), *Silybum marianum* Gaertn. (*Carduus* L.; à la Combe), *Sinapis arvensis β* (*S. orientalis* L.; in agris frequens), *Sisymbrium Sophia* (raro occurrens), *S. thalianum* N. (*Arabis* L.; in agris), *Solanum nigrum δ humile*, *Sonchus arvensis* (in stagnorum vicinia aegre a *palustri* distinguendus), *Sparganium simplex*, *Stachys arvensis* (in vineis prope Changins, parce), *Teucrium Scordium* (infra Calève in saliceto parvo ad viam regiam), *T. Scorodonia* et omnia nostra congenera, *Thlaspi perfoliatum* (parce), *Thrincia taraxacoides* N. (*hispida* Willd.; in agris et ad vias), *Trifolium fragiferum* (ad vias passim), *Tr. medium*, *Tr. ochroleucum*, *Tr. procumbens* (variae eius formae), *Tr. scabrum*, *Triglochin palustre*, *Triticum intermedium* Host γ (*Tr. pungens* Hag.; ad littora inter Sadex et Promenthoux), *Tulipa sylvestris* (in agro prope viam infra praedium le Viex), *Ulmus campestris* (in ambulacro occidentali et prope Clémenti), *Verbascum Blattaria*, *V. mixtum* Ram., *V. pulverulentum* Vill., *V. thapsiforme* Schrad. (vulgatissimum), *V. thapsus* (rarius occurrens), *Veronica agrestis* II (*V. pulchella* Bast.), *V. praecox* All. (in agris circa Clémenti et ad viam regiam Genevensem), *V. spicata* I, et II (*V. hybrida* Sm.), *V. triphyllos* (prope Clémenti), *Vicia sativa* I *obovata*, et II *segetalis*, *Vinca maior* (ad veteris coemeterii clivum supra Assis cana-

lem), *V. minor*, *β* floribus albis, et *γ* flor. velutinis purpureis (omnes ad philosophorum semitam), *Viola odorata β leucantha* (ad vias vulgo). — Ad rivuli Boiron ripas occurrunt: *Anemone ranunculoides* (in pratis supra viam regiam Genevensem), *Astrantia maior* (paulo altius), *Euphorbia dulcis*, *Limodorum abortivum* Sw. (*Orchis* L.; infra Eysins proxime ponticulum), *Narcissus biflorus* Curt. (in prato lapidicinae subiecto, ad ipsam ripam), *Ophrys aranifera* Huds. (in *Limodori* consortio), *Orchis fusca* Jacq. (prope lapicidinas), *Phyteuma spicatum* (in pratis inter ponticulos), *Pulmonaria angustifolia* (inter imum ponticulum et viam Genevensem), *Triticum caninum* Schreb. (ibidem). — Ad istius rivuli ostium: *Carex hirta β glabra* (in ripa dextra), *Leontodon Taraxacum* III (*L. palustre* Sm.), *Lepidium petraeum* (in arenis iuxta stagnum ripae dextrae, planta rara), *Melica ciliata* (in utriusque ripae arenis), *Myriophyllum spicatum* (in magno stagno), *Poa pilosa* (ad ripam sinistram), *Potamogeton heterophyllus* Schreb. (in stagno maiori; ibi rarissime floret), *P. natans* III *fluitans* (in ipso rivo), *P. perfoliatus*, *P. pectinatus* (in stagnis), *Ptychotis heterophylla* Koch (in arenis infra philosophorum semitam), *Ranunculus reptans*, *Scirpus acicularis* (in ripa dextra), *Sc. lacustris*, *Sc. supinus* (ad parvum ripae sinistrae stagnum; stirps perrara), *Senecio viscosus*. — V. Bois-Bougis, Calève, Clarens, Crans, Duillier, Eysins, Prangins, Promenthoux, Trélex.

Nicolaus (D., St. Niklaus), vicus vallis eiusdem nominis, in Valesia superiori situs et 3396 p. supra mare elevatus. Haec vallis supra Stalden valde angustatur, ut inter utrumque locum nonnisi per viam difficilem, et vere audacem communicari possit. Sed infra eas fauces aperitur et cum valle Saas, quae ad orientem austrum versus adscendit, coniungitur.

Duo amnes alpestres, pariter Vispae nomine noti, etiam ad vicum Stalden in unum confluentes prope oppidum Visp (Viège) 3 l. inde distans, Rho-

dani aquas augent. D. Nicolai vallis austrum versus ab excelsissimis scopulis immensisque montis Sylvii (Matterhorn, gall. Cervin) molibus glacialibus, quae eam a Pedemontio separant, clauditur. Inde iuxta pagos Zmuth, Zermatten, Täsch, Randa, Grächen, usque ad Stalden descendit et fere 12 l. secundum hanc suam longitudinem metitur. Undique altissimis montibus septa, qui eam eurum versus a valle Saas, et ad occasum a valle Turtmann dividunt summarum Alpium glaciei nivibusque sempiternis proxima, viis publicis remota, vixque nisi a viatoribus, quos ingens naturalis scientiae amor novarumque rerum visendarum cupido agunt, frequentata, incolas ingenuitate, simplicitate ac morum candore, priscorum temporum hominibus digno, insignes alit. Inter Grächen et Zermatten ubique agri satis fertiles eventu prospero coluntur. Ceterum e suis pinguissimis pratis optimisque pascuis alpestribus, pecorum educatione venatuque quaestum haud spernendum coloni conquirunt.

Ea regio, respectu ad naturae scenas maxime mirabiles et ad plantas ac fossilia, quae gignit, rarissima habito, absque controversia ad totius Helvetiae celeberrimas et attentione dignissimas pertinet. Flora eius ditissima iam summi Halleri tempore a bono Abr. Thomas, post eum ab eius filiis Ludovico, Emmanuele et Philippo, a rev. Murith, Cl. Necker de Saussure, et a b. Kronig, Mattensi rustico, plantarum amantissimo, diligenter investigata est. Nuper autem amiciss. Gay per integrum mensem in alto vico Zermatten cum dulci coniuge eiusque amabili sorore commoratus, omnes, quas gignit vallis superioris pars, plantas observavit, singulari cura collegit et exsiccavit, ut stirpium istius egregiae regionis elenchum fere absolutum mihi praebuerit. Stirpes insigniores citatae (quae potissimum in Alpibus vicinis proveniunt asterisco (*) distinximus): * *Achillea nana*, *Alnus incana* Willd. (ab oppido Visp usque ad Herbriggen), * *Androsace obtusifolia* All., *Andr. septentrionalis* (circa Zermatten),

β (*Andr. brevifolia* Vill.; in agris prope Randa) * *Andr. tomentosa* N. (*Aretia* Schl.), *Anemone baldensis*, *An. Halleri* All. (in valle Zermatten), *Antirrhinum Bauhini* N. (*genistifolium* Sut.; inter Stalden et St.-Niklaus), *Apargia crispa* Willd. (*Leontodon* Vill.; in summa valle), *Arabis ciliata* R. Br. (*Turritis* Reyn.) β *elatior*, *Aster alpinus*, *Bunium Bulbocastanum* (in vallis mediae agris), *Carduus acuminatus* N. (*alpestris* Schl.), * *Carex atrata* γ (*C. nigra* All.), * *C. bicolor* All., * *C. iuncifolia* All., *Chenopodium rubrum* (planta genuina, inter patrios limites rarissima, infra St. Niklaus occurrit), *Cirsium heterophyllum* DC. (*Carduus* L.), *Colchicum alpinum* DC. (*montanum* All. frequens), *C. autumnale*, *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* auct.), *Crepis tectorum* δ *integrifolia* (in valle inferiori, species et varietas rarissima), *Echinospermum deflexum* Sw. (*Myosotis* Whg.), *Echium vulgare* β *minus* reptans, *Erysimum helveticum* DC. (*Cheiranthus* Jacq.), *Festuca valesiaca* N. (ubique), *F. varia* Haenke β *flavescens*, *Galium tenerum* Schl. (in vallis superioris agris frequens), *Gentiana obtusifolia* Schmidt, *Heracleum Sphondylium* II *stenophyllum* (prope Zermatten), * *Hieracium alpinum* I *Allionii*, * *Iuncus arcticus* Willd., * *J. Jacquini* (in M. Ferpels etc.), * *I. trifidus*, *Iuniperus Sabina*, *Lichen geographicus* (*Lecidea atrovirens* Ach.), et *L. Iolithus* (*Amphiconium petraeum* Nees), infra St.-Niklaus rupes pulcherrimis coloribus distinguunt, *Matthiola varia* DC. (*Cheiranthus* Sibth., *Ch. tristis* Mur.), * *Oxytropis foetida* DC. (*Astragalus Halleri* All.), * *Ox. lapponica* N. (*Phaca* Whg.), * *Pedicularis tuberosa*, *Phaca alpina* Jacq., * *Phyteuma betonicaefolium* Vill., *Ph. ellipticum* Poir., *Ph. scorzonerifolium* Vill., *Poa nemoralis* IV *glauca*, (*P. iuncea* Sut.), *Potentilla rupestris*, * *Ranunculus glacialis*, * *R. pyrenaeus*, * *R. rutaefolius* (stirps rarissima), *Rosa rubrifolia* Vill., * *Scirpus alpinus* Schl. (perrarus), * *Soldanella Clusii* Schmidt, *Thalictrum foetidum* (in valle superiori frequens), * *Thlaspi alpestre* β *pumilum*, * *Thl. montanum*, * *Thl. rotundi-*

folium N. (*Iberis* L.), * *Thl. sylvium* N. (*alpestre* Sut.), *Thymus pannonicus* All. β *elatior*, *Trifolium pallescens* Schreb., *Tr. saxatile* All. (in valle Saas frequentior). V. Randa, Saas, Teschen, Zermatten.

Nidovia, Nidau, concinnum oppidulum Bernense, haud procul Bienna, ad lacum eiusdem nominis et paulo supra Thielae exitum situm. Unica quidem, sed lata pulchraque via constat. Civibus lacus navigatio et viae valde frequentatae, quibus Basileam, Solodurum, Bernam et Neocomum itur, expeditionis commercii quaestuosi ansam suppeditant. Extra muros, scilicet prope Thielae egregium pontem, arx, olim comitum veterum, nunc praefectorum sedes, extollitur. Regio vicina neutiquam inamoena, sed paludibus nimis proxima, ab inundationibus non raro magnum patitur damnum. Plantae citatae: *Althaea officinalis*, *Cochlearia Armoracia*, *Hydrocharis Morsus-ranae* (in fossis aquaticis; rarissima), *Limosella aquatica*, *Ranunculus pantothrix* Brot. β *rigidus*, *Sagittaria sagittifolia*, *Thalictrum simplex* α *maius*.

Nieder-Urnen. V. Urnen.

Niesen. V. Nessus.

Nodz, vicus Bernensis in regione Tessenberg s. montagne de Diesse, supra lacum Biennensem et prope pagi Neocomensis limites situs. Ibi proveniunt: *Arabis hirsuta* Scop. (*Turritis* L.), *Cyclamen europaeum*, *Gentiana Pneumonanthe*, *Menyanthes trifoliata*, *Orobanche ramosa*, *Peucedanum Chabraei* N. (*Selinum* L.).

Noiraigue. V. Travers.

Nomaney. V. Barbarine.

Nombre. V. Umbraigl.

Nombrieux, pascua Aquileiensium alpina, monti Surchamp subiecta; ibi leguntur: *Allium Schoenoprasum* β *alpinum*, *All. Victorialis*, *Arenaria laricifolia*, *Campanula barbata*, *C. thyrsoidea*, *Corydalis solida* N. (*Fumaria* Hoffm.), *Dracocephalum Ruyschiana*, *Erigeron Villarsii* Willd., *Eryngium alpinum*, *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Hieracium aurantiacum*,

H. montanum Jacq. (*Hypochoeris pontana* L.), *H. prenanthoides* Vill. I *multiflorum* (*H. spicatum* Sut.), *Myrrhis odorata* Scop. (*Scandix* L.), *Orobus luteus*, *Potentilla grandiflora.*

Nonnatweiher, stagnum prope Badenweiler: in magno ducatu Badensi situm, fereque 5 l. a limitibus Helvetiae distans. In eius insula natante lectus est *Schoenus fuscus*; ibi etiam proveniunt: *Alisma natans*, *Anagallis tenella*, *Drosera rotundifolia*, *Eriophorum vaginatum*, *Iuncus filiformis*, *Schoenus albus.*

Noville, pagus ditionis Vaudensis paulo supra Lemani caput inter Pennilucum Rhodanumque situs et fere undique paludibus circumdatus. In eius vicinia observatae fuerunt: *Allium angulosum β palustre* (*All. senescens* L.), *Alnus incana* Willd., *Astragalus Cicer*, *Carex ampullacea* Good., *C. filiformis* (*lasiocarpos* Ehrh.), *C. riparia* Good., *Cervaria Oreoselinum* N. (*Athamanta* L.), *Chenopodium urbicum* fl. helv. (*intermedium* M. et K.; etiam circa Chessel), *Galium spurium* I *glabrum* (*G. spurium* L.; in arvis prope les Saugettes; forma in terris nostris rarissima), *Gladiolus palustris* N., *Hieracium florentinum* All. I *praealtum* (in pratis siccis), *Hydrocotyle vulgaris*, *Inula Britannica*, *Lathyrus palustris*, *L. tuberosus*, *Lemna polyrrhiza*, *Leersia oryzoides* Willd. (*Phalaris* L.), *Marsilea quadrifolia*, *Menyanthes trifoliata*, *Nuphar luteum* Sm. (*Nymphaea* L.), *Nymphaea alba*, *Oenanthe peucedanifolia* Poll., *Orobanche ramosa*, *Pulicaria vulgaris* Gaertn. (*Inula Pulicaria* L.; in Helvetia infrequens), *Ranunculus Philonotis* Retz, *Scirpus triqueter*, *Senecio Iacobaea* II (*S. aquaticus* Huds.), *S. paludosus*, *Serratula tinctoria*, *Seseli bienne* Crantz (*annuum* L.), *Sium inundatum?* Lam. (*Sison* L.: civis valde suspecta), *Sonchus palustris*, *Sparganium natans* (rarum), *Spiranthes aestivalis* Rich. (*Ophrys* Balb.), *Sp. autumnalis* Rich. (*Ophrys* Balb., *Ophr. spiralis* L.), *Teucrium Scordium*, *Thalictrum flavum*, *Thysselinum palustre* Hoffm. (*Selinum* L.), *Utricularia vulgaris*, *Xanthium strumarium.*

Nufenen, mons alpestris inter summam Valesiam et pagi Ticinensis partem occidenti-borealem situs, quem superat semita, qua intra 8 fere horarum spatium e vico St.-Ulrichen paulo infra Obergestelen, summae Rhodani vallis, in asperrimam vallem Bedretto pervenitur. In eo tractu provenit rarissima *Oxytropis lapponica* N. (*Phaca* Wbg.).

Nyon. V. Nevidunum.

O.

Oberalp, mons fertilis Uraniensium, in magno Gotthardi foco, inter Ursariam et Rheni anterioris valles extollitur. Lacus alpestris eiusdem nominis infra eius pascua et ad M. Crispalti et Baduz pedem situs, piscibus optimis abundat, atque ad vallis Ursariae ditionem pertinet. Ex vico principe Andermatt intra 2 horas ad hunc lacum, 6 ½ l. a Rhaetico monasterio Disentis distantem, pervenitur. In isto monte tota vallis Ursaria belle prospicitur. Lacus Alpis Superioris 6214 p., itineris autem punctum summum 6572 p. s. m. elevatum esse dicitur. Plantae insigniores: *Anthericum Liliastrum*, *Gnaphalium supinum* (ad lacum), *Pedicularis tuberosa*, *Stellaria cerastoides* (*Cerastium refractum* All., *trigynum* Vill.), *Viola palustris.*

Oberegg, vicus pagi Abbatiscellani (Inner-Rhoden), supra Rheguscorum vallem situs, et altis montibus circumdatus, magna ex parte habitationibus sparsis constat climateque mitiori gaudet. Ibi observata est *Veronica montana.*

Obergestelen (gall. Haut-Châtillon), pagulus alpestris Valesiae superioris, in decuria Gombsensi, fere ad Grimsulae montis pedem austro-occidentalem, et in Rhodani ripa dextra situs, 4100 p. s. m. elevatus. Regio vicina tum a torrentium ira, tum a globis nivalibus (Lauinen, avalanches) saepe devastatur. Inter ingentes montes angustata est, nec arborum domesticarum culturam patitur, sed in eius parvis campis atque hortis Solanum tuberosum, Carota,

Brassica et Cerealia aestiva haud aegre proveniunt. Ceterum hic absconditus terrarum angulus absque dubio stirpibus raris abundat, sed eae divitiae nondum satis innotuerunt. Prope Obergestelen citantur: *Cirsium heterophyllum* DC. *α* (*Carduus helenioides* Sut.), *Cynosurus echinatus*. V. Furca, Grimsula, Rhodanus.

Oberhalbstein, vallis Rhaetica 8 l. longa, a montibus Septimio et Iulio usque ad amnem Albulam prope Tiefenkasten semper boream versus descendit. Rivus, qui eam irrigat et in Albulam effunditur, Rheni Oberhalbsteinensis nomine notus est. Hancce vallem, etiam per se amoenissimam et vere pictoriam, quamvis inter altos montes coarctatam, aliquot dirutarum arcium reliquiae insigniter exornant. Incolae lingua Rhaetica s. Romanica utuntur. Planta citata: *Campanula pusilla* Haenke *β* fl. albo.

Oberlandia Bernensis, regio alpestris celeberrima attentioneque naturae et generis humani indagatorum dignissima, integram eius magni pagi partem australem complectitur. Ibi totius fere Helvetiae altissimi scopuli, undique molibus immensis glacialibus circumfusi, extolluntur, quos inter patent valles amoenissimae a populo bono, sed minus industrioso vitaeque otiosae nimis dedito habitatae. Glaciei niviumque perennium progressus et montium, qui indies sylvis magis magisque denudabantur, asperitas invalescens populi divitiarum fontem exhauriebant. Sed a reipublicae principibus strenue adiutus celeberr. Kasthofer, sylvis montibusque Oberlandiae praefectus, pari ingenio et adsiduitate, nec sine exoptato successu tantis malis mederi conatur. V. Bernensis pagus, Brientinus lacus, Gastern, Grimsel, Grindelwald, Lauterbrunnen, Stockhorn, etc.

Oberlandia Rhaetica; sic dicitur magna anterioris Rheni vallis, inter fluminis fontes et arcem Reichenau comprehensa. V. Disentis, Ilanz etc.

Oberlegi-See, lacus alpestris supra Linthae vallem, in Glaronensi pago situs, ac, teste Wahlen-

BERGIO, 4420 p. s. m. elatus. In pascuis vicinis a Viro clarissimo observatae fuerunt: *Hedysarum obscurum*, *Pedicularis recutita.*

Obersax, Rhaetorum iurisdictio, multis pagulis ad montium clivos sparsis constans, in Rheni anterioris valle et quidem in fluminis ripa dextra supra Ilanz sita. Inter vicum Rhenumque, testante opt. VILLARSIO, occurrunt: *Salix daphnoides* Vill., *Prunus Padus* fol. latissimis rugosis.

Oberstaffel, mons editissimus Valesiae superioris, et ni fallor ad summam D. Nicolai vallem pertinens. Ibi a summo HALLERO praeter alias stirpes raras citantur: *Carex bicolor* All. (scilicet ut *C. atratae* var.), *C. capillaris*, *Draba frigida* Saut. (*stellata* Mur.), *Iuncus Jacquini*, *I. triglumis*, *Ranunculus rutaefolius.*

Oches (Les Dents d'), Sabaudiae scopuli gemini et valde approximati, Lemano supra vicum Meillerie imminentes, quorum ambo vertices tenues et acuti ex omnibus fere ripae borealis partibus statim adgnoscuntur. Isti montes 5655 p. supra lacum et 6806 p. s. m. editi, semitarum arduarum difficiliumque ope conscendi possunt; ibi pulcher amplusque prospectus oculis offertur et multae stirpes alpinae botanici labores sudoremque compensant. Citantur: *Androsace helvetica* N. (*Aretia* L.), *Astragalus depressus*, *Cerinthe aspera* Roth, *Thalictrum nutans* DC.

Ochsenstock. V. Engelberg.

Octodurum (Martigny, germ. Martinach), oppidum magnum Valesiae inferioris, Agauno duabus leucis distans, in Rhodani ripa sinistra, et infra vallis Entremont ingressum situm. Duabus partibus, $\frac{1}{4}$ l. intervallo separatis, quarum alteram (le Bourg) singularis efficit via recta ac pulchra, qua ad M. Penninum itur. Alteram (la ville) propius ad boream accedentem fluminique magis propinquam percurrit via regia Agauno Sedunum ducens. Eius habitationes et viae sparsae magisque rusticae, speciem minus concinnam prae se ferunt. Utramque partem torrentis Druentiae (la

Dranse) aquae turbidae, quippe quae potissimum a molibus glacialibus montium superiorum sustententur, irrigant. Incolae partim ex agriculturae laboribus, partim ex pecorum educatione, partim ex mercium transitu et expeditione victum conquirunt. Canonici D. Bernardi, qui in M. Pennini hospitio de religione, patria et humano genere tam egregie merentur, Octoduri abbatiae suae principem sedem habent. Rev. Murith eorum ordini addictus, naturae scientiarum amantissimus, postquam per 20 annos in illo altissimo monte degisset, et humanitatis curis sedulo incubuisset, in presbyterio Octodurensi utilis pulchraeque vitae inter amicorum musarumque commercium ultimos dies consumpsit.

Regio urbi vicina, ab illa dira strage, quae per totam vallem Bagnensem 1818 grassata est, devastata, nunc pristinum vigorem recuperavit. Constat fertilibus arvis, laetis pratis pomariisque ac vineis optimum potum proferentibus. Generosissimum producunt vineta loco la Marque dicto sita, quorum plagam arenosam coelo calidissimo expositam ab aquilonum infausto flatu colles vicini tutantur. Trans Druentiam in parvo monte veteris arcis la Bâtia rudera vasta adhuc exstant: ibi tres valles, ea scilicet, quae inter Octodurum et Agaunum patet, vallis Entremont aditus et maior latiorque euro-boream petens, qua Sedunum itur, Alpes vicinae ac denique Rhodani et Druentiae cursus spectaculum praebent luculentissimum.

Ager Octodurensis pulchris rarisque stirpibus abundat. Colles illi, quibus vici Branson et Fouly insident, in Flora Helvetica celeberrimi, ad ripam quidem fluminis dextram pertinent, sed vix unius leucae spatio ab oppido boreali (la ville) distant. Praeterea in eius proximitate, totius fere Helvetiae ditissimi montes extolluntur, ut intra paucarum dierum tempus M. Pennini, Alpium Bagnensium, M. Fouly, Moreles etc. summa cacumina conscendere, ibique largissimam Florae donorum copiam colligere possis. Prope Octodurum

occurrunt. — 1) à la Bâtia : *Anemone Pulsatilla* II *nutans*, *Biscutella saxatilis* Schl., *Bromus squarrosus*, *Campanula spicata*, *Draba aizoides*, *Euphorbia gerardiana* Jacq. (*Euph. Paralias* Sut.), *Euphrasia lutea*, *Herniaria glabra*, *Hieracium glaucum* All., *H. staticefolium* Vill., *Holosteum umbellatum*, *Lepidium petraeum* (stirps rara), *Ononis Natrix*, *Oxytropis pilosa* DC. (*Astragalus* L.), *Phleum asperum* Vill., *Sempervivum arachnoideum*, *Seseli bienne* Crantz (*annuum* L.), *Silene Otites* Sm. (*Cucubalus* L.), *Veronica prostrata* (rarissima), *Viola montana* III *Ruppii*. — 2) Ad clivum arduum, viae, qua pagulus seu suburbium la Bâtia intratur impendentem, monti Ottan et colli les Marques contiguum: *Coronilla Emerus*, *Draba muralis* (rarissima), *Geranium lucidum* (perinde), *Herniaria glabra*, *Lycopodium helveticum*, *Onosma montanum* Sm., *Primula viscosa* Vill. (*villosa* Sut.), *Saxifraga Aizoon* Jacq. floribus immaculatis, *S. bulbifera*, *Scleranthus perennis*, *Sempervivum arachnoideum*, *S. tectorum*, *Silene Otites* Sm. — 3) In vinetis les Marques: *Aiuga Chamaepitys* Schreb. (*Teucrium* L.), *Allium sphaerocephalum*, *Alyssum campestre* (??), *Anemone Pulsatilla* II nutans, *Anthyllis Vulneraria* δ *procerior*, *Asperula tinctoria* (??), *Aster Amellus*, *Campanula spicata*, *Chenopodium Botrys*, *Chrysocoma Linosyris*, *Crataegus Amelanchier* Desf. (*Mespilus* L.), *Euphrasia lutea*, *Festuca valesiaca* N., *Geranium sanguineum*, *Hieracium cymosum* (??), *H. florentinum* All. II *piloselloides* (et au Rossetan), *H. sabaudum*, *Hippocrepis comosa*, *Ononis Columnae* All. (*minutissima* Sut.), *On. Natrix*, *Onosma montanum* Sm., *Origanum vulgare* II *prismaticum* β floribus albis, *Potentilla parviflora* N. (etiam au Rossetan), *P. recta*, *Rhus Cotinus*, *Trinia Henningii* fl. helv. (*Tr. glaberrima* Hoffm., *Pimpinella dioica* L.), *Veronica spicata* I *vulgaris* β *persicifolia*. — 4) In agro Octodurensi generatim: *Achillea Millefolium* δ *lanuginosa*, *Ach. Ptarmica*, *Antirrhinum Orontium*, *Asparagus officinalis*, *Asperugo procumbens*, *Astragalus Cicer*, *Astr. Onobrychis*, *Avena fatua*, *Brassica Erucastrum*

(in tractu 1818 a Druentia vastato copiosissime), *Bunium Bulbocastanum*, *Camelina sativa* Crantz (*Myagrum* L.), *Campanula bononiensis* β (*C. simplex* DC.), *Castanea vulgaris* Lam. (in oppidi vicinia, ut et circa Fouly integras efficit sylvulas), *Centaurea nigrescens* Willd. (?), *Cervaria alsatica* N. (*Peucedanum* L.) β *albiflora* (*Selinum venetum* Spreng.; infra pagum Ravoire et trans Rhodanum prope le Rosé), *Chondrilla iuncea*, *Conium maculatum*, *Coronilla varia*, *Dipsacus pilosus*, *Echinospermum Lappuia* Lehm. (*Myosotis* L.), *Eruca sativa* Lam. (*Brassica Eruca* L.), *Ficus Carica*, *Galium cinereum* All., *Geranium rotundifolium*, *Helianthemum salicifolium* Pers. (*Cistus* L.; stirps huic regioni propria), *Hemerocallis fulva*, *Hieracium amplexicaule*, *H. lanatum* Vill. (*Andryala* L.; Riddes versus), *H. Pilosella* γ *incanum*, *Holosteum umbellatum*, *Hyssopus officinalis*, *Iasione montana*, *Impatiens Noli-tangere*, *Inula Helenium* (rarissima), *Iris germanica*, *Iuniperus Sabina*, *Lamium hybridum* Vill., *Lathyrus tuberosus*, *Lepidium ruderale*, *Lunaria biennis* Moench (*annua* L.; in campis anno 1818 a Druentia vastatis frequens; ante hanc stragem in Valesia nusquam visa), *Malva Alcea* (ad vias), *Medicago falcata*, *Melissa officinalis*, *Molinia serotina* M. et K. (*Festuca* L.; à la Vuardetta), *Ononis hircina* Jacq., *Ornithogalum pyrenaicum*, *Orn. umbellatum*, *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* DC. (in planitiei pratis inter St.-Pierre et Martigny), *Ox. uralensis* DC. (Riddes versus), *Panicum glaucum*, *Physalis Alkekengi*, *Pimpinella Saxifraga* III (*P. nigra* Willd.), *Poa bulbosa*, *P. Eragrostis* (au Bourg; rara), *P. pilosa*, *Polycnemum arvense* β *procumbens*, *Potentilla cinerea* Chaix, *Prenanthes ramosissima* All. (*viminea* Sut.), *Ranunculus Philonotis* Retz (inter Octodurum Agaunumque frequens), *Ribes rubrum* (infra Chantondessus), *Rubus tomentosus* Willd. (à Ravoire de Martigny), *Salix daphnoides* Vill. (? saltem ad Valesiae inferioris sepes citata), *S. fragilis* (infra collem la Bâtia), *Senecio tenuifolius* Jacq., *Sisymbrium Sophia*, *Stipa*

pennata, *Thalictrum flavum*, *Th. simplex γ laserpitioides* virens (inter Octodurum et Charat), *Trifolium procumbens* II *Schreberi*, *Tussilago Petasites* ♀ (*T. hybrida* L.; forma rarior), *Ulmus montana* Sm. foliis latissimis, *Utricularia vulgaris* (à la Verrerie), *Verbascum crassifolium* DC. (*montanum* Schrad., *V. nigrum β* floribus albis, *V. thapsiforme* Schrad. *β bicolle*, *Vicia onobrychioides*, *Xanthium strumarium*, *Xeranthemum inapertum* Willd. (*annuum* Sut.). — 5) Prope rivi Trientis ostium: *Draba aizoides*, *Rumex scutatus*, *Saxifraga caespitosa* III *leucantha*, *Sempervivum arachnoideum*, *Vesicaria utriculata* Lam. (*Alyssum* L.; ad rupes; stirps praerara). — 6) Inter Trientem et cataractam Pissevache: *Euphorbia gerardiana* Jacq. (*Euph. Paralias* Sut.), *Gentiana verna*, *Hieracium florentinum* All., *Pedicularis palustris*, *Populus alba*, *Primula farinosa*, *Salix daphnoides* Vill. — 7) Prope cataractam: *Alchemilla alpina*, *Arabis alpina*, *Ar. pumila* Wulff., *Biscutella saxatilis* Schl., *Bulbocodium vernum* (in pomariis vicinis, praecipue prope la Barme: rarissimum), *Erinus alpinus*, *Gentiana Amarella* (*germanica* auct.), *Iuniperus Sabina*, *Lathraea Squamaria*, *Lepidium alpinum*, *Ruscus aculeatus*, *Saxifraga aizoides* (*s. autumnalis*), *S. petraea* Vahl., *Senecio viscosus*, *Silene Armeria* (ad rupes aridas), *Tamarix germanica*, *Tussilago nivea* Vill. ♀ (*T. paradoxa* Retz), *Valeriana tripteris*. — 8) A Mivellaz: *Primula viscosa* Vill. (*villosa* Sut.), *Viola arenaria* DC. — 9) In valle la Combe, Trient versus: *Adoxa Moschatellina*, *Neottia ovata* Bluff et Fing. (*Ophrys* L.), *Orobus tuberosus*, *Potentilla rupestris*, *Pyrola uniflora*.

Oehrli. V. Abbatiscellanus pagus.

Oeni vallis, Engadina (das Engadin), magna celebrisque Rhaetorum vallis, in cuius parte summa Oenus (der Inn) oritur; eam iste magnus amnis, ipsius Istri, quocum Passaviae confluit, aemulus, semper euro-boream petens, integram peragrat. Glacialia iuga Engadinam austrum versus a Postclaviensi (Po-

schiavo), Tellina et Monasteriensi vallibus, ad boream autem a ramis lateralibus ad Albulae magnam vallem pertinentibus dissepiunt. Ad totius regionis extremitatem septentrionalem Oenus rupium faucibus summopere coarctatus in Tyrolem festinat. Denique montis Maloiae lenes clivi Oeni vallem cum Praegallia confundere videntur. Engadina cum valleculis Postclaviensi et Monasteriensi, magis adhuc meridiem versus protensis, totius pagi partem maxime australem efficit; longitudo eius 18 fere leucis, latitudo autem vix ultra ½ l. constat; sed innumeros pene ramos laterales in utrumque iugum emittit. Pars superior vallis sub coelo frigidissimo sita, omnium domesticarum arborum et nobilium Cerealium prorsus impatiens est. Hiemes tristissimae subinde usque in mensem Maium aut etiam Iunium producuntur. Aëra siccissimum venti impetuosi saepissime exagitant, et per totam aestatem incolae sub dio carnem et pisces adeo exsiccant, ut ea alimenta usque in serum autumnum incorrupta servare possint. Integrae Laricis et Cembrae *) (cuius nuces sapidissimae incolis sunt deliciis) sylvae Alpium clivos exornant. Alpicolae ex *Achillea moschata*, in istis montibus vulgatissima, spiritum fervidum Italisque gratissimum extrahere solent.

Vicum Sils s. Seglio, totius regionis altissimum ac prope Oeni fontes situm, 5770 p. s. m. editum esse mappa Scheurmanniana perhibet, et in optimi Glutzii **) libro manuali vico Sylvae planae (Selva piana) altitudo absoluta 5600 p. tribuitur.

Incolae linguae Romanicae s. Rhaeticae dialecto, quam Ladinum vocant, utuntur; agros paucissimos colunt, sed pecorum educationi incumbunt: ingenio

---

*) Duplex huius pulchrae arboris genus distinguit ill. Clairville, alterum nempe conis nucibusque brunneo-violaceis, alterum autem conis virentibus et nucibus subfuscis dignoscendum.

**) Handbuch für Reisende in der Schweiz, fünfte Aufl. Zürich bey Orell, Füssli u. Comp. 1829.

acri, laborum patientia et multarum linguarum cognitione excellunt; sed ob patrii soli sterilitatem viri vulgo in aliis regionibus victum conquirere conantur; quin etiam pagi nonnulli, quamvis architecturae elegantia ac soliditate conspicui, paulatim a civibus deseruntur, et passim in ruinam concidunt. Via regia, ab omnigenis vehiculis frequentata, totam vallem percurrit et in Tyrolem ducit, sed nonnisi semitarum plus minusve difficilium ope cum reliquis pagi partibus communicari potest. — Ea vallis respectu ad naturae magnas pulchrasque scenas, et ad plantas, quas gignit, rarissimas habito ab almae scientiae amicis visitari atque sedulo investigari meretur. Rami eius laterales complures, montes editissimi et immensarum glaciei molium orae, quibus undique cingitur, absque omni dubio multos adhuc ignotos thesauros recondunt. Stirpes iam citatae, et quidem 1) in valle superiori nascentes: *Apargia crispa* Willd. (*Leontodon* Vill.; var. foliis glabriusculis), *Euphrasia officinalis γ purpuro-coerulea* (circa Selva piana), *Herniaria glabra* (ibidem), *Linnaea borealis* (in sylvis laricinis), *Malaxis monophyllos* Sw. (*Ophrys* L.; prope St.-Moritz; stirps rarissima), *Papaver alpinum* (auf Casanna), *Phaca frigida* Jacq. (circa St.-Moritz), *Pinus Cembra*, *P. Larix*, *P. rubra* Roesch (circa Sils), *Potentilla grandiflora* (circa Selva plana), *Sempervivum montanum* (prope Ponte), *Senecio abrotanifolius* (in valle Fidriga prope Casanna), *Stipa pennata* (in M. Scaletta), *Viola grandiflora* III *ramosa.* — 2) In valle inferiori: *Achillea moschata* (in Alpibus, vulgo), *Adonis aestivalis* (inter segetes), *Agrostemma Flos-Iovis* (perinde), *Arenaria biflora* (in Alpibus), *Artemisia glacialis* (in M. Samnaun), *Aster Amellus* (prope Sent), *Astragalus Onobrychis*, *Centaurea Cineraria* (ad vias: Rev. Pol.; planta nobis plane ignota, neque alibi per totam Helvetiam visa!), *Cerastium repens* Pol (an *C. arvense β hirsutum* N.?; locis lapidosis), *Pinus Cembra* (im Scarlthal), *Polygonum Bistorta*, *Polemonium coeruleum* (prope Cernetz, copiose, et in vallecula Tasna), *Ra-*

nunculus glacialis (in M. Flüela), *Salvia verticillata* (circa Schuls), *Saussurea alpina* DC. (*Serratula* L.; im Tasnathal et in M. Futschelberg), *Senecio abrotanifolius* (in M. Fuorno), *S. carniolicus* Willd. (in M. Flüela; alibi nusquam inter limites patrios visus), *Veronica spicata* (frequens).

Oetlingen. V. Basilea.

Oldenberg et Oldenhorn. V. Sanen.

Ollon, Olon, magnus pulcherque vicus Vaudensis, in Aquileiensium valle, prope Bex, Aquileiam versus, supra viam regiam colli pomariis vinetisque ornato insidens. Istius loci territorium, sub mitissimo coelo situm, vegetatione regionibus calidioribus propria luxuriat. Plantae rariores: *Aethionema saxatile* R. Br. (*Thlaspi* L.; rarissimum), *Astragalus monspessulanus*, *Aster Amellus*, *Bunium Bulbocastanum*, *Carpesium cernuum* (etiam prope Salaz), *Conium maculatum*, *Eruca sativa* Lam. (*Brassica Eruca* L.), *Lathyrus sylvestris*, *Ononis Natrix*, *Onosma echioides* Sm. (β L.; au Tombey), *On. montanum* Sm. (? ad viam qua ad Verchier itur), *Polemonium coeruleum* (à Panex), *Polygala Chaemaebuxus*, *Scolochloa Donax* N. (*Arundo* L.; in colle vicino prope viam regiam) *Scorzonera austriaca* Willd. (*humilis* Sut.; au Tombey), *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis* L.; Aquileiam versus).

Olsberg, vicus Argoviensis in regione Frickthal dicta, ad pagi Basileensis limitem situs, et 2 fere leucis ab urbe Basilea distans. Ibi optimae scholae, in usum nobilium puellarum institutae rev. Müller, Olsbergensis parochus, et Argoviae educationis collegio aggregatus, praeest. Vir amiciss., amabilis scientiae peritissimus, loca vicina solertissime peragravit, et multa nova ibi detexit; quin etiam Basileensem Floram insigniter ditavit, atque omnia sua inventa digno amico Hagenbach, qui plantarum patriarum historiam felicissime inchoavit, impertitus est. Plantae: *Agrostis alba* IV *maior* (*Agr. gigantea* auct. helv.), *Arundo Epigeios* β *angustifolia*, *Campanula Cervicaria* (in sylva

Rheinfelden versus), *Carex pilosa*, *C. strigosa* Huds. (ad pedem M. Sonnenberg; species rarissima), *Centunculus minimus*, *Chenopodium polyspermum*, *Danthonia decumbens* DC. (*Festuca* L.), *Epilobium tetragonum*, *Festuca loliacea* Huds., *F. ovina*, *Gentiana ciliata*, *Iuncus bufonius „γ viviparus"* Hag., *Lithospermum purpuro-coeruleum*, *Luzula albida* DC. (*Iuncus* Hoffm.) *β erythranthema* Wallr., *Monotropa Hypopitys*, *Ornithogalum umbellatum*, *Peplis Portula*, *Pyrola minor*, *P. uniflora*, *Salix holosericea* Willd. (in clivo aprico prope pagum occurrit; ceterum in terris nostris nusquam visa), *S. viminalis*, *Sambucus racemosa*, *Scilla bifolia*, *Sc. amoena*, *Scirpus intermedius* Hag. (*uniglumis*? Link), *Sc. setaceus*, *Silene noctiflora*, *Sium Falcaria*, *Thesium linophyllum*, *Valeriana officinalis γ* foliis ternatis, *Veronica montana*, *V. praecox*, *V. scutellata*, *Viola odorata* flore albo.

Olten (lat. Olta et Olita), oppidum elegans pagi Solodurensis ad Arolae ripam sinistram, inter urbem et Aroviam, situm. Regionem vicinam, haud inamoenam, sed minus fertilem, coloni diligentissime excolunt; cives autem ob singularem industriam ac bonas, quas exercent, artes, populi solertis laborumque patientis laudem merentur. Viae regiae Solodurum, Basileam, Aroviam Lucernamque ducentes mercium, ac praecipue vinorum gallicorum transitui atque commercio expeditionis satis quaestuoso ansam praebent. Templum ingens et pulcherrimum hanc parvam exornat urbem In eius muris societas helvetica patriae amicorum, quam viri praestantissimi anno 1760 in oppido Schinznach condiderant, per annos 1780 — 1795 convenire solita est. Restaurato Helvetiorum foedere, ista societas rursus quotannis in Schinznach congregatur. — Circa Oltam citantur: *Carpinus Betulus* (Aroviam versus), *Ornithogalum pyrenaicum* (perinde).

Oltingen, vicus Basileensis ad pedem M. Schafmatt, prope Solodurensem ditionem, ad viam, qua ab

oppido Liestall Aroviam itur. Ibi proveniunt: *Lilium Martagon* (supra vicum), *Schoenus compressus.*

O n d e r v i l l i e r s, vicus Bernensis praefecturarum Iuranarum, ad amnem Sornam, inter Bellelay et Delémont situs. Prope speluncam vicinam fons frigidus ac lympha saponacea saluberrimaque conspicuus scaturit. In montibus vallibusque istius regionis pulchra petrefacta frequenter reperiuntur. Ibi occurrit quoque rarissima *Primula Auricula* β flore albo (aux rochers des Voûtières).

O r b e. V. U r b a.

O r g e v a u x, mons alpinus nobis plane ignotus, unde HALLERUS aliquot plantas rariores habuit. A viro summo potissimum laudantur: *Achillea macrophylla*, *Androsace helvetica* N. (*Aretia* L.), *Aquilegia alpina*, *Arnica scorpioides*, *Oxytropis montana* DC. (*Astragalus* L.).

O r m o n d s (Les), vallis alpina pagi Vaudensis, in Aquileiensium ditione, inter Rhodani et Castrodunensem valles sita. Ab oriente potissimum occidentem versus, secus torrentem la Grande-eau porrigitur. A scopulis altissimis Pillon et Diablerets clausa est ac supra Aquileiam aperitur; eam longitudine 7-8 leucas metiri ferunt. Per istas Alpes pascuaque petrosa et asperrima diri torrentes et hibernorum vernorumque nivium globi passim grassantur, unde factum est incolas, etsi strenuos impigrosque, magna paupertate laborare. Ob viarum bonarum defectum quaevis familia in suis remotis montibus pascuisque multas habitationes possidet, adeo ut ista vallecula nonnisi duas parochias ac circiter 3 millia incolarum continens, 15 millia domorum stabulorumque complecti dicatur.

Alpes conterminae, inter quas M. Enzeindaz, Taveyannaz, Prapioz (mole glaciali insignis) et Lioson (amoenissimo lacu notus) eminent, stirpibus rarissimis pulcherrimisque abundant. Insigniores plantas eorum montium loco suo indicavimus. Ceterum in ea regione observatae fuerunt: *Androsace alpina* N. (*Aretia* L.;

prope Ormond dessus), *Apargia Taraxaci* Willd. *(Hieracium* L.), *Aquilegia alpina* (in M. Pillon, ad Bernensium confinia sito), *Arnica montana*, *Artemisia spicata* Jacq., *Asperugo procumbens* (infra arcis Aigremont rudera), *Carduus Personata* Jacq. *(Arctium* L.), *Centaurea montana*, *Cypripedium Calceolus* (prope Ormond-dessus), *Epipogium Gmelini* Rich. *(Satyrium Epipogium* L.; stirps rarissima), *Galium uliginosum* (in Alpibus supra Ormond-dessus), *Geranium lividum* L'Hér., *Hieracium prenanthoides* Vill. III *cydoniaefolium* (Orm. dessus), *Onobrychis vulgaris* N. α *(On. montana* DC., *Hedysarum Onobrychis* L.), *Phyteuma spicatum* β floribus coeruleis, *Potamogeton obtusus* β *alpinus (P. alpinum* DC.; in quodam parvo lacu), *Rosa rubrifolia* Vill. (in sylva prope la Frasse), *Stipa Calamagrostis* Wbg. *(Agrostis* L.; supra sylvam la Cheneau prope le Sepey), *Thesium alpinum* (prope Orm.-dessus), *Trifolium spadiceum* (aux Mosses d'Ormond), *Tussilago alba*, *T. Petasites* ♀ *hybrida*. — In M. Isenau supra Ormond-dessus: *Androsace Chamaeiasme* Bieb. *(villosa* Sut.), *Anemone vernalis*, *Arnica montana*, *Arn. scorpioides*, *Azalea procumbens*, *Blechnum boreale* Sw. *(Osmunda Spicant* L.), *Cardamine bellidifolia*, *Draba frigida* Saut. *(stellata* Mur.), *Gentiana acaulis*, *G. nivalis* α, et β *uniflora pumila*, *G. purpurea*, *Gypsophila repens*, *Hedysarum obscurum*, *Imperatoria Ostruthium*, *Laserpitium Halleri* All., *Lepidium alpinum*, *Oxytropis montana* DC. *(Astragalus* L.), *Pedicularis adscendens* Schl., *P. verticillata*, *Phaca astragalina* DC. *(Astragalus alpinus* L.), *Ranunculus alpestris*, *R. montanus* Willd. *(nivalis* Sut.), *Rhododendrum ferrugineum*, *Salix reticulata*, *Saxifraga aizoides (autumnalis)*, *S. androsacea*, *S. muscoides* Jacq., *S. oppositifolia*, *S. stellaris*, *Spergula saginoides*, *Viola calcarata*. In M. Creux-du-Champ, etiam supra Ormond-dessus: *Arnica scorpioides*, *Artemisia Mutellina* Vill., *Erinus alpinus*, *Lycopodium selaginoides*, *Thesium linophyllum*. — V. Lioson, Mosses (les), Prapioz.

Orsières, vicus alpestris Valesiacus vallis Entremont, inter St. Branchier et Liddes, qua Octoduro ad M. Penninum itur situs. Regio vicina, etsi summis Alpibus subiecta, haud inamoena est, et campis planioribus constat. Supra vicum aperitur occasum versus vallis Ferret, qua per collum eiusdem nominis in vicum Pedemontanum Courmayeur pervenitur. Plantae rariores: *Androsace carnea* (in M. Arpallaz), *Bunias Erucago*, *Campanula spicata*, *Hieracium cymosum* Mur. (an L.?), *H. staticefolium* Vill., *Hyssopus officinalis*, *Iuniperus Sabina*, *Ononis rotundifolia*. In adscensu Liddes versus: *Caucalis grandiflora*, *Marrubium vulgare*, *Scutellaria alpina*, *Veronica verna*, *Vicia onobrychioides*. — V. Ferret.

Orvins. V. Ilfingen.

Osogna, vicus pagi Ticinensis inter Poleggio et Bellinzonam, ad Ticini ripam sinistram situs. Ibi, potissimum Bellinzonam versus repertae fuerunt: *Andropogon Gryllus*, *Blitum capitatum*, *Centaurea splendens*, *Cervaria alsatica* N. (*Peucedanum* L.) *β albiflora* (*Selinum venetum* Spreng.), *Crepis setosa* Hall. fil., *Euphorbia Lathyris*, *Euonymus europaea β intermedia* N. (in ipso vico Cresciano; varietas rarissima parumque nota), *Lilium bulbiferum*, *Parietaria diffusa* M. et K. (*iudaica* auct.), *Xanthium strumarium*.

Ottan. V. Octodurum.

Ouchy, pulcher vicus Vaudensis, infra Lausannam ad lacum Lemanum situs, vixque dimidia leuca ab urbe distans. Portus securus, domus aliquot elegantes, amoenissimae villae et altissima turris, quae, ut perhibent, ad arcem per seculum XII conditam olim pertinebat, hunc locum exornant. In eius vicinia observatae fuerunt, *Ornithogalum nutans*, *Salvia Sclarea*, *Solanum Dulcamara γ pubescens* (*S. littorale* Heg.), *Trifolium procumbens* II *Schreberi*, *Tussilago Petasites*.

Ourtier (L'). V. Bagnes.

Outre-Rhône. V. Rosey.

Ovannaz (Ovonnaz v. Envannaz), pascua

alpina editissima, infra M. Moëveran (V. hunc artic.) scopulos sita. Ibi occurrunt: *Achillea atrata*, *Arabis bellidifolia* Jacq., *Arbutus alpina*, *Gnaphalium alpinum*, *Gn. Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Hedysarum obscurum*, *Hieracium Jacquini* Vill., *Ononis rotundifolia*, *Orchis nigra* Scop. (*Satyrium* L.), *Oxytropis montana* DC. (*Astragalus* L.), *Pedicularis foliosa*, *Ranunculus glacialis*, *R. parnassifolius*, *Rumex scutatus*, *Sempervivum arachnoideum*, *Senecio Doronicum*.

Oyen (St.-), vicus Pedemontanus, ad M. Pennini pedem australem, inter Etroubles et St.-Remy situs. Ibi proveniunt: *Nepeta lanceolata* Lam. (*N. Nepetella* Sut.), *Sisymbrium strictissimum*.

Oyens (St.), vicus Vaudensis ad austrum supra amoenam valleculam Prévon d'Avaux prope Gimel situs. In sylvis abiegnis vicinis provenit *Galium boreale*.

P.

Panérossaz, pascua altissima supra Bex, in Montis Enzeindaz vicinia sita. V. Boulaire.

Panex, vicus alpestris pagi Vaudensis, supra Ollon, ad pedem M. Chamosaire et ad viam, qua in vallem Ormond-dessus itur, situs. Salini fontes supra hunc locum scaturiunt. Plantae rariores: *Cytisus alpinus* Schk. (*C. Laburnum* Sut.), *Gentiana Amarella*, *Lathyrus sylvestris*, *Polemonium coeruleum*.

Paradies, monasterium virginum, ad Rheni sinistram ripam, infra Diessenhofen, in Thurgovia situm. In paludibus vicinis provenit *Utricularia vulgaris*.

Parey, mons alpinus Vaudensis supra Castrodunum ad ditionis Friburgensis limites extollitur. Plantae insigniores: *Apargia Taraxaci* Willd. (*Hieracium* L.), *Artemisia Mutellina* Vill., *Betonica hirsuta*, *Carex Scopolii* N. (*Mielichhoferi* Schkuhr.), *Cineraria aurantiaca* Willd. (aux Combettes), *Cirsium subalpinum* N. (*Cnicus semipectinatus* Thom.), *Festuca alpina* Sut., *Globularia nudicaulis*, *Petrocallis pyrenaica* R. Br. (*Draba* L.). — Ad montis radices supra oppidum: *Iuniperus Sabina*, *Selinum nigricans* N.

Paschwang. V. Vogelberg.

Pasgarten, Pasgartflüe. V. Bienna.

Paterniacum (Payerne, germ. Peterlingen), oppidum antiquissimum Vaudense, inter Minidunum et Aventicum in Broiae ripa dextra neque procul ab ea situm. Templum eius vetustum ob priscorum regum Burgundorum sepulcra, quae ante paucos annos ibi detecta ac restaurata fuere, antiquitatis amatorum attentionem meretur. Regio vicina planitie fertilissima constat, magnamque frumenti, pisorum arvensium, per totum pagum celeberrimorum, et tabaci vilioris copiam profert. Ibi degit amiciss. Rapin eruditus pharmacopola, felixque amabilis scientiae cultor, cui nonnullarum helveticarum stirpium antehac intra patrios limites nondum observatarum notitiam et monographiae *Plantaginis* prodromum Parisiis editum debemus. — Plantae prope Paterniacum observatae: *Barbarea vulgaris* R. Br. (*Sisymbrium Barbarea* L.), *Ceratophyllum demersum*, *Chenopodium urbicum* fl. helv. (*intermedium* M. et K.; Dompierre versus), *Galeopsis ochroleuca* α, et γ *versicolor* (in agris), *Hottonia palustris* (dans la Glane inter urbem et Missy), *Luzula albida* DC. β *erythranthema* Wallr. (au bois Girard), *Malva Alcea*, *Myriophyllum verticillatum*, *Oenanthe fistulosa*, *Poa aquatica* (in Broia), *Rosa cinnamomea*, *Sium latifolium*, *Sisymbrium Sophia*, *Utricularia vulgaris*, *Verbascum Lychnitis* β floribus albis, *Xanthium strumarium*.

Paudex, pagulus Vaudensis, inter Pully et Lutry, ad viam regiam et prope lacum situs. In regione vicina carbonis fossilis vena satis larga iam ante multos annos detecta est, atque etiamnum fabricis machinisque materiam igniariam praebet. Ibi proveniunt: *Centunculus minimus* (aux Monts), *Chenopodium foetidum* Lam., *Isatis tinctoria* (prope lacum, infra molendinum gypsaceum, copiose).

Pennilucus (gall. Villeneuve), oppidum pagi Vaudensis, fere ad Lemani caput, inter Rhodani ostia et arcem Chillon situm. Lacus in istis partibus parum

altus ac fere vadosus, subito autem prope Chillon et in Sabaudia ad vici Meillerie excelsos rupium parietes profundissimus, magnos alit Cyprinos; quin etiam olim, ut ferunt, Anguillae, quae nunc in toto lacu omnino desiderantur, Penniluci in mercatu venibant. — Hospitium in ea urbe anno 1256 a principibus Sabaudis conditum, nuper Lausannam translatum et in totius pagi usum conversum fuit.

Pennilucus in regione pulcherrima, atque maiestate haud minus ac amoenitate egregia situs est. Quoad botanices studium locus iste Florae amicis gratissimus videtur, utpote Alpibus editis subiectus, magnis paludibus proximus, et magnam solorum varietatem exhibens. Multae stirpes rariores ibi revera reperiuntur, verbi gratia: *Agrostis canina* (Pérosaz versus), *Anthemis Cotula* (inter oppidum et lacum), *Atriplex hortense* (in pagulo quodam supra oppidum sito), *Blitum virgatum*, *Cardamine impatiens*, *Chenopodium glaucum*, *Convallaria Polygonatum*, *Cytisus sessilifolius* (in sylvis), *Draba hirta* (in M. Avenayre), *Dryas octopetala* (ad montis d'Arvel pedem Rennaz versus), *Epilobium Dodonaei* Vill. (*rosmarinifolium* Haenke), *Geranium palustre*, *Hippophaë rhamnoides*, *Lemna trisulca*, *Leonurus Cardiaca*, *Lepidium ruderale*, *Narcissus poëticus*, *Nasturtium amphibium* R. Br. (*Sisymbrium* L.), *Nuphar luteum* Sm. (*Nymphaea* L.), *Nymphaea alba*, *Oenanthe peucedanifolia* Poll., *Poa pilosa* (ad ripas iuxta viam regiam), *Ranunculus Philonotis* Retz, *R. Thora* (in Alpibus, v. gr. au pertuis d'Avenayre), *Scutellaria galericulata*, *Senecio paludosus*, *Sisymbrium thalianum* N. (*Arabis* L.), *Sonchus palustris*, *Sparganium natans*, *Sp. simplex*, *Taxus baccata*, *Thalictrum flavum*, *Valeriana Phu* (prope Rennes). — V. Chaude, Grangettes, Montreux.

Penninus, Divi Bernardi mons, le Grand St.-Bernard (Divi Bernardi mons minor inter Sabaudiae provinciam Tarentaise et vallem Pedemontanam Courmayeur extollitur), in iugo Alpium australi inter

Valesiorum vallem Entremont et Pedemontanam vallem Praetoriam in totius Helvetiae parte, quae maxime ad austro-occasum progreditur, situs. Inde occasum et austro-occasum versus continuatur Penninum iugum et per scopulos Dronaz, Argentière, Dru et Charmoz usque ad Mont-Blanc, semper Pedemontium a Valesia Sabaudiaque dissepiens, pervenit. Per hunc montem via frequentatissima, etsi a vico St.-Pierre usque ad montis verticem et inde ad pagum pedemontanum St.-Remi carris inaccessa, ab Helvetia in Pedemontium ducit. In itineris altissima parte parva exstat vallecula, cuius fundum occupat lacuna alpestris piscibus omnino destituta, quin imo fere per totum annum glacie obtecta. Ad hunc lacum Divus Bernardus de Menthon anno 962 monasterium in viatorum cuiusvis gentis religionisve usum condidit, ubi ab istis antiquissimis temporibus usque ad nostrum aevum peregrinos canonici Octodurenses, divi Augustini regulae adscipti, hospitio gratuito humanissimoque accipiunt. Nec ab ullo mercedis quidquam exigunt tam benigni hospites; ceterum viatores honoratiores, qui animi grati signum proferre cupiunt, dona in arcam ad hunc usum in templo destinatam demittere religioni ducunt. Omnia, quae ad vitae cultum victumque spectant, quin etiam lignum igniarium huc e longinquo, mulorum v. equorum dorso, nec sine impensis ingentibus transferuntur. M. Pennini hospitium saltem totius Europae editissima habitatio creditur. Altitudo eius supra mare, auctore Cl. Pictet, 7476 pedes, secundum illustr. de Saussure 7542 p. metitur. Sed ut me certiorem fecit Rev. Lamon, D. Bernardi canonicus altitudo media mercurii in barometris iam per plurimos annos ibi observatis 20 uncias et 9 lineas metitur adeoque elevationem 7668 p. s. m. indicat. In his aethereis regionibus aër nimis subtilis et frigus fere sempiternum hominis sanitati summopere officiunt, ut magnanimi huius monasterii patres intra paucos annos vires ac vigorem plerique amittant, et in regiones sub iove beniguiore

sitas reverti cogantur. Hucusque praeterea hospitii cellae ac cubicula humidissima et frigidissima erant, donec tandem canonici et eorum amici tuborum calorem per omnes aedium partes distribuentium ope, tantis malis efficacem medelam attulerunt, sicque virorum pietate et humanitate adeo insignium conditionem tolerabiliorem effecerunt.

In parvo, sed elegante templo praeter illam, quam omnibus honestis viatoribus enixe commendamus, arcam sepulcrum exstat strenuissimi Desaix, qui in campis Alexandrinis prope Marengo exercitui gallico victoriam celeberrimam paravit, ac ipse pro patria occidit. In eo pulchro marmore sculptor heroa morientem, equum eius et iuvenem militem tanto obitu moestissimum peritissime expressit.

Canonici non solum viatoribus gratissimum hospitium cura singulari ac pietate praebent, sed eos per hiemem, praecipue post procellas, quae nivium globis nebulisque caliginosis omnia viae vestigia obtegere valent, cum suis pulchris fidelibusque canibus ad hocce pietatis ministerium mirifice instructis, quaeritant, sicque quotannis aliquot homines miserrimae morti eripiunt. Eorum cadavera, quos tantae curae laboresque servare nequiverunt, in quodam sacello haud procul infra hospitium sito deponuntur, ubi frigus et aëris eximia siccitas ea tantopere indurat, ut saepe per plures annos incorrupta ac fere immutata permaneant et a suis recognosci possint.

Altissimi Alpium vicinarum scopuli sunt Dronaz (9005 p. s. m.) ad occasum, et Velan (10327 p. s. m.) ad eurum situs; hunc, quantum scio, primus conscendit rev. Murith, ac post eum nullus. Multo facilius commodiusque ad quandam rupem quartzeam (le roc poli), quam ipsa natura pulcherrimi marmoris instar per longum tractum polivit, accedi potest.

Lacus circuitu dimidiam fere leucam metitur. Ad eius extremitatem austro-occidentalem parva reperitur planities, Iovis nomine nota (plan de Jupiter). Ibi olim

extollebatur templum huic deo sacratum, et per seculum proxime praeteritum eo loco multae antiquitates, v. gr. tabulae votivae, monetae romanae etc. inventae fuerunt, quas sollicite collegit Cl. MURITH. Eas divitias possidet nunc hospitium.

Anno 1828, societas naturae amicorum Lausannae decreverat invitationi rever. Canonicorum morem gerere, ut hoc ipso anno (1829) in summo monte Pennino, naturae templo sanctissimo sessionem suam solitam habuerit.

In sede tam edita, glaciei nivibusque sempiternis proxima, quam plurimae stirpes rarissimae intra breve temporis spatium facile colliguntur. Quin etiam Penninus ditissimis Alpium primordialium montibus adnumerari meretur. Inde factum est, ut nonnulli canonici, scientiae naturalis amici, iam a multis annis cum Bernensi societate oeconomica ac nuper cum Genevensibus eruditis coniuncti, observationibus meteorologicis adsiduas curas impenderint atque rei herbariae studio incubuerint: quos inter potissimum distinguendi sunt B. MURITH, de totius Valesiae Flora meritissimus, et Rev. LAMON, qui cominus vestigia optimi Viri secutus, cura singulari plantas Penninas observavit collegitque. Ei multarum in ea pulchra Alpium parte nascentium stirpium notitiam debeo, quippe qui catalogum earum locupletissimum mihi humanissime suppeditaverit.

Mons Penninus potissimum Graminibus, ac Lichenibus abundat. Neque patriarum Alpium tractus alius tot tamque pulchras *Pedicularis* species gignit. Plantae citatae: *Achillea atrata* ? (teste Cl. MURITH), *Ach. macrophylla*, *Ach. Millefolium*, *Ach. moschata* Jacq., *Ach. nana*, *Aconitum paniculatum* Lam. *α penninum* Ser., *Ac. rostratum* Bernh., *Adoxa Moschatellina*, *Agrostis alba* IV *maior* N. (*gigantea* Sut.), *Agr. alpina* Willd., *Agr. rupestris* Willd., *Agr. vulgaris* With. (*capillaris* Sut.), *Aira caespitosa*, *A. flexuosa α* (*montana* Sut.), *Aiuga pyramidalis β alpestris* (*alpina* Sut.), *Alchemilla alpina*, *Alch. pentaphyllea*, *Alch. vulgaris α*,

et δ *subsericea* (*Alch. alpina* β *hybrida* L.), *Allium Schoenoprasum* β *alpinum*, *All. Victorialis*, *Androsace alpina* N. (*Aretia* L.), *Andr. carnea*, *Andr. obtusifolia* All., *Andr. pennina* N., *Anemone alpina*, et β *sulphurea*, *An. baldensis*, *An. Hepatica*, *An. vernalis*, *Anthericum Liliastrum*, *Anth. serotinum* (teste Hallero), *Anthoxanthum odoratum*, *Anthyllis Vulneraria*, *Antirrhinum alpinum*, *Apargia alpina* Host (*Leontodon squamosum* DC.), *Ap. autumnalis* Hoffm., *Ap. hispida* Willd., *Ap. Taraxaci* Willd. (*Hieracium* L.), *Aquilegia alpina*, *Arabis alpina*, *Ar. bellidifolia* Jacq., *Ar. caerulea* Wulff., *Ar. ciliata* R. Br. (*Turritis* Reyn.), *Ar. hirsuta* Scop. (*Turritis* L.), *Ar. pumila* Wulff. (? teste Hallero), *Arbutus alpina*, *Arb. Uva-ursi*, *Arenaria biflora*, *Ar. ciliata* α, et β *multicaulis*, *Ar. grandiflora* (?), *Ar. laricifolia*, *Ar. polygonoides* Wulff., *Ar. recurva* All., *Ar. rubra*, *Ar. serpyllifolia* β *alpina* (*Ar. viscida* Hall. fil.), *Arnica montana*, *Arr. scorpioides*, *Artemisia glacialis*, *Art. Mutellina* Vill., *Art. spicata* Jacq. (*Art. Boccone*), *Asperula cynanchica*, *Aspidium* (*Polypodium* L.) *Filix-mas* Sw., *Asp. Lonchitis* Sw., *Asplenium viride* Huds., *Aster alpinus*, *Astragalus aristatus* L'Hér., *Astrantia maior*, *Astr. minor*, *Avena distichophylla* Vill., *Av. pubescens*, *Av. subspicata* Clairv. (*Aira* L.), *Av. versicolor* Vill., *Azalea procumbens*, *Barbarea vulgaris* R. Br. (*Erysimum Barbarea* L.), *Bartsia alpina*, *Betonica hirsuta*, *Betula alba*, *B. viridis* Chaix, *Biscutella laevigata* (*B. didyma* Scop.), *Briza media*, *Botrychium Lunaria* Sw. (*Osmunda* L.), *Bupleurum ranunculoides* (v. gr. in M. la Pierre), *B. stellatum*, *Cacalia alpina* Jacq. (*glabra* Vill.), *C. leucophylla* Willd. (*tomentosa* Vill.), *Calamintha alpina* Lam. (*Thymus* L.), *Caltha palustris*, *Campanula barbata*, *C. cenisia*, *C. pusilla* Haenke, *C. rhomboidalis*, *C. valdensis* All. β *Scheuchzeri*, *Capsella Bursa-pastoris* Moench. (*Thlaspi* L.), *Cardamine amara*, *C. belidifolia*, *C. resedifolia*, *C. thalictroides* All. (?), *Carduus Personata* Jacq. (*Arctium* L.), *Carex approximata* Hoppe (ad mortuorum

satellum), *C. atrata α varia* et *γ nigra*, *C. caespitosa*, *C. capillaris*, *C. curta* Good. *α*, *β brunnescens*, *C. curvula* All., *C. davalliana* Sm., *C. digitata*, *C. flava*, *C. foetida* All., *C. frigida* All., *C. leporina*, *C. microstyla* Gay (*lobata* Thom., Schl.; rarissima), *C. panicea*, *C. paniculata*, *C. Scopolii* N., *C. sempervirens* Vill., *C. stellulata* Good., *Carum Carvi*, *Celtis australis* (prope Bibian ad montis pedem meridionalem), *Centaurea phrygia*, *Cerastium alpinum*, *C. arvense* II *strictum*, *C. latifolium α legitimum* et *δ subacaule* (*C. glaciale* N.), *Chaerophyllum aureum*, *Ch. elegans* N., *Ch. hirsutum α*, et *β Cicutaria*, *Chenopodium bonus-Henricus*, *Cherleria sedoides*, *Chrysanthemum alpinum*, *Chr. Leucanthemum*, *Chrysosplenium alternifolium*, *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Colchicum alpinum* DC., *C. autumnale*, *Crataegus Amelanchier* Desf. (*Mespilus* L.), *Cr. Chamaemespilus* Jacq. (*Mespilus* L.), *Crocus vernus* All., *Cuscuta europaea*, *Dactylis glomerata*, *Daphne Mezereum*, *Draba aizoides*, *Dr. fladnizensis* Wulff. *β minor* (*Dr. helvetica* Schl.), *Dr. frigida* Saut. (*stellata* Mur.), *Dr. nivalis* Liljebl., *Dryas octopetala*, *Empetrum nigrum*, *Epilobium alpinum*, *Ep. angustifolium*, *Ep. Dodonaei* Vill. (*rosmarinifolium* Haenke), *Ep. origanifolium* Lam., *Erica vulgaris*, *Erigeron alpinus*, *Er. uniflorus*, *Eriophorum angustifolium* Roth, *Er. latifolium* Hoppe (*polystachyum* L.), *Er. Scheuchzeri* Hoppe (*capitatum* Hoffm.), *Erysimum helveticum* DC. (*Cheiranthus* L.), *Euphrasia officinalis*, *Euphr. minima* Jacq., *Festuca duriuscula*, *F. Halleri* Vill., *F. pilosa* Hall. fil. (*rhaetica* Sut.), *F. pumila* Vill., *F. varia β flavescens*, *F. violacea* N., *Galium sylvestre* Poll. II *alpestre*, *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Gentiana acaulis*, *G. alpina* Vill., *G. Amarella*, *G. bavarica*, *G. brachyphylla* Vill., *G. glacialis* Abr. Thom., *G. nivalis*, *G. punctata*, *G. purpurea*, *G. verna*, *Geranium lividum* L'Hér., *G. sylvaticum*, *Geum montanum*, *G. reptans*, *Gnaphalium alpinum*, *Gn. dioicum*, *Gn. Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Gn. supinum*, *Gn. sylvaticum γ fuscatum* (*Gn. syl-*

vaticum Engl. bot.), *Gypsophila repens*, *Hedysarum obscurum*, *Helianthemum grandiflorum* Dec. (*Cistus* Scop.) *γ obscurum*, *H. vulgare* Desf. (*Cistus Helianthemum* L.), *Hieracium alpinum* II *pumilum*, et III *Halleri*, *H. angustifolium* Hoppe (teste Cl. Seringe), *H. aurantiacum*, *H. aureum* Vill. (*Leontodon* L.), *H. dubium*, *H. glaucum β ramosissimum* DC. (*porrifolium* All., *H. murorum*, *H. Pilosella*, *H. Schraderi* Schl., *H. villosum*, *Hippocrepis comosa*, *Hypericum dubium* Leers, *Imperatoria Ostruthium*, *Inula montana* (à Charvenrod, ad pedem montis australem, *Juncus arcticus* Willd., *J. bufonius*, *J. effusus*, *J. filiformis*, *J. Jacquini*, *J. trifidus*, *J. triglumis*, *J. ustulatus* Hoppe *β alpinus* (*J. alpinus* Vill.), *Juniperus communis γ alpina*, *Kobresia scirpina* Willd. (*Elyna spicata* Schrad.), *Lamium amplexicaule*, *Laserpitium Halleri* All. (*hirsutum* Sut.), *Lathyrus pratensis*, *Lepidium alpinum*, *Ligusticum Meum* Crantz (*Athamanta* L.), *L. Mutellina* Crantz (*Phellandrium* L.), *Lilium Martagon*, *Linum catharticum*, *L. montanum* Schl. (*narbonense* Sut.), *Lonicera caerulea*, *Lotus corniculatus α*, et *β villosus*, *Luzula campestris* DC., *L. flavescens* N., *L. lutea* DC., *L. nivea* DC., *L. spadicea* DC., *L. spicata* DC., *L. sylvatica* N. (*maxima* DC.), *Lychnis sylvestris* Hoppe (*dioica α* L.), *Lycopodium alpinum*, *L. clavatum*, *L. selaginoides*, *L. Selago*, *Marchantia polymorpha*, *Margarita Bellidiastrum* N. (*Doronicum* L.), *Melampyrum sylvaticum*, *Mespilus Cotoneaster*, *Molinia caerulea* Koel. (*Aira* L.), *Myosotis alpestris* Schmidt, *M. collina* Ehrh., *Nardus stricta*, *Onobrychis vulgaris* N. *α montana* (*On. montana* DC.), *Ononis rotundifolia*, *Ophrys alpina* ? (ab Hallero citata), *Orchis albida* All. (*Satyrium* L.), *Orch. bifolia*, *Orch. conopsea*, *Orch. globosa*, *Orch. latifolia*, *Orch. mascula*, *Orch. odoratissima*, *Ornithogalum fistulosum* II *Ramondi*, *Oxalis Acetosella*, *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* DC., *Ox. montana* DC., *Parnassia palustris*, *Pedicularis atro-rubens* Schl. (*pennina* N.), *P. foliosa*, *P. gyroflexa* Vill., *P. incarnata* Jacq., *P.*

palustris, *P. recutita*, *P. rostrata*, *P. tuberosa*, *P. verticillata*, *Phaca alpina* Jacq., *Ph. astragalina* DC. (*Astragalus alpinus* L.), *Phleum alpinum*, *Phl. commutatum* N., *Phl. Michelii* All. (*hirsutum* Sut.), *Phyteuma hemisphaericum*, *Plantago alpina*, *Pl. bidentata* Mur. α, βα, ββ, *Pl. media*, *Pl. montana* Lam. (*atrata* Hoppe), *Poa airoides* Koel. (*Aira aquatica* L.), *P. alpina* α, β *vivipara*, *P. annua*, *P. aspera* N., *P. distichophylla* N., *P. fluitans* Koel, *P. laxa* Haenke, *P. minor* N., *P. pratensis* II *angustifolia*, *Polygala amara*, *P. Chamaebuxus*, *P. vulgaris*, *Polygonum aviculare*, *P. Bistorta*, *P. viviparum*, *Polypodium vulgare*, *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Sm. Ser.), *P. aurea* (*P. Halleri* Ser.), *P. frigida* Vill. (*glacialis* Ser.), *P. grandiflora*, *P. minima* Hall. fil. (*brauniana* Hoppe), *P. Tormentilla* Sibth. (*Tormentilla erecta* L.), *Poterium Sanguisorba*, *Primula farinosa*, *Pr. officinalis* Jacq., *Pr. viscosa* Vill. (*villosa* Sut.), *Pteris crispa* Sm. (*Osmunda* L.), *Pyrola minor*, *P. secunda*, *Ranunculus aconitifolius* α *parviflorus*, et γ *platanifolius*, *R. glacialis*, γ *holosericeus* et δ *aconitoides*, *R. montanus* Willd. (*nivalis* Sut.), *R. parnassifolius* (teste Hallero), *R. pyrenaeus* α et β, γ *plantagineus*, *Rhamnus alpinus*, *Rheum digynum* Wbg. (*Rumex* L.), *Rhinanthus Cristagalli*, *Rhododendrum ferrugineum*, et β flore albo, *Ribes alpinum*, *R. petraeum* Jacq., *Rosa alpina*, *Rubus idaeus*, *Rumex alpinus*, *R. arifolius* All., *R. scutatus*, *Sagina procumbens*, *Salix glauca* β *Lapponum*, *S. helvetica* Vill. (*arenaria* auct.), *S. herbacea*, *S. myrsinites*, *S. reticulata*, *S. retusa*, *S. retusa* b *myrtilloides* Mur., *S. serpyllifolia* Scop., *Sambucus racemosa*, *Saussurea alpina* DC. (*Serratula* L.; in M. la Pierre), *Saxifraga aizoides* (*autumnalis* Sut.) α, et β flore croceo, *S. androsacea*, *S. aspera* DC. I *elongata*, *et* II *bryoides*, *S. biflora*, *S. cuneifolia*, *S. muscoides* Jacq., *S. oppositifolia*, *S. petraea* Vahl., *S. planifolia* Lapeyr. (*tenera* Sut.), *S. rotundifolia*, *S. stellaris*, *Scabiosa Columbaria* ζ (*Sc. lucida* Vill.), *Schoenus compressus*, *Scirpus Baeothryon*

Ehrh., *Sc. caespitosus*, *Scutellaria alpina*, *Sedum Anacampseros*, *S. atratum*, *S. repens* Schl., *S. saxatile* All., *Sempervivum arachnoideum*, *S. montanum*, *Senecio Doronicum*, *S. incanus*, *Sesleria caerulea* Ard. (*Cynosurus* L.), *Sibbaldia procumbens*, *Silene acaulis α*, et *β exscapa*, *S. inflata* Sm. (*Cucubalus Behen* L.), *S. quadrifida*, *S. nutans*, *S. rupestris*, *S. vallesia* (?), *Sisymbrium pinnatifidum* DC. (*bursifolium* Sut.), *S. strictissimum*, *S. tanacetifolium*, *Soldanella alpina*, *Solidago Virgaurea*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *Sorbus aucuparia*, *Spergula nodosa*, *Sp. saginoides* All., *Statice plantaginea* DC. *Stellaria cerastoides* (*Cerastium trigynum* Vill.), *St. nemorum*, *St. uliginosa* Curt. (*aquatica* Poll.), *Thalictrum aquilegifolium*, *Th. minus*, *Thesium alpinum*, *Thlaspi montanum*, *Thymus Serpyllum*, *Tofieldia calyculata* Wbg. (*Anthericum* L.), *Trifolium alpestre*, *Tr. alpinum*, *Tr. badium* Schreb., *Tr. caespitosum* Reyn., *Tr. montanum*, *Tr. pratense*, et var. flore albo, *Tr. repens*, *Triglochin palustre*, *Triticum repens*, *Trollius europaeus*, *Tussilago alpina*, *T. Farfara*, *T. nivea* Vill., *Vaccinium Myrtillus*, *V. uliginosum*, *V. Vitis-idaea*, *Valeriana celtica* (saltem in scopulo pointe de Dronaz, sed parce), *V. dioica*, *V. officinalis*, *V. tripteris*, *Veratrum album*, *Veronica alpina*, *V. aphylla*. *V. Beccabunga*, *V. bellidioides*, *V. Chamaedrys*, *V. fruticulosa*, *V. officinalis*, *V. saxatilis* L. fil., *V. serpyllifolia*, *Vicia dumetorum*, *V. onobrychioides*, *Viola biflora*, *V. calcarata* I *subacaulis α*, et *β* fl. citrino, *V. canina*, *V. hirta*, et *γ alpina* fl. albo odoratissimo, *V. palustris*, *V. pumila* Chaix *γ ericetorum*. V. Baux (la). — In Monte Pedemontano l'Ar di Farzo, a Pennino nonnisi leuca una distante, et ultra M. la Baux sito, quem Cl. Lerresche anno 1829 invisit, pulchrae crescunt stirpes, in hocce tractu nondum observatae. Eo, relicta quae ad vicum St.-Remi ducit via, dextra versus eundo pervenitur. Iste mons ad pedem molium glacialium des Fordzons prope M. Pain de sucre ad occasum, et collum Ferret ad austrum

exsurgens, amphitheatrum rupibus praeruptis, euro et austro-euro expositis, constans efficit. Aquae eius in torrentem clivi meridionalis Pennini effunduntur, et simul cum eo vallem Praetoriam petunt. Plantae a Viro honoratissimo ibi observatae: *Achillea nana*, *Androsace carnea*, *Anemone baldensis* (affatim), *Arabis caerulea* Wulff. (perinde), *Artemisia glacialis*, *Cerastium latifolium*, *Draba aizoides* (die 23 Iulii adhuc florens), *Gentiana glacialis* Abr. Thom., *G. nivalis*, *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Herniaria alpina*, *Iuncus trifidus*, *I. triglumis*, *Pedicularis gyroflexa* Vill. (parce), *P. tuberosa*, *Trifolium caespitosum* Reyn. — V. **Ferret, Fenêtre.**

Pertuis, pagulus montanus dominii Neocomensis, supra vallem Ruz, quae eum a montis Chasseral pede occidentali separat, situs. In eius vicinia olim a bono Gagnebin lectae fuerunt: *Carduus Personata* Jacq. (*Arctium* L.), *Gentiana campestris*, *Helianthemum canum* Dun. (*Cistus marifolius* Sut.), *Lilium Martagon*, *Saponaria officinalis* var. *antheris nigris*, *Thlaspi montanum*. — Au Pertuis-du-Sot: *Allium carinatum*, *Orchis hircina* Crantz (*Satyrium* L.). — Au Pertuis de la Bise: *Erysimum ochroleucum* DC. (*Cheiranthus* Hall. fil.).

Pertuis (Pierre-), rupes pertusa, quam subit via, Bienna per amoenam Monasteriensem vallem Basileam ducens, proxime vico Tavannes imminet et ex altera parte una fere leuca a pago Sonceboz distat. Per hancce rupem Romanos iam viam stravisse, inscriptio ipsi saxo, boream versus, insculpta, sed temporis lapsu paulo obscurior facta, testatur. Ista porta, sane rudior, et, ut videtur, naturae potius quam artis opus, 40 pedes alta, meatum vix ultra 15 p. longum efficit. Ex ima rupe, prope Tavannes (hic vicus viatori Bienna venienti per altam petrae Pertusae speculam extemplo apparens, scenam vere pictoriam offert), scaturit uberrimus pulcherque Birsae fons. V. **Monasteriensis vallis** (Moutier-Grandval).

Petrinsula. Biennensis lacus.

Petrus (Divus). V. **Pierre** (St.-)

Pfeffers. V. **Fabariae** thermae.

Pfirt (gall. **Ferrette**), Sundgoviae oppidulum, 4 l. ab urbe Basilea distans. Ibi plantae rariores nonnullae provenire dicuntur, scilicet: *Carduus acanthoides* DC. β phyllis reflexis, *Cerinthe* aut *maculata*, aut *minor* a Cl. Lachenal ibi reperta est; sed eas plantas ad unam speciem referens in eadem charta adservavit), *Ranunculus hederaceus* (in Helvetia nondum visus), *Vicia pisiformis.*

Pierre-Pertuis. V. **Pertuis** (**Pierre-**).

Pierre (**La**, vel la **Pierraz**), mons Valesiae Pennino proximus. V. **St.-Pierre** d'Entremont, in plantarum enumeratione.

Pierre (St.-, le bourg), vicus Valesiae inferioris, in valle Entremont, inter Liddes et M. Pennini hospitium, a quo 3 fere l. distat, situs. In istius loci templo antiquissimo, utpote iam circa annum millesimum post Christum natum condito, columna adservatur milliaria, quae olim prope D. Bernardi hospitium stabat, ibi quoque vetustissima inscriptio vastationes, quibus Saraceni in his vallibus alpestribus quondam grassati sunt, testatur. Supra vicum natura magis magisque exasperatur ac tristis vastitatis imaginem prae se fert. Totum iter usque ad monasterium moestissimum adparet, ut et ipsorum locorum nomina ipsam mortem in memoriam revocent: ibi nempe occurrunt Mortis vallis, Mortis mons ac denique Mortuorum sacellum. Sed ea loca, quamvis horrore plena, Flora neutiquam deseruit, at potius stirpibus raris pulchrisque decoravit. Inveniuntur nempe 1) inter Liddes et St.-Pierre: *Artemisia Absinthium*, *Brassica campestris* DC. A *oleifera*, *Campunula spicata*, *Vicia onobrychioides.* — 2) Circa vicum St.-Pierre: *Carduus Personata* Jacq. (*Arctium* L.), *Chrysanthemum inodorum* (in agris), *Plantago bidentata* Mur. α, βα, et βγ (ad ipsius vici sacellum), *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.). — 3) Supra

vicum, ad viam Penninam: *Achillea moschata*, *Anemone alpina* II *sulphurea* (*apiifolia* L.), *Antirrhinum Bauhini* N. (*genistifolium* Sut.), *Astrantia maior*, *Colchicum alpinum* DC. (*montanum* All.), *Eryngium alpinum*, *Festuca varia* Haenke β *flavescens* (*F. acuminata* agrost. helv.), *Gentiana punctata*, *G. purpurea*, *Hypochoeris maculata*, *Laserpitium Halleri* All. (*hirsutum* Sut.), *Ligusticum Meum* Crantz (*Aethusa* L.), *Pedicularis rostrata*, *Saxifraga aspera* DC. I *elongata*, *Senecio tenuifolius* Jacq., *Viola pumila* Chaix γ *ericetorum*, — 4) In pascuis M. la Pierraz: *Centaurea phrygia*, *Hieracium aurantiacum*, *Lonicera caerulea*, *Pedicularis foliosa*, *P. incarnata*, *P. recutita*, *P. rostrata*, *P. tuberosa*, *Saussurea alpina* DC. (*Serratula* L.), *Veronica alpina* floribus albis, *Viola palustris*. — 5) Prope ipsum hospitium, in adscensu: *Arenaria rubra* (ad moles glaciales prope Proz), *Astrantia minor*, *Azalea procumbens*, *Campanula pusilla* Haenke β floribus albis (in vallecula Proz), *Cerastium latifolium*, *Draba nivalis* Liljebl., *Empetrum nigrum*, *Lycopodium helveticum*, *Ornithogalum fistulosum* Ram., *Ranunculus glacialis*, *Rhododendrum ferrugineum*, *Saxifraga androsacea*, *S. oppositifolia*, *Sedum repens* Schl., *Senecio incanus*, *Sisymbrium pinnatifidum* DC. (*bursifolium* Sut.), *Trifolium alpinum* α, et β floribus albis (var. perrara), *Tr. badium* Schreb., *Tr. caespitosum* Reyn., *Vaccinium Vitis-idaea*, *Veronica alpina*, *V. serpyllifolia*.

Pierre (St.-), pulcher vicus Valesiae inferioris, fere ad iter dimidium inter Octodurum Sedunumque, in Rhodani ripa dextra situs, et quidem hinc pagulo Ridda, et inde Ardon proximus. Regionem vicinam fertilissimam prata laetissima, omnigenis arboribus domesticis undique consita, pinguia arva et vineae clathris, modo humilibus, modo in altas porticus elatis, stipatae exornant. — Plantae citatae: *Achillea tomentosa*, *Adonis autumnalis*, *Ad. vernalis*, *Centaurea amara* β foliis rad. semipinnatifidis, *Colutea arborescens* (Branson versus), *Galium tricorne* With. (*Valantia Apa-*

rine Sut.), *Ornithogalum arvense* Pers. *β bulbiferum*, *Papaver Argemone*, *Polycnemum arvense*, *Prenanthes ramosissima* All. (*viminea* Sut.), *Ranunculus arvensis*, *Thlaspi perfoliatum*, *Xeranthemum inapertum* Willd. (*annuum* Sut.).

Pilatus, mons Pileatus, etiam subinde, propter verticem in duos scopulos distinctum, mons Fractus nuncupatus, e regione montis Regii supra lacum Waldstettarum, in pago Lucernensi et Subsylvania extollitur. Nomen eius triviale a nubibus, quibus frons altissima plerumque obvolvitur, deduci solet. Verum vulgus neutiquam dubitat illum procuratorem Pontium Pilatum a Tiberio exilio mulctatum, in istam regionem devenisse, desperatione ac furiis actum in alpinam lacunam sese praecipitavisse eique monti triste suum nomen indidisse.

Pilatus iugum alpestre ab euro ad austro-occasum sese porrigens, 14-16 l. longum, fere undique liberum, et a ceteris montibus segregatum, nec nisi cum Alpibus Brientinis cohaerens format. Latera eius borea-occidentalia asperiora magisque ardua Entlebuchiae, quam australia Subsylvaniae imminent. Altissimus eius scopulus Tomlishorn dictus, 5760 p. supra lacum Lucernensem s. 7128 p. s. m. extollitur; paucissimi certe montes supra suas valles tantopere elati sunt; inde fit, ut praeter M. Regium, per totam Helvetiam vix usquam prospectus tam late patens tamque magnificus, quam in eius summitatibus oculis appareat. Usque ad praeteriti seculi initium a viatoribus tum Helveticis, tum alienigenis crebro frequentatus est. Sed iam a multis annis istae peregrinationes longe rariores factae sunt, quia Regius mons, prospectum adhuc pulchriorem exhibens, multo commodius faciliusque conscenditur, et in cunctis suis partibus diversoria omnigenis vitae necessitatibus abunde instructa Alpium earumque sublimis naturae amicis offert.

Per aestatem Pilati pascua pinguissima et passim multis fontibus rivisque irrigata, 4000 vaccarum alunt,

ut permultae casae pastoriae per totum iugum sparsae hospitalia tecta viatoribus praebeant. E pago Lucernensi 4 viae, e Subsylvania autem 2, ad Pilati summitates ducunt, per quarum alteram facillimam ex vico Subsylvano Alpnach intra 5-6 horas ad summum verticem Tomlishorn pervenitur, unde cetera cacumina Esel et Oberhaupt commode visitari possunt. Lucerna per vicos Kriens et Herrgottswald usque ad Eigenthal via equis accessa intra 2 ½ h. peragratur; sed ulterius nonnisi arduae difficilisque semitae ope, aut ad montis vertices, aut ad pascua Bründlenalp, ubi altissima exstant stabula, perveniri potest. In istis pascuis lacuna parva parumque profunda, quam supra memoravimus, invenitur. Vix ultra 154 pedes longa et 87 p. lata est, et eius aquae turbidae stagni lutosi tristem speciem offerunt. Olim viatores, qui eius ripas percurrebant, ob miras alpicolarum superstitiones magnis periculis obnoxii erant. Nam vulgo credebatur Pontii Pilati manes huic lacunae immersos, baculis lapidibusve iniectis undasque turbantibus, ad summum furorem provocari, adeoque horrendas procellas excitare: quae ridiculae opiniones tempori atque experimentis, ad eas dissipandas ab ipsis reipublicae Lucernensis principibus institutis, tandem cesserunt. Prope lacunam echo mirabilis voces alpicolarum vigore singulari praeditorum insigniter repercutit. In pascuis Bründlenalp etiam duae celebres ostenduntur speluncae: prima D. Dominici nomine nota, 90 p. alta, 120 profunda, et 28 lata esse, rupibusque mere calcareis constare dicitur. Eius aditus adeo difficilis est, ut nonnisi funium, quibus in praecipitium 306 pedum descenditur, ope, nec sine summo vitae periculo adiri possit. Ad ipsius speluncae ingressum observatur ingens petra, quae desuper visa cuiusdam rudioris statuae speciem praebet, etsi tantum informe naturae est opus. Altera spelunca l a c t i s l u n a e c a v e r n a dicitur. Ad eam non sine labore, sed absque omni periculo viatores accedere possunt. Prope aditum statim in bivium diffinditur et cuniculo, ut aiunt,

400 p. longo, sed multis locis depressissimo ac perangusto constat. In ea specu substantia calcarea, quae ei nomen indidit, abundat. Rivus aquae frigidissimae ex eius penetralibus cum strepitu cuidam sibilo simili erumpit.

Supra Alpis Bründlen pascua, Pilati vertices undique extolluntur: ad orientem nempe et austrum das Steiglieck, der Esel, das Oberhaupt, das Matthorn; das Klimsenhorn, et das Tomlishorn; ad occasum autem et septem triones das Gemsmättli, das Känzeli, das Widderfeld, der Rottentatzen et der Knappstein. Inter ea cacumina nullum adeo luculentum spectaculum oculis offert ac scopulus notissimus, quem Asinum (der Esel) dicunt, unde tredecim lacus, magna pulcherrimaque Helvetiae interioris pars, atque Alpium immensa iuga conspicere possis. Hic vertex nonnisi 180 p. humilior est, quam ipsum Tomlishorn. Summitas Widderfeld dicta omnium asperrima est, nec nisi difficillime conscenditur.

Respectu ad naturales scientias habito, Pilatus mons utique attentione dignissimus est. Abundat enim petrefactis ac praecipue stirpibus rarioribus *), unde factum est, ut viri doctissimi eum saepe adierint et investigationes suas circa thesauros, quos larga manu rerum alma mater ibi sparsit, descripserint. Sic eum, Helvetiae nostrae eruditae maximum decus, C. Gesnerus anno 1555 conscendit et istius itineris descriptionem exaravit ediditque. Eum exinde post summum Virum adierunt Burserus, J. Casp. Bauhinus (Caspari filius), J. J. Scheuchzerus (Vide itinera eius alpina), Anton. Maur. Cappeler Lucernensis, qui plantarum eius montis catalogum, nonnisi post auctoris obitum (Basileae 1767) iuris publici factum, consarcinavit, vener. J. Gesnerus, bonus Gagnebin, denique nostris temporibus, amiciss. Gay, celeberr. Wahlenberg ac nuperrime Cl. Krauer, qui in suo Florae Lucernensis prodromo M.

---

*) Plantae insigniores potissimum inter scopulos Widderfeld et Knappstein occurrere dicuntur.

Fracti stirpes insigniores tum a se ipso, tum ab aliis observatas curiose recensuit. Quem elenchum huc inserere lubet: *Achillea atrata*, *Aconitum Lycoctonum*, *Ac. Napellus*, *Agrostis alpina* Willd., *Agr. rupestris* Willd., *Aira flexuosa α montana*, *Alchemilla alpina*, *Alch. pentaphyllea*, *Allium ursinum*, *All. Victorialis*, *Andromeda polifolia*, *Androsace Chamaeiasme* Jacq. (*villosa* Sut.), *Andr. helvetica* N. (*Arctia* L.), *Andr. lactea*, *Anemone alpina α alba* et *β sulphurea*, *An. Hepatica*, *An. narcissiflora*, *An. vernalis*, *Anthericum Liliago*, *Arabis alpina*, *Ar. hirsuta* Scop. (*Turritis* L.), *Ar. pumila* Wulff., *Arbutus alpina*, *Arb. Uva-ursi*, *Arenaria ciliata α subuniflora* et *β multicaulis*, *Ar. laricifolia*, *Ar. polygonoides* Wulff., *Ar. verna β diffusa* (*Ar. caespitosa* Heg.) et δ calycibus obtusiusculis (*Ar. saxatilis* Heg.), *Arnica montana*, *Arn. scorpioides*, *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Asperula cynanchica*, *Asp. taurina*, *Aster alpinus*, *Astrantia maior*, *Astr. minor*, *Athamanta cretensis*, *Avena distichophylla* Vill., *Av. versicolor* Vill., *Bartsia alpina*, *Betula viridis* Chaix (*Alnus* DC.; infra Birchboden), *Biscutella laevigata*, *Buphthalmum salicifolium*, *Bupleurum ranunculoides*, *B. stellatum* ?? (a Cl. Wahlenberg citatum. V. Fl. helv. 2 p. 584 obs.), *Cacalia albifrons* Willd. (*hirsuta* Sut.), *C. alpina* Jacq. (*glabra* Sut.), *Calamintha alpina* Lam. (*Thymus* L.), *Camelina dentata* Pers., (*Myagrum* Willd.), *Campanula alpina* (??), *C. barbata*, C. *rhomboidalis*, *C. thyrsoidea*, *C. valdensis* All., *Carduus defloratus*, *Carex alba* Scop. (ad p. 2900 s. m.), *C. atrata* (supra Tomlisalp), *C. brachystachys* Schrank, *C. caespitosa* (in summis paludibus torfaceis), *C. capillaris* (auf dem Leib), *C. curta* Good. (*canescens* auct.; prope Alpem superiorem), *C. firma* Host, *C. frigida* All. (*fuliginosa* Wbg.), *C. limosa* (prope Alpis superioris stabula), *C. paniculata*, *C. pauciflora* Lightf., *C. Scopolii* N. (*Mielichhoferi* Schk.), *C. stellulata* Good., *Carlina acaulis* (ad montis radices), *Centaurea montana* (perinde), *Cerastium alpinum*, *C. arvense* II *strictum*, *Chaerophyllum hirsutum*, *Cherleria*

sedoides, *Chrysanthemum alpinum*, *Chr. atratum*, *Chr. Halleri* Sut., *Chr. Leucanthemum* II *montanum*, *Cineraria cordifolia* Gouan, *Circaea alpina*, *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Comarum palustre*, *Convallaria maialis*, *C. Polygonatum*, *C. verticillata*, *Coronilla Emerus*, *C. vaginalis* Lam. (*minima* auct.), *Crataegus Aria*, *Cr. Chamaemespilus* Jacq. (*Mespilus* L.), *Crocus sativus* ?? (*autumnalis* Sut.), *Cr. vernus* All., *Cypripedium Calceolus* (ad Emmiam prope Thorenberg), *Daphne Cneorum* II *striata*, *D. Mezereum*, *Dentaria digitata* Lam. (*pentaphyllos* Sut.), *Dianthus sylvestris*, *Digitalis grandiflora* Lam. (*ambigua* Willd.), *D. lutea*, *Dr. aizoides*, *Dr. frigida* Saut. (*stellata* Willd.), *Dr. tomentosa* Whg. (ad Etzelfluhe et Rössliger-Waldfluhe), *Dryas octopetala*, *Epilobium alpestre* β fol. ternis (*Ep. trigonum* Ludw.), *Ep. alpinum*, *Erica carnea* (seu *herbacea*), *Erigeron alpinus*, *Erinus alpinus*, *Eriophorum alpinum*, *Er. vaginatum*, *Eritrichium nanum* ?? Schrad. (*Myosotis* All.), *Eryngium alpinum*, *Festuca pumila* Vill., *F. rubra*, *F. Scheuchzeri* N. (*pulchella* Schrad.), *Galium helveticum* Weig. (*saxatile* Sut.), *G. rotundifolium* (prope speluncam lactis lunae), *G. verum*, *Gentiana acaulis*, *G. asclepiadea*, *G. bavarica*, *G. lutea* (parcissime), *G. nivalis*, *G. purpurea*, *G. utriculosa*, *G. verna*. *Geranium sylvaticum*, *Geum montanum*, *Globularia cordifolia*, *Gl. nudicaulis*, *Gnaphalium alpinum*, *Gn. pusillum* Haenke, *Gn. supinum*, *Gypsophila repens*, *Hedysarum obscurum*, *Helianthemum* (*Cistus* L.) *grandiflorum* DC. α, *H. polifolium* DC. ?? (V. fl. helv. IV p. 451 obs.), *H. oelandicum* DC. β *glabrum* (*C. oelandicus* Whg.; auf dem Leib), *Helleborus viridis*, *Hieracium aurantiacum*, *H. aureum* Vill. (*Leontodon* L.), *H. blattarioides*, *H. paludosum* (ad montis pedem), *H. prenanthoides* Vill., *H. succisaefolium* All., *H. villosum*, *Hypericum dubium* Leers, *H. hirsutum*, *H. montanum*, *Hypochoeris uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq.), *Imperatoria Ostruthium*, *Iuncus filiformis*, *I. trifidus*, *I. triglumis*, *Iuniperus*

communis γ alpina Heg., *Laserpitium latifolium*, *L. Siler*, *Lepidium alpinum*, *Ligusticum Meum* Crantz (*Athamanta* L.), *L. Mutellina* Crantz (*Phellandrium* L.), *Lilium Martagon*, *Linum montanum* Schl. (*narbonense* Sut.), *Lonicera alpigena*, *Lotus siliquosus* (ad montis radices), *Lunaria rediviva*, *Luzula spadicea* DC. (*Juncus* All.), *Margarita Bellidiastrum* N. (*Doronicum* L.), *Moehringia muscosa*, *Narcissus poëticus*, *Nardus stricta*, *Neottia cordata* Rich. (*Ophrys* L.), *Onobrychis vulgaris α montana* N. (*Hedysarum Onobrychis* L.), *Ophrys alpina*, *Ophr. apifera* Huds. (ad montis radices prope Alpnach), *Ophr. Monorchis*, *Orchis albida* Sw. (*Satyrium* L.), *Orch. globosa*, *Orch. mascula* fl. albo, *Orch. nigra* Sw. (*Satyrium* L.), *Orch. odoratissima*, *Orch. ustulata*, *Orch. viridis* Sw. (*Satyrium* L.), *Orobus vernus*, *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* DC., *Ox. montana* DC., *Papaver alpinum*, *Pedicularis adscendens* Schl.? (*comosa* Krauer), *P. foliosa*, *P. sylvatica*, *P. versicolor* Wbg. (*flammea* Sut.), *P. verticillata*, *Petrocallis pyrenaica* R. Br. (*Draba* L.), *Phaca astragalina* DC. (*Astragalus alpinus* L.), *Ph. frigida* Jacq., *Phleum alpinum*, *Pinguicula alpina*, *Pinus sylvestris β montana* Wbg. (*P. Mughus* Heg.), *Plantago alpina*, *Poa alpina α* et *β vivipara*, *P. distichophyllla* N. (prope stabulum die Staffel), *Polygonum viviparum*, *Potentilla aurea* (*P. Halleri* Ser.), *P. caulescens*, *Primula Auricula*, *Pr. farinosa*, *Pr. integrifolia*, *Pr. viscosa* Vill. (*villosa* Sut.), *Pyrola minor* (supra stabulum die Staffel), *P. uniflora* (perinde), *Ranunculus aconitifolius* (utraque forma), *R. alpestris*, *R. montanus* Willd. (*nivalis* Sut.), *Rhamnus pumilus*, *Rheum digynum* Wbg. (*Rumex* L.), *Rhodiola rosea*, *Rhododendrum ferrugineum*, *Rh. hirsutum*, *Ribes alpinum*, *Rosa alpina*, *R. rubrifolia* Vill., *Rubus saxatilis*, *Rumex scutatus*, *Ruta montana* Willd. (??), *Salix hastata*, *S. myrsinites ξ leiocarpa* (*S. dubia* Sut.), *S. myrtilloides* Krauer (an Sut.? an *S. retusa* b *myrtilloides* Mur.? plantam omnino ignoro), *S. reticulata*, *S. retusa*, *Sanguisorba officinalis*, *Saxifraga ai-*

zoides, *S. aspera* DC. I *elongata* et II (*S. bryoides* L.), *S. caesia*, *S. cuneifolia*, *S. exarata* Vill. (*hypnoides* All. Sut.), *S. muscoides* Jacq., *S. oppositifolia*, *S. stellaris*, *Scheuchzeria palustris* (ad Pilati lacunam), *Scirpus caespitosus*, *Sedum annuum* L. ?? (species dubia *); a Cappellero neque ab aliis visa), *S. atratum*, *S. villosum*, *Sempervivum globiferum*, *S. tectorum*, *Senecio alpestris* N. (*saracenicus* Sut.), *S. Doronicum*, *S. Scheuchzeri* N. (*gallicus* Sut.; planta nuperis incognita), *Sesleria caerulea* Ard. (*Cynosurus* L.), *Silene acaulis*, *S. rupestris*, *Soldanella alpina*, *Solidago Virgaurea γ pumila* N. (*S. minuta* Sut.), *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *Spergula saginoides*, *Stachys recta*, *Stellaria nemorum*, *Swertia perennis*, *Taxus baccata*, *Teucrium Chamaedrys*, *T. montanum*, *Thalictrum minus*, *Thesium alpinum*, *Thlaspi montanum*, *Thl. rotundifolium* N. (*Iberis* L.; nonnisi ad Etzelfluhe), *Tofieldia calyculata* Wbg. *Anthericum* L.), *Tozzia alpina*, *Trifolium alpinum* (?), *Tr. spadiceum* (?? annon potius *Tr. badium* Schreb.?), *Tussilago alba* (in montis adscensu), *T. nivea* Vill., *Ulmus campestris* (?), *Vaccinium Oxycoccos*, *V. uliginosum*, *Valeriana montana*, *V. tripteris*, *Veratrum album*, *Veronica alpina*, *V. aphylla*, *V. fruticulosa*, *V. saxatilis* L. fil., *V. Teucrium*, *V. urticaefolia* Jacq., *Viola biflora*, *V. calcarata*, *V. grandiflora* Vill. I *lutea*, *V. palustris*.

Pissevache. V. Octodurum.

Planards (Les), pagulus vallis Ormonds-dessus infra les Plans situs. Ibi: *Digitalis grandiflora* Lam. (*ambigua* Sut.), *Doronicum Pardalianches*, *Poa aspera* N., *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.).

Planchettes (Les), vicus Neocomensis, septentrionem versus, ultra le Locle et la Chaux-de-Fonds, colli supra Dubis ripam dextram eminenti insidens.

---

*) Eam ad *S. saxatile* All. refert summus Candollius. Excludit autem *characterem* et *synonyma*; sed quid tunc restat? Cl. Wahlenbergio *S. saxatile* All., *S. annuum β* audit.

Ibi reperiuntur: *Arabis arenosa* Scop. (*Sisymbrium* L.; ad Dubim), *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* auct.; forma maior ad imum clivum infra les Brenets), *Dianthus caesius* Sm. I *adscendens*, *Senecio tenuifolius* Jacq.

Plan-Contey, collis inter Sedunum et St.-Pierre clivo leni supra Rhodani ripam dexteram sese extollens. Ei pagulus Aven insidet atque ad eius pedem situs est vicus Vétroz. In paludibus vicinis occurrit *Scirpus acicularis*

Plans (Les), pagulus alpestris vallis Ormonds-dessus in pago Vaudensi situs. Prope istum locum occurrunt: *Anemone baldensis*, *Arbutus alpina*, *Campanula latifolia* (rarissima), *Carex dioica*, *Centaurea phrygia*, *Cineraria cordifolia* Gouan, *Corallorrhiza Halleri* Rich. (*Ophrys Coraliorrhiza* L.), *Corydalis solida* N. (*Fumaria* Hoffm.), *Gentiana ciliata*, *G. utriculosa*, *Heracleum Sphondylium* II *stenophyllum*, *Hieracium amplexicaule*, *H. blattarioides*, *H. prenanthoides* Vill. III *cydoniaefolium*, *Iuncus filiformis*, *Iuniperus Sabina* (supra vicum), *Lunaria rediviva*, *Neottia cordata* Rich. (*Ophrys* L.), *Ophrys myodes* Jacq., *Orchis pyramidalis*, *Orch. sambucina* α flor. luteis, *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Sm. Ser.), *Rhamnus alpinus*, *Rubus hybridus* Vill. (*glandulosus* Bell.), *R. saxatilis*, *Tozzia alpina*.

Plâtrières (Les), collis gypsaceus magnam partem omnino incultus, et stirpibus pulchris rarisque abundans, inter Sideram et Sedunum Rhodani ripae dextrae imminet. Extremitatem eius orientalem vineae bonum vinum proferentes obtinent. In eo colle inter schistas micaceas et argillosas, rupes gypsaceae eminent: istius pulchri gypsi candorem aliquot venae rubellae traiiciunt ac docente Cl. Meisnero antiquissimam eius fossilis formationem indigitant. — Plantae insigniores: *Artemisia vallesiaca* All., *Asparagus officinalis*, *Buffonia tenuifolia*, *Colutea arborescens*, *Echinops sphaerocephalus*, *Erythraea pulchella* Fries γ *palustris*, *Euphrasia lutea*, *Medicago falcata*, *Molinia serotina* M. et K. (*Agrostis* L.), *Ononis Columnae* All. (*minutissima*

Sut.), *Onosma montanum* Sm., *Orobanche caerulea* Vill. (*laevis* Sut.), *Poa Eragrostis*, *Prenanthes ramosissima* All. (*viminea* Sut.), *Ranunculus gramineus* (nonnisi supra hunc collem et circa St. Leonhard intra patrios fines occurrit, *Stipa capillata*, *St. pennata*, *Telephium Imperati*, *Typha minima* Hoppe, *Xeranthemum inapertum* Willd. (*annuum* Sut.).

Plauen vel Blauen, mons magni ducatus Badensis rupe granitica gnesioque constans, 3579 p. s. m. elevatus est; boream versus 5 leucis Basilea distat atque ut vicinus Belchen ad Sylvam Nigram pertinet. In eo monte occurrit *Rumex arifolius* All.

Pocco-d'Adda, locus imae vallis Tellinae paulo supra fluvii ostium situs. Ibi Morbenium versus nasci dicitur rarissima *Archangelica officinalis* Hoffm. (*Angelica Archangelica* L.).

Poleggio, vicus vallis imae Lepontiae, in pago Ticinensi, infra Giornico, supra Osogna, inter amnes Ticinum atque Blegno et prope eorum iunctionem situs. Ibi aliquot iuvenes in seminario ad sacerdotium erudiuntur. Hic locus in nonnullis mappis geographicis, et vulgo, Riviera nominatur. — Plantae rariores: *Aira caryophyllea* (in glareis), *Antirrhinum maius*, *Galium rubrum β parviflorum* (Giornico versus), *Festuca Myurus*, *Leersia oryzoides* Willd. (*Phalaris* L.), *Mentha Pulegium*.

Pommat. V. Formazza.

Pompaples. V. Urba.

Pont (Le), vicus Vaudensis in valle Iugensi fere inter maiorem lacum et minorem, quem nuncupant lac Brenet, situs; a ponte canali, quocum uterque lacus communicat, imposito pictorioque adspectu insigni nomen traxisse videtur. Ibi in Helvetia primum observatum est *Sisymbrium supinum*, in *Iunci ustulati* Hoppe consortio ad littora frequens.

Pont de Martel. V. Martel.

Ponte, vicus Rhaeticus, in valle Oeni superiore, ad pedem australem M. Albulae, in amnis ripa sinistra inter Bevers et Zutz situs. Ibi via alpestris, quae per

Albulam in iurisdictiones Bellfort et Davos ducit, cum via regia totam vallem percurrente coniungitur. In Oeni ripa opposita et ad pedem M. Casannae supra pagulum Camogasca s. Campogask, integra reperitur sylva, *Pino Cembra* constans. Ni fallor prope ipsum pagum Ponte nascitur *Viola grandiflora* III *ramosa*, quam nonnulli botanici eandem ac *V. rothomagensem* esse putaverunt. Supra pagum sub *Laricis* tegmine laete serpit vigetque pulchra *Linnaea borealis*. Ad rupes secus vias: *Sempervivum montanum*.

Ponte di Tresa, Ponte-Tresa, vicus pagi Ticinensis, ad fluvium Tresam, prope locum ubi lacum Luganensem relinquit, et ad ditionis Mediolanensis limites situs. Ibi mulieres pro modico pretio viatorum e naviculis descendentium atque oppidum Luino petentium sarcinas baiulandas suscipiunt. — Secus viam, quae ad lacum Verbanum ducit, inter la Madonna del Piano et Luinum inveniuntur: *Schoenus albus*, *Sch. fuscus*, etc. V. Luino.

Pontfarbé, nomen praedii inter Bénex et Gland siti. V. Clarens.

Pontins (Les). V. Martel.

Ponts (Les), vicus pagi Neocomensis, ad montis la Tourne pedem borealem situs, atque ad vallem la Sagne, ab euro occasum versus porrectam, cuius aquae per rupium subterranearum rimas dilabuntur, pertinens. In regione vicina multa petrefacta et paludes torfaceae pulchras gignentes plantas reperiuntur. Plantae: *Betula nana* (aux ponts de Martel et de Varode), *Carex chordorrhiza* L. fil., *Pinus sylvestris* γ *Pumilio*, *Potamogeton natans* Koch et Ziz II *ellipticus*.

Porte-du-Sex. V. Sex.

Port-Valais, pagus Valesiae inferioris, paulo supra Rhodani ostia, in amnis ripa sinistra et ad pulchram Sempronii viam, qua Genevam itur, situs. Stirpes insigniores in Alpibus vicinis occurentes: *Androsace helvetica* N. (*Aretia* L.), *Centaurea phrygia* (in adscensu ad Catogne), *Hieracium blattarioides*, *H.*

montanum Jacq. (*Hypochoeris pontana* L.), *Papaver alpinum* (in M. Pierre-plate et Chaumeni), *Phaca alpina* Jacq., *Ph. australis*, *Ph. frigida* Jacq. *Salix hastata* (*S. Arbuscula* Sut.). — Tum circa et supra vicum: *Scabiosa sylvatica β longifolia*, *Thesium alpinum*, *Trochiscanthes nodiflorus* Koch. (*Smyrnium* All.; stirps praerara).

Poschiavo. V. Bernina.

Posses (Les). V. Gryon.

Pouilleret, mons, ut putamus, Neocomensium, ubi a Cl. GAGNEBIN observatae fuerunt: *Eriophorum alpinum*, *Orchis globosa*, *Uvularia amplexifolia.*

Praegalliensis vallis. V. Bregaglia.

Praetoria (gall. le Val d'Aoste) vallis Pedemontana, ab Alpibus Penninis boream versus terminata, euro-austrum petit, Eporediae aperitur ac sese cum magna Italiae superioris planitie coniungit. Prope Augustam bifariam dividitur: ramus orientalis 3-4 leucas longus usque ad M. Pennini pedem tendit; occidentalis usque ad Courmayeur longitudine 4-5 l. metitur, et paulo supra hunc locum iterum 2 valles alpinas, Albo Monti eiusque iugo subiectas efficit: alteram orientalem, val Ferret dictam, collum eiusdem nominis a Valesia dissepit; altera ipsi altissimo Mont-Blanc propior fereque tota molibus glacialibus rigens, ad occasum porrecta, prope lacum Combal a monte Col de la Seigne clauditur. Torrentes ex istis vallibus descendentes supra Courmayeur et Augustae confluunt, ac simul iuncti, amnem Doriam (la Doire, Doria) efficiunt.

Praeter illas superiores valleculas alpestres, aliquot adhuc magni laterales rami in vallem Praetoriam utrinque descendunt, quorum praecipui sunt: 1) vallis Pellina, quam boream versus altissimi montes Velan, Combin eorumque longa iuga a vallibus Valesiacis Entremont, Bagnes, Orsière et Hérens suis glacialibus muris dissociant; istius regionis torrens infra Augustam cum Doria commiscetur; 2—3) valles Tornanche et Challant, ad septentrionem a montis Sylvii altissimo

dorso clausae vallique D. Nicolai conterminae; prope Châtillon, et supra arcem Bard aperiuntur; 4) denique vallis Gressoney; prioribus contigua parallelaque, usque ad M. Rosae iuga occidentalia, D. Nicolai vallis limitibus contermina adsurgitur, et prope St. Martin cum valle principe confluit.

Praetoria provincia stirpium rararum pulchrarumque feracissima est; eius fundum atque imae partes vegetabilia Europae regionibus australioribus propria gignunt; loca autem superiora meridionali iugo proxima, ut et Alpium lateralia dorsa eam vallesque secundi ordinis, quae huc pertinent, distinguentia, herbis, quas montes editissimi proferunt, rarissimis abundant, ut singulis fere annis istae felices terrae botanicis aliquid novi afferant. — Plantae citatae: *Achillea nobilis*, *Ach. tomentosa*, *Aegilops cylindrica* Host (in vineis prope Augustam), *Aira praecox*, *Anchusa angustifolia* (ad vias frequens), *Aristolochia lutea* Desf. (circa Eporediam), *Artemisia Absinthium*, *Asphodelus albus* Willd. (*ramosus* β L.; prope arcem Bard), *Astragalus Cicer*, *Astr. monspessulanus*, *Astr. Onobrychis*, *Avena loeflingiana* (circa Villefranche ad muros sepesque; gramen rarissimum), *Centaurea amara* γ foliis omnibus linearibus, *Cervaria alsatica* N. (*Peucedanum* L.) β *albiflora* (*Selinum venetum* Spreng.), *Cheilanthes odora* Sw. (*Adiantum fragrans* DC.), *Chenopodium Botrys* (ubique), *Colutea arborescens*, *Cytisus nigricans*, *Euphrasia Odontites* β *verna*, *Fumaria parviflora* Lam., *Galium pedemontanum* All. (*Valantia* Bell.), *Geranium ciconium*, *Hieracium florentinum* All. II (*H. piloselloides* Vill.), *Hyssopus officinalis*, *Isatis tinctoria*, *Is. Villarsii* N. (*alpina* Vill.), *Lactuca augustana* All., *L. Scariola* (inter Courmayeur et Augustam frequentissima), *Ononis Columnae* All. (*minutissima* Sut.), *On. minutissima*, *On. Natrix*, *Panicum undulatifolium* Ard. (*hirtellum* Sut.), *Plantago arenaria* W. et K. (*Pl. Psyllium* Sut.; locis arenosis frequens), *Podospermum calcitrapifolium* DC. (*Scorzonera resedifolia* Sut.; prope Cham-

bave; rarissimum), *Polycnemum arvense*, *Salsola prostrata* (ubique; in Helvetia ipsa nusquam occurrit), *Sclerophyllum pulchrum* N. (*Crepis* L.; praesertim infra Augustam frequens; ceterum etiam in Helvetia desideratur), *Scolochloa Donax* N. (*Arundo* L.), *Scorzonera hispanica* (*glastifolia* Willd.; ad arcem Bard; huic stationi propria), *Sisymbrium acutangulum* DC. II (*S. Tillieri* Schl.) *β augustanum* (Augustae atque inter Châtillon st St.-Martin, ad muros), *Thymus vulgaris* (infra Augustam), *Tribulus terrestris* (vulgo), *Trifolium chrysanthum* N. — Ad M. Pennini pedem australem leguntur: *Antirrhinum Bauhini* N. (*flexuosum* Sut.), *Celtis australis* (prope Bibian; ea arbore caret Helvetia), *Centaurea phrygia α elatior*, ramosa (rarissima), *Cynosurus echinatus*, *Dondia Epipactis* Spreng. (?? *Astrantia* Scop.; in eo tractu, testante Hallero, lecta est, sed post eum neque alibi, neque in Helvetia cuiquam occurrit), *Nepeta lanceolata* Lam. (*N. Nepetella* Sut.; rarissima), *Sisymbrium strictissimum*, *S. tanacetifolium* (utrumque perrarum). — In Alpibus de St.-Marcel: *Erysimum pumilum* N. (*Cheiranthus* Mur.), *Pedicularis cenisia* N. (in Helvetia desideratur), *Saxifraga retusa* Gouan (perinde). — In Alpibus passim: *Astragalus alopecuroides* (in vallecula laterali Cognes; rarissimus), *Crocus sativus* (?? duntaxat a Lobelio citatus), *Inula montana*, *Mandragora officinalis* Mill. (*Atropa Mandragora* L.), *Ornithogalum fistulosum* Ram., *Pedicularis rosea* Jacq. (*hirsuta* All.; in istis Alpibus frequens, intra nostros limites nusquam occurrit), *Potamogeton obtusus* Ducros (*rufescens* Schrad.) *β* (*P. alpinum* Bell.; in lacubus montanis Chamolet et Biona), *Thalictrum elatum β* DC., *Valeriana celtica*, *V. Saliunca* All. — V. Augusta praetoria, Chambave, Courmayeur, Oyen (St.-), Remi (St.-), Tornanche (Val-).

Praettigovia, Prättigau, Brättigau. V. Rhaetigovia.

Prangins, pulcher vicus Vaudensis, olim baro-

natus eiusdem nominit sedes. Inter lucos et hortos extollitur splendida villa, viae regiae qua Neviduno Rotulum itur, imminens, unde lacus Lemanus, paulo ultra Promenthoud subito latescens, Alpium iuga, Sabaudiae urbes ac vici, denique praedia colli, cui villa insidet, subiecta et oppidum Nevidunum, vix quarta leucae parte distans, luculentissimo sunt spectaculo. Templum haud inelegans istum quoque locum exornat. Pulchra sylva ad villae possessiones pertinens, ultra Promenthusam sita, ex maxima parte inter viam regiam et lacum extenditur. Ad angulum austro-occidentalem sylvae, prope amnem, nuper concinna aedificata est domus venatoria cum magnis hortis stabulisque. Partes sylvae lacui proximae amoenissimae sunt. Ibi in tranquilla solitudine naturae amici prospectu gratissimo scenisque valde pictoriis gaudent. Botanices cultores etiam in eo nemore haud spernendam plantarum messem colligere possunt. Stirpes prope Prangins observatae: *Adoxa Moschatellina*, *Asperula arvensis*, *Astrantia maior* (in pratis), *Chenopodium polyspermum* II *acutifolium* (in agris prope la Redoute), *Ch. urbicum* fl. helv. (*intermedium* M. et K.; infra villam ad viam regiam), *Chondrilla iuncea*, *Euphorbia falcata* (in agris), *Galium parisiense* II *anglicum* (in agris prope la Redoute), *Lathyrus Aphaca*, *Ornithogalum arvense* Pers. (*minimum* auctor.; circa la Redoute), *Papaver Argemone* (ibidem), *Poa airoides* Koel. (*Aira aquatica* L.), *P. megastachys* N. (*Briza Eragrostis* L.; prope templum et alibi in ipso vico), *Teucrium Scordium* (iuxta viam regiam inter praedium la Redoute et pagulum Bénex). — Ad littora infra vicum: *Aira caespitosa β littoralis* N., *Galium verum β* fl. ochroleucis (ad muros prope villam Sadex), *Triticum intermedium* Host *γ* (*Tr. pungens* Hag.). — In sylva locisque ei vicinis: *Anemone Hepatica* (parcissime), *An. pulsatilla* I *praecox* (ad lacum), *Anthericum Liliago*, *Anth. ramosum*, *Avena pratensis*, *Buxus sempervirens α arborescens*, *Campanula persicifolia*, *Carex humilis* Leyss. (*clandestina* Good.; ad clivos prope

lacum), *Cervaria (Athamanta* L.) *glauca* N., *C. Oreoselinum* N., *Convallaria maialis*, *Crataegus torminalis*, *Cynanchum Vincetoxicum* Pers. *(Asclepias* L.), *Epilopium Dodonaei* Vill. *α (rosmarinifolium* Haenke; ad lacum), *Equisetum hyemale* (au Marais cum sequente), *Equ. limosum*, *Euphorbia sylvatica β minor*, *Genista scoparia* Lam. (*Spartium* L.; parce), *Hieracium murorum γ pictum*, et *murorum* II *sylvaticum*, *H. sabaudum γ latifolium* et *δ lanceolatum*, *H. umbellatum α*, et *β latifolium*, *Holcus mollis*, *Laserpitium prutenicum* (locis paludosis ad lacum), *Luzula nivea* DC. *(Iuncus* L.), *Melica uniflora* Retz, *Micropus erectus* (in arvis inter sylvam et praedium le Marais), *Ophrys apifera* Huds., *Ophr. arachnites* Hoffm., *Orchis pyramidalis*, *Potamogeton pusillus α*, et *β capillaris* (in sylvae canali prope la Bergerie), *Potentilla alba* (ad sylvae oram prope canalem et supra locum, ubi crescit *Pulsatilla;* hanc speciem alibi intra nostros fines provenire mihi neutiquam compertum est), *P. Fragaria* Poir. *(Fragaria sterilis* L.; ad sylvae oram occidentalem infra viam regiam), *P. micrantha* Ram. (perinde), *P. rupestris* (in *P. albae* consortio), *P. verna* II *aestiva* (ibidem, *Rubus tomentosus* Willd. (ibidem), *Schoenus ferrugineus* locis palustribus inter sylvam et lacum), *Serratula tinctoria*, *Seseli bienne* Crantz *(annuum* L.), *Teucrium Scorodonia*, *Tofieldia calyculata* Wbg. *(Anthericum* L.; in clivis paludosis prope lacum), *Trifolium rubens* (prope canalem). — V. Promenthoud, Promenthusa.

Prapioz, mons alpinus Vaudensis e regione M. Lioson situs, hinc ad boream valli Ormondianae superiori, inde ad occidentem inferiori imminens, parvas glaciales moles sustentat multasque gignit stirpes alpinas. Ibi enim observatae fuerunt: *Agrostis rupestris* Willd. *(alpina* Sut.), *Allium Schoenoprasum β alpinum*, *Androsace alpina* N. *(Aretia* L.), *Anemone alpina β sulphurea*, *An. baldensis*, *Anthericum Liliago*, *Arabis bellidifolia* Jacq., *Ar. pumila* Wulff., *Arbutus alpina*,

Arb. Uva-ursi, *Arnica scorpioides*, *Artemisia Mutellina* Vill., *Art. spicata* Jacq., *Aster alpinus*, *Astragalus aristatus* L'Her. (*Astr. Tragacantha* Sut.), *Bupleurum ranunculoides*, *Calamintha Acinos* Clairv. (*Thymus* L.), *Campanula Allionii* Vill., *Cardamine bellidifolia*, *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Delphinium intermedium* Ait. (*elatum* Sut.), *Draba frigida* Saut. (*dubia* Sut.), *Dracocephalum Ruyschiana*, *Geum reptans*, *Gnaphalium alpinum*, *Gn. Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Lepidium latifolium*, *Luzula spadicea* DC. (*Iuncus* All.), *Onobrychis vulgaris* N. (*Hedysarum Onobrychis* L.), *Ophrys alpina*, *Orchis globosa*, *Orch. viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Oxytropis montana* DC. (*Astragalus* L.), *Phaca alpina* Jacq., *Ph. australis*, *Ph. frigida* Jacq., *Phyteuma hemisphaericum*, *Ranunculus glacialis*, *R. parnassifolius*, *R. pyrenaeus*, *Rumex scutatus*, *Salix hastata* (*S. Arbuscula* Sut.), *S. herbacea*, *Silene acaulis* floribus albis, *Thesium alpinum* β, *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.), *Viola cenisia*.

Prattelen. V. Muttenz.

Prazfalcon, locus Valesiae mediae inter collem gypsaceum des Plâtrières dictum et Sideram situs. Ibi occurrunt: *Chlora perfoliata*, *Epilobium hirsutum* (*grandiflorum* All.), *Epipactis palustris* Crantz (*Serapias* Scop.), *Euphorbia falcata* (secus viam Sideram versus), *Typha angustifolia*, *T. minima* Hoppe.

Prettaie, v. potius Brettaie, mons alpestris, 3 l. supra Bex ac prope vallem Ormonds situs. Hunc montem aliquot parvi lacus exornant. V. Chamosaire.

Prévon-d'Avaux, vallecula amoenissima inter agrum vici Longirod et colles regioni vitiferae la Côte imminentes sita, ab occidente eurum petens, 1 ½ l. longa est, et prope Gimel aperitur. Constat pratis, pascuis et sylvis potissimum abiegnis fagineisque, nec nisi paucissimas sed perpulchras quercus alit. Aliquot praedia solitaria et casae pastoriae in ea valle exstant, sed fere ubique deserta naturaeque soli relicta videtur. Plantae rariores: *Agaricus muscarius* et multi alii

Fungi, *Chrysosplenium alternifolium*, *Galium rotundifolium*, *Milium confertum*, *Orchis odoratissima* (in pratis ad vallis ingressum prope Burtigny), *Rosa tomentosa* Sm., *R. villosa*, *Scabiosa sylvatica*, *Senecio alpestris* N. fol. superioribus sessilibus, *Stellaria graminea* petalis calyce duplo maioribus, *Tussilago alba*, *Vicia Cracca* II *Gerardi β multiflora*, *V. dumetorum*.

Promenthoud (promontorium), vicus parvus sed amoenissimus, ad Lemanum infra Prangins situs et dimidia leuca eurum versus Neviduno distans. Ibi lacus longum angustumque promontorium efficit et inde ad orientem subito insigniter dilatatus maximam fere suam latitudinem consequitur. In ea regione etiam prope littora profundissimus est. Sabaudiae ripae, montes eius Voirons et Salaeva, ac praecipue colles, cui arx Nevidunensis, ipsum oppidum et villa Prangins insident, iucundissimum prospectum efficiunt. Denique nonnulla elegantia praedia et pulchrae domus rusticae scenam totam exornant. Prope Promenthusae ostium paludes cum lacu confluentes plantas rariores gignunt, et sylva vicina Florae amicos ad gratissimam fructuosissimamque ambulationem invitat. — Stirpes prope vicum observatae: *Allium Schoenoprasum α lacustre* (au Signal, copiose), *Alopecurus fulvus* Sm. (*geniculatus* agr. helv.), *Brassica Erucastrum β ochroleuca*, *Cardamine amara*, *Carex nitida* Host (ad lacus littora trans promontorium), *C. Oederi* Ehrh., *C. stricta β minor* laete virens, *C. teretiuscula* Good. (Sadex versus), *Centaurea solstitialis*, *Cerastium vulgatum γ inundatum*, *Ceratophyllum demersum*, *Crassula rubens*, *Euphorbia Lathyris* (exstirpata), *Festuca rubra* VI *trichophylla*, *Lemna gibba*, *L. polyrrhiza*, *L. trisulca*, *Lepidium petraeum*, *Melilotus vulgaris* Willd. *α* (*M. leucantha* DC.), *Myosotis caespitosa* Schulz, et *β grandiflora*, *Myriophyllum verticillatum γ limosum*, *Naias minor* All. (*Fluvialis* Pers., *Caulinia fragilis* Willd.; parcissime), *Nasturtium palustre* DC. (*Sisymbrium* Poll. Sut.), *Orchis coriophora*, *Orch. militaris β Simia*, *Physalis*

Alkekengi, *Poa bulbosa*, *Polygonum amphibium*, *Potamogeton lucens*, *P. obtusus* Ducr. (*rufescens* Schrad., parcissime), *P. pectinatus*, *P. perfoliatus* β *Loeselii*, *P. pusillus* α, *Ptychotis heterophylla* Koch (*Seseli saxifragum* L.; parce; rarissima stirps, agro Nevidunensi propria), *Ranunculus repens* γ *erectus*, *R. sceleratus*, *Rosa rubiginosa*, *Salix triandra*, *Scirpus palustris* β *minor*, *Sc. uniglumis* Link β *arenarius*, *Scrofularia canina*, *Sium angustifolium*, *Tamarix germanica*, *Thrincia taraxacoides* N. (*Hyoseris* Vill.) β *glabriuscula*, *Trifolium filiforme* Schreb., *Tr. fragiferum*, *Tr. procumbens* II *Schreberi* β *intermedium*, *Tr. scabrum*, *Utricularia vulgaris*, *Verbascum crassifolium* DC. (*montanum* Schrad.), *V. pulverulentum* Vill., *Veronica spicata* II *hybrida*, *Viola hirta* β *apetala*, *Xeranthemum annuum* (ex hortis elapsum). — Prope Sadex inter Promenthoud et Nevidunum ad lacus ripam: *Apium graveolens*, *Galium verum* β *ochroleucum*, *Iuncus acutiflorus* Ehrh. γ *tenuifolius*, *Parietaria erecta* M. et K. (*officinalis* auctor.). V. Prangins.

Promenthusa, rivus pagi Vaudensis, in monte Iura ex diversis fontibus supra Givrins, Genollier, Begnins et Burtigny ortus, agri Nevidunensis (district de Nyon) magnam partem irrigat, et pone vicum Promenthoud, prope sylvam Prangins in Lemanum exoneratur. Ad eius littora nonnullae stirpes insigniores proveniunt, v. gr.: *Anemone ranunculoides*, *Carex maxima* Scop. (infra praedium Pontfarbé, atque inter viam regiam et lacum), *Carum Carvi* (in pratis sylvae Prangins vicinis), *Chaerophyllum hirsutum* (infra Genollier usque ad praedium Pontfarbé), *Festuca arundinacea* Schreb. (supra ostium e regione sylvae Prangins), *Gladiolus communis* fl. helv. (ad ostium prope le Signal), *Limodorum abortivum* Sw. (*Orchis* L.; supra ostium), *Salix incana* Hoffm. (*viminalis* Sut.), *S. phylicifolia*, *S. triandra*, *Scabiosa sylvatica* (supra ostium e regione sylvae).

Prosa. V. Gotthardus.

Pully, vicus Vaudensis pagi, ½ fere leuca ad eurum Lausanna distans, et supra rapidum clivum, qua ex urbe ad lacum descenditur, inter vineas et pomaria fertilia situs. Prope hunc locum, Vidy versus, reperitur *Solanum Dulcamara γ pubescens*. Praeterea citantur: *Ceterach officinarum* Willd. (*Asplenium Ceterach* L.), *Chenopodium foetidum* Lam.

R.

Räfel, mons alpinus graniticus, ad nivium limitem, supra Zermatten, in summa D. Nicolai valle, et in altissimi Sylvii vicinia situs. Eo per pascua casasque pastorias Augstkommen pervenitur. In isto tractu plantae rarissimae occurrunt, v. gr.: *Achillea moschata* Jacq., *Alchemilla fissa* Schumm., *Alch. vulgaris γ hirsuta*, *Androsace (Aretia* L.) *helvetica* N., *Andr. pennina* N., *Anthericum serotinum*, *Antirrhinum alpinum*, *Apargia alpina* Host, *Arabis bellidifolia* Jacq., *Ar. coerulea* Wulff., *Aretia Vitaliana* N. (*Primula* L.), *Arnica scorpioides* var. subacaulis, *Azalea procumbens*, *Botrychium Lunaria* Sw. (*Osmunda* L.), *Bupleurum ranunculoides β alpinum*, var. pygmaea, *Cardamine resedifolia*, *Carex caespitosa β alpina*, *C. ericetorum* Poll. (*ciliata* Willd., *globularis* Sut.), *C. foetida* All., *C. hispidula* N. (*fimbriata* Schk.; species perrara), *C. iuncifolia* All., *C. rupestris* All. (*petraea* Whg.; rarissima), *Cerastium pedunculatum* N., *Cherleria sedoides*, *Chrysanthemum alpinum*, *Draba aizoides*, et eius var. β *minor* Dec., *Dr. fladnizensis β minor* (*Dr. helvetica* Schl.), *Festuca varia* Haenke *α legitima* (in Helvetia rarius occurrens), *F. violacea* N., *Herniaria alpina* Vill., *Iuncus filiformis*, *Kobresia scirpina* Willd. (*Carex Bellardi* All.), *Luzula* (*Iuncus* All.) *lutea* Dec., *L. spadicea* Dec., *L. spicata* Dec. (*Iuncus* L.), *Lychnis alpina*, *Lycopodium Selago*, *Myosotis alpestris* Schmidt, *Oxytropis cyanea* Bieb., *Ox. lapponica* N. (*Phaca* Whg.), *Phaca astragalina* Dec. (*Astragalus alpinus* L.), *Ph. australis*, *Phyteuma hemisphaericum*,

Ph. humile Schl. (perrarum), *Ph. pauciflorum (globulariaefolium* Sternb. et Hoppe), *Polygala amara β alpina* var. nana, *Potentilla aurea (Halleri* Ser.), *P. frigida* Vill. *(norvegica* Sut.), *Ranunculus glacialis, R. pyrenaeus, R. rutaefolius* (rarissimus), *Rheum digynum* Wbg. *(Rumex* L.), *Salix serpyllifolia* Scop., *Saussurea alpina* Dec. *(Serratula* L.), *Saxifraga oppositifolia, S. petraea* Vahl, *S. Seguieri* Spreng. *(sedoides* Wbg.), *S. stellaris, Senecio uniflorus* All. (perrarus), *Sibbaldia procumbens, Stellaria cerastoides (Cerastium trigynum* Vill.), *Thlaspi montanum* (citante Cl. GAY), *Thl. rotundifolium* N. *(Iberis* L.) *β corymbosum, Thl. sylvium* N. *(alpestre* Sut.), *Veronica saxatilis* L. fil.

Ragatz, vicus magnus pagi Sangallensis in Sarunetorum (Sargans) agro ad Rhaetiae limites situs, et 2-3 l. a thermis Fabariis distans. Prope vicum impetuosus torrens, quem vulgo Taminam nominant, ex angustissimis horrendisque faucibus erumpit, et inde mox in Rhenum exoneratur. Via mercatoria, quae a lacu Ripario in Rhaetiam atque in Italiam ducit, istius loci incolis quaestus occasionem suppeditat. — Plantae insigniores: *Buphthalmum salicifolium, Calamintha Nepeta* Clairv. *(Melissa* L.; rara), *Gentiana Pneumonanthe, Potentilla caulescens.* — V. Fabariae thermae, Sargans, Marschlins.

Ramaclée (La), nomen torrentis vallis Castrodunensis, in Oberlandia Vaudensi. Ad eius umbrosas ripas in ipsa vallis planitie proveniunt *Circaea alpina* rarumque *Epipogium Gmelini* Rich. *(Satyrium Epipogium* L.).

Ramstein, arx montana iugi Iurani, in pago Basileensi et ad ditionis Solodurensis limites sita. In eius vicinia, teste Cl. HAGENBACH, occurrunt: *Arundo halleriana* N., *Campanula pusilla* Haenke, *Convallaria verticillata, Gentiana acaulis, G. campestris, G. lutea, G. verna, Globularia cordifolia, Nardus stricta, Pyrola minor, Ribes alpinum, Saponaria ocymoides, Tofieldia calyculata* Wbg. *(Anthericum* Sut.).

Randa, vicus Valesiacus vallis D. Nicolai, inter St.-Niklaus et Tesch, ad M. Weissborn pedem situs. Ex eo monte, qui sese ad 9000 p. altitudinem supra vallem extollit, anno 1819 per mensem Septembrem, molium glacialium, quas gerit, pars ingens in locum huic vico proximum corruit, prataque vicina vastis ruinis implevit. Et quamvis ista congeries ipsum pagum nequaquam contigerit, ab eo casu aëris commotio tam violenta excitata est, ut tres domus omnino eversae, ceterae omnes plus minus graviter labefactae, larices aliquot radicitus evulsae quin etiam lapides molarii sursum versus in montium clivos impulsi fuerint. Verum in tanta strage nonnisi duo homines vitam amiserunt. — Infra Randa occurrunt: *Androsace septentrionalis β (Andr. brevifolia* Vill.; in agris vico vicinis), *Astragalus leontinus* Jacq. (rarissimus), *Astr. monspessulanus*, *Chenopodium rubrum* (ipsa stirps, quam descripsimus, genuina, in Helvetia rarissime occurrens), *Crepis tectorum δ integrifolia* (tum species, tum varietas perinde rarissima), *Geranium divaricatum* Ehrh. (rarum), *Nasturtium pyrenaicum* R. Br. *(Sisymbrium* L.), *Oxytropis (Astragalus* L.) *campestris* Dec., *Ox. pilosa* Dec., *Trifolium saxatile* All. (huic tractui proprium).

Randen (Der), mons parum elatus, licet totius pagi Scaphusiani altissimus, per eius partem septentrionalem usque in regiones Germanicas conterminas extenditur. Propter, quae continet, petrefacta, celebritate quadam olim gaudebat. Nonnullas etiam stirpes rariores alit; in eius nempe tractu lectae fuerunt: *Anemone Pulsatilla*, *Cypripedium Calceolus*, *Dictamnus albus* (agro Scaphusiano Valesiaeque proprius), *Galega officinalis* (in M. Randenburgensi; Muraltus; etiam rarissima), *Orchis hircina* Crantz *(Satyrium* L.), *Trifolium rubens.*

Rätzüns, antiquissima Rhaetiae arx, altae rupi supra Rhenum posteriorem insidens, in valle Domestica (Domleschgerthal) sita, vixque dimidia leuca a Reichenau, ubi fluminis duo praecipui rami coniunguntur, distans. Usque ad novissima nostra tempora

hocce castrum cum eius territorio ad Austriam pertinuit, nec nisi foederis Vindobonae sanciti lege cum Helvetiorum ditione coniunctum fuit. Vicus eiusdem nominis parvus est, sed pulchrum templum et fontem acidulum possidet. Pagi Bonadutz, Embs et Feldberg ad dominium Rätzüus pertinebant. — Ad Rheni posterioris littus, fere ex arcis regione, legitur pulchra *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis* L.).

R e a l p, vicus alpinus Uraniensis, in extrema austro-occidentali Ursariae vallis parte, ad M. Furcae pedem situs. Ob arborum summam penuriam, ericae et vacciniorum virgulta miserorum incolarum focos sustentant. Pagus ipse 4700 p. supra m. elatus est. Pascua eius quidem pinguissima sunt, sed arva nihil nisi hordeum aestivale producere valent. In hortis carota, rapa solanumque tuberosum vulgo coluntur. — Ceterum quanquam regio vicina pulchris stirpibus alpinis, ut reliquae vallis Ursariae partes, procul dubio abundat, hucusque tantum citatae fuerunt: *Hieracium albidum* Vill., *H. picroides* Vill. (rarissimum), *Pedicularis tuberosa*, *Sedum dasyphyllum*.

R e g e n s b e r g. V. L ä g e r b e r g.

R e g i u s mons, (d e r R i g i), unus ex totius Helvetiae montibus insignissimis celeberrimisque, inter lacus Lucernensem, Tugenum et Lovertinum exsurgit; quoad maximam partem in pago Suitensi situs est, ut nonnisi ora occidentalis ad ditionem Lucernensem pertineat. Rupes eius stratis alternis arenariis brecciaque constant, et tantum ad occidenti-boream calcareus lapis in conspectum venit. Mons Regius utique nostrorum montium, quos vulgo tertianos nuncupant, altissimus esse videtur. Summi eius cacuminis, der Culm dicti, altitudo secundum Cl. Wahlenberg 5555 (auctore autem Cl. Benzenberg 5554) p. s. m. metitur, ut ubique infra nivales limites contentus sit. Ab occidenti-borea sese ad euro-austrum extendit; montis basis ad tres l. longa, circuitum 9-10 leucarum complecti potest. Ceterum ex se ipso exstat, utpote planitie vallibusque circumcirca

interceptus. Regii laetissima pascua, ab innumeris rivulis irrigata, per aestivam tempestatem vaccarum tria millia pererrant. Ista pascua, arborum impatientia, summitates obtinent: cingulum medium nemora efficiunt; inferius autem fertilia arva, prata et pomaria arboribus omnigenis domesticis consita, pulchri montis radices ubique exornant, et inter illas arborum fructiferarum sylvas saltem decem vici apparent.

Nusquam sane intra patrios nostros limites prospectum tam immensus stupendusque viatorum admirationem excitare potest, quam spectaculum praestantissimum, quod eos in illo celeberrimo Culmine exspectat. Ibi nempe pars magna totius interioris Helvetiae, quin etiam e longinquo Sueviae campi, Iurae iuga euro-borealia usque ad ditionem Biennensem, dorsa vallis Emmiae et Entlebuchiae, Pilatus magnus e spectatoris regione late patens, immensique Alpium altissimarum maeandri a M. Sentis Abbatiscellanorum usque ad giganteas Bernatum pyramides, sic et quindecim pagorum aut planities vallesque, aut saltem supereminentes eorum scopuli, denique quatuordecim lacus coram adparent. Cominus ad eurum extenditur infelix illa vallis Goldau, quam vasta strage montis Rossberg ei ex opposita parte imminentis ruinae impleverunt; ad euro-boream amoenus Tugenorum lacus, ad occasum autem lacus Waldstettarum: quae omnia iucundissimam distinctissimamque istius incomparabilis scenae partem efficiunt. In ipsa quidem Culminis summitate optimum exstat diversorium, sed ibi, propter spatii defectum, omnes viatores subinde pernoctare non possunt. Verum ad montis crenam Rigistaffel dictam, huic vertici subiectam, vixque dimidia leuca ab eo distante, aliud perinde aedificatum est novum excellensque diversorium; praeterea supra fontem, quem Frigidum vocant, quoque ad balneum incolae utuntur, tertia etiam caupona hospitibus commodum tectum et luculentissimum prospectum suppeditat; quin etiam prope hospitium, quo monachi franciscani peregrinatores, ad D. Mariae nivalis sacellum

(Sancta Maria zum Schnee) affluere solitos excipiunt, infra Rigistaffel situm, et inde dimidia leuca distans, quatuor adhuc bona diversoria inveniuntur, ut in eo monte fere omnia quae ad vitae commoditatem spectant reperire, per magnam anni partem commorari atque purissimum aëra ducere, lac caprinum et lactis serum ad sanguinis purgationem adhibere, denique montis laetam vegetationem miramque structuram investigare possis. Tot tantisque commodis permoti, multa viatorum millia quotannis huc adveniunt, quorum tamen plerique montem nonnisi ad prospectum contemplandum conscendere videntur.

Praeter Culminis summitatem, cetera montis Regii cacumina, scilicet Horrik, First, Schild, Hohfluh et Rothstock, etiam pulcherrimas, etsi magis limitatas, scenas offerunt; sed (praecipue vertex Rothstock, prae omnibus ad austrum porrectus, accessu autem paulo difficilior) summis Alpibus et minoribus Helvetiae pagis propiora sunt, eoque respectu visitari quoque merentur.

Viae, quibus commodissime mons conscenditur, ac ubi in eius summis partibus simul repentinum spectaculum semel ac subito sese oculis offerens, viatores sensu iucundissimo adfectat, e Regii pede orientali exeunt. Facillima, utpote ab armentis pecudibusque frequentata, ad vicum Lowerz incipit, et intra 3 horas ad hospitium ducit. Semita e vico Art plerumque per sylvas ac iuxta rupium parietes adscendens, omnium brevissima est, sed equitibus minus quam peditibus grata, prope diversorium zum Dächli dictum cum via Lovertina confluit. Bonae etiam viae per latera occidentalia ad montis summa cacumina ducunt: sed illo scenarum adspectu repentino prorsus carent, cum per totum iter lacus omnesque regiones vicinae coram viatoris oculo latissime pateant.

Iam anno 1661 J. Leopoldus Cysat M. Regii simul ac Waldstettarum lacus descriptionem conscripsit; sed viatoribus hunc montem visuris novissima a Cl. H. Fuesli, H. Keller et L. Pfyffer edita panoramata et

cycloramata, ad omnium montium locorumque in istis verticibus conspicuorum notitiam sufficientem consequendam omnino necessaria sunt.

M. Regii plantas per seculum praeteritum J. J. Scheuchzer et J. Gesnerus investigaverunt, easque nuper Cl. Wahlenberg et amiciss. Krauer curiose recognoverunt. Ita factum est, ut stirpium ibi observatarum numerus insigniter auctus fuerit, earumque satis locupletem elenchum, potissimum e Kraueriano prodromo excerptum lectoribus nostris suppeditare possimus.

Acer platanoides (in sylvis), *Aconitum Lycoctonum*, *Ac. Napellus*, *Allium carinatum*, *Andropogon Ischaemum* (ad montis pedem circa Weggis et Vitznau), *Anemone alpina*, *An. Hepatica*, *An. narcissiflora*, *Anthericum ramosum*, *Arabis hirsuta* Scop. (*Turritis* L.), *Ar. perfoliata* Lam. (*T. glabra* L.), *Arenaria ciliata* α, et β (*Ar. multicaulis* L.), *Ar. laricifolia*, *Ar. verna* β *diffusa* (*Ar. caespitosa* Sut.), *Arnica montana* et (testante Cl. Ebel) var. eius 5—6 flora, *Asperula taurina* (in nemoribus), *Athamanta cretensis*, *Betula viridis* Chaix (ad Rotheflube infra Schneealp), *Buphthalmum salicifolium*, *Cacalia alpina* Jacq. (*glabra* Sut.), *Calamintha alpina* Lam. (*Thymus* L.), *C. Nepeta* Clairv. (*Melissa* L.; rara), *Carduus defloratus*, *Carex caespitosa* (in Culmine et im Schneeälpli), *C. firma* Host. (ad rupes), *C. montana*, *C. paniculata*, *C. pauciflora* Light., *Carlina acaulis*, *Castanea vulgaris* Lam. (ad montis radices circa Greppen, Weggis et Vitznau abundat), *Centaurea montana*, *Cineraria alpina* Willd. (rara), *Cirsium erucagineum* Dec. (*Cnicus Erisithales* Sut.), *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Convallaria maialis*, *C. Polygonatum*, *Corallorrhiza Halleri* Rich. (*Ophrys Corallorrhiza* L.), *Coronilla Emerus*, *Corydalis solida* N. (*Fumaria* Hoffm.), *Crataegus Aria*, *Cr. torminalis*, *Crocus vernus* All., *Cynanchum Vincetoxicum* Pers. (*Asclepias* L.), *Dentaria digitata* Lam. (*pentaphyllos* Sut.), *Dianthus superbus*, *Digitalis gran-*

diflora, Lam. (*ambigua* Sut.), *Dipsacus pilosus*, *Draba aizoides*, *Dryas octopetala*, *Elymus europaeus*, *Epilobium alpestre* Schmidt β (*Ep. trigonum* Ludw.), *Erica carnea*, *Erigeron alpinus*, *Erinus alpinus*. *Ficaria verna* Huds. (*Ranunculus Ficaria* L.; ad bovilia Rigistaffel), *Galium helveticum* Weig. (*saxatile* Sut.; rarum), *G. lucidum* All., *G. verum*, *Gentiana acaulis*, *G. asclepiadea*, *G. bavarica*, *G. lutea*, *G. purpurea*, *G. verna*, *Geum montanum*, *Globularia cordifolia*, *Gl. nudicaulis*, *Gnaphalium sylvaticum* αβ *pumilum*, et γ *fuscatum*, *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.; ad montis pedem, inter Gersau et Vitznau), *Hieracium amplexicaule*, *H. glaucum* All., *H. villosum*, *Hypericum dubium* Leers, *H. montanum*, *H. hirsutum*, *Iuncus triglumis*, (in Culmine), *Iuniperus communis* γ *alpina*, *Laserpitium latifolium*, *Lathyrus sylvestris*, *Lilium Martagon*, *Lonicera alpigena*, *Lychnis alpina* (??), *Mespilus Cotoneaster*, *Moehringia muscosa*, *Molinia coerulea* Moench (*Aira* L.) γ *flavescens*, *Orchis albida* All. (*Satyrium* L.), *Orch. globosa*, *Orch. militaris* (*cinerea* Sut., in ipso Culmine), *Orch. viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Ornithogalum luteum* (*sylvaticum* Pers.), *Orobanche caryophyllacea* Sm. (?), *Orobus vernus*, *Pedicularis foliosa*, *P. sylvatica* (rara), *Pinguicula alpina*, *Polygonum viviparum*, *Potentilla aurea* (*Halleri* Ser.), *Prunella grandiflora*, *Pyrola minor*, *Ranunculus alpestris*, *R. montanus* Willd. (*nivalis* Sut.), *Rhododendrum ferrugineum*, *Rh. hirsutum*, *Rubus saxatilis*, *Rumex scutatus*, *Saxifraga aizoides* (*autumnalis* Sut.), *S. cuneifolia*, *S. mutata*, *S. stellaris*, *Sedum dasyphyllum*, *S. hispanicum* (Helvetiae inferiori proprium), *S. saxatile* All., *Senecio alpestris* N. (*saracenicus* Sut.), *Sesleria coerulea* Ard. (*Cynosurus* L.), *Solidago Virgaurea* γ (*S. minuta* Sut.), *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *S. Plumieri* (?), *Spiranthes aestivalis* Rich. (*Ophrys* Balb.; circa Weggis), *Swertia perennis*, *Taxus baccata* (prope Weggis), *Teucrium montanum*, *Thesium alpinum*, *Tilia microphylla* Vent. (infra Dächli), *Toz-*

zia alpina, *Trifolium badium* Schreb? (*spadiceum* Kr.), *Veratrum album*, *Verbascum nigrum*, *Viola biflora*, *V. calcarata* II *caulescens* (*V. grandiflora* Sut.), *Zollikoferia Peltidium* N. (*Hieracium stipitatum* Jacq.; pulchra raraque stirps). — Notatu dignum est: *Alnum incanam* Willd., testante Cl. Wahlenberg, in monte Regio nusquam provenire.

Regoltschwyl s. Reigolzweil, vicus pagi Basileensis, ad M. Wasserfall pedem situs. Prope hunc locum citantur: *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Chaerophyllum aureum*, *Gentiana lutea*, *Nardus stricta*.

Reichenau, pulchra villa Rhaetiae, 2 l. supra Curiam, ad Rheni anterioris cum posteriori iunctionem sita. Amoenissimi eius horti amnium confluenti imminent; ibi utraque vallis, unde fluvii descendunt, omnisque pulchra regio vicina commode prospiciuntur. Pontes duo lignei, tectis muniti, et elegantissimae structurae amborum Rheni brachiorum ripas coniungunt.

In ea villa, sub praeteriti seculi fine, ampliss. Tscharner ad erudiendos iuvenes ingenuos institutum scholasticum instituit, ibique sereniss. dux Aurelianus, per civiles, quibus tunc laborabat Gallia, motus, in ea academia iuventutem variis artibus bonis instruxit.

Via alpestris, quae ex Reichenau per M. Kunkels 4260 p. s. m. editum in vallem Kalveiserthal, et inde per Valens ad vicum Ragatz intra septem horarum spatium ducit, facilior et magis frequentata est ac semitae, quibus M. Galandae dorsa superantur. In itineris altissimo puncto scopulus giganteus, obelisco similis, ad sinistram viatoribus adparet. Plantae circa Reichenau observatae: *Colutea arborescens* (ad sepes, Tamins versus), *Daphne alpina* (auf dem Brühl, Ems versus, rarissima), *Seseli montanum* (plantam, hucusque suspectam civem, non vidimus).

Reichenau; cum priori villa ne confundatur pulchra insula eiusdem nominis, in lacus Bodamici sinu euroboreali sita atque ad Germaniae territorium pertinens.

Remi (Saint-), vicus vallis Praetoriae, ad M. Pennini pedem australem, in Pedemontii et Valesiae confinio situs. Ibi magnum exstat telonium, cuius praepositi viatorum sarcinas, libros etc. curiose investigare solent. — Prope hunc vicum *Barbarea praecox*, R. Br. (*Erysimum* Sm.), hucusque in Helvetia nondum rite observata, ab amiciss. Emm. Thomas nuper detecta est. Ibi quoque occurrunt: *Centaurea phrygia α elatior* (forma ramosa, pluriflora, in Alpibus nostris rarissima: loco Bosse dicto proveniens), *Inula Helenium*, *Sisymbrium strictissimum*. — V. St.-Oyen.

Reichenbach, „ditionis Basileensis, ibi nascitur *Coronilla montana* Scop. (*coronata* Sut.)„ Haller.

Renan, l'envers de Renens, locus vallis superioris D. Immerii, in Bernatum praefecturis Iuranis, cuius habitationes sparsae suisque hortis, arvis, pratis et pascuis circumdatae amplissimum obtinent spatium. In ea regione lectae fuerunt: *Acer platanoides* (au droit de Renens), *Bellis perennis γ tubulosa*, *Cardamine hirsuta α* (*C. sylvatica* Link), *Carex paniculata*, *Cerastium alpinum* (au droit de R.), *Eriophorum alpinum*, *Helianthemum canum* Dun. (*Cistus marifolius* Sut.; perinde au Droit), *Myrrhis odorata* Scop. (*Scandix* L.), *Swertia perennis*.

Renens, pagulus ditionis Lausannensis occidentem versus l. una ab urbe distans. V. Lausanna.

Rennes, Rennaz, parvus sed concinnus pagi Vaudensis vicus, inter Pennilucum et Roche, ad viam regiam, in magna Aquileiensium valle situs. —Plantae nobiliores: *Althaea officinalis*, *Carpesium cernuum*, *Chenopodium glaucum*, *Colchicum autumnale β vernum*, *Dryas octopetala*, *Gratiola officinalis*, *Ranunculus Philonotis* Retz, *Senecio alpestris* N. (*saracenicus* Sut.), *Valeriana Phu*.

Reposoir. V. Méry.

Reuse (La), lat. Reusa, pulcher amnis pagi Neocomensis, haud procul vico Bayard, ad pedem altae

rupis ex uberrimo fonte nascitur, ab occasu boreaeurum petit, integram vallem montanam Travers percurrit, ad eius exitum in fauces angustissimas penetrat, et inde, prope Boudry rursus in conspectum veniens, mox in lacum Neocomensem defluit. In eius limpidissimis aquis optimae capiuntur tructae multique alii pisces edules. — Prope ostium occurrit *Potamogeton pusillus;* in vicina sylva populea, *Festuca arundinacea* Schreb., et ad rupes pontemque Reusae, elegans *Draba aizoides.*

R h a e t i a , R h a e t o r u m pagus, (G r a u b ü n d t e n , B ü n d t e n , gall. les G r i s o n s), Bernensi excepto, totius Helvetiae maximus, atque omni respectu observatoris attentione summopere dignus. Austrum versus Alpium iuga cum fere ubique a vallibus Tellina et Clavennensi, quae usque ad praeteriti seculi annos ultimos pars eius fuerunt, nunc autem ad Austriae possessiones Italicas pertinent, separant, ad eurum a Tyroli aliisque regionibus Austriacis, ad septentrionem a pago Sangallensi, Glaronia et Urania, denique ad occidentem rursus ab Urania pagoque Ticinensi limitatus est. Longitudine ab occidente orientem versus 30 leucas, ac summa latitudine, scilicet a septentrione ad austrum, circiter 20 l. metitur; superficie 140 milliaria geographica quadrata continet. Undique altissimis Alpium iugis circumdatus et percursus, integer montibus vallibusque constat. Quapropter in 5 magnas valles commodissime dividi potest. Prima, totam Oberlandiam Rhaeticam complectens, borealem pagi partem efficit; a M. Gotthardi iugo usque ad villam Reichenau, secus Rhenum anteriorem, quocum Rhenus posterior ibi sese commiscet, progreditur; porro directione eadem, eurum nempe perpetuo petens, fines attingit Austriacos, quo loco Rhenus demum Rhaetiam relinquit. Secunda vallis potissimum a Rheno posteriori irrigata est; prope M. Adulam, perinde ad ingentem Gotthardi focum pertinentem, incipit: asperrima regione Rheinwald ex occasu borea-orientem petente, ac val-

libus Sexamniensi (Schams) et Domestica (Domleschg) aquilonem versus descendentibus constat, et prope Reichenau in magnam anterioris Rheni vallem aperitur. Tertia prope Alveneu in duos ramos dividitur: quorum alter ad boream montium longo iugo limitatus ac Rhaetigoviae conterminus, vallem Davos comprehendit, et a torrente (Landwasser) eiusdem nominis peragratus est; alterum australem M. Albula ab Engadina dissociat; in eo monte cognomen scaturit amnis qui prope Alveneu torrentis Davosii aquis auctus, reliquam inferioris vallis partem irrigat, ac semper boream petens, paulo infra Thusis in Rhenum posteriorem exoneratur. Quarta magna vallis, Rhaetigoviae (das Prettigau) nomine nota, austro-eurum versus, ad limites Engadinae, quam ab ea montes glaciales dissepiunt, incipiens, borea-occasum petit, ab impetuoso torrente Landquart irrigatur, ac paulo supra eius cum Rheno iunctionem, utrinque iugis duobus flumini parallelis fere omnino clausa est, ut torrens nonnisi per angustissimas rupium fauces prope Marschlins evadere possit. Quatuor istarum vallium aquae omnes a Rheno auferuntur, et earum montes ad unum idemque systema pertinent. Quinta autem, scilicet Oeni vallis, sive Engadina, ab eo systemate penitus seclusa est. Ad M. Maloiam, in Praegalliae confinio incipit, perpetus borea-eurum versus tendit, ac tandem inter D. Martini pontem et Finstermünz in angustias reducta, per istas celebres fauces Oenum amnem, a quo tota percurritur, in Tyrolem emittit (V. Oeni vallis). Praeter has principes valles, innumerosque earum maiores minoresve ramos laterales, tum ad Engadinam, tum ad illud immensum, quod supra memoravimus, systema pertineentes, quatuor adhuc regiones minores, ab eo systemate dissociatae, ad pagi partem maxime australem pertinent, ac totidem eius appendices meridiem versus porrectas efficere videntur. Earum prima est frigida vallis Monasteriensis (Val du Müstair, das Münsterthal), ad extremum eurum sita, cuius aquas amnis Rom di-

ctus in Tyrolem aufert, ubi in Athesin effunditur, ac simul cum eo in Adriam pervenit. Tres reliquae valles, scilicet Postclaviana (val di Poschiavo), Praegalliensis (Bragaglia), et bifurca Misaucina (valli di Misocco e Calancasca), tum a Monasteriensi, tum invicem segregatae, austrum versus in Italiam superiorem exstant, ut earum fontes rivique omnes tandem cum Pado coëant. Sub mitiori coelo iacentes, nec nisi ventis calidioribus accessae, Italico fere climate gaudent. Ceterae contra pagi partes pleraeque multo asperiores sunt; magna tamen Rheni vallis iam circa Reichenau, ac inde usque ad D. Luciae fauces, ubi flumen Rhaetiam deserit, ad totius Helvetiae cisalpinae partes calidiores pertinet, ut ex plantis in ea regione vulgo provenientibus (v. gr. *Dorycnio suffruticoso* Vill., *Primula acauli* Jacq., *Anchusa angustifolia* etc.) vinoque generoso, quod ibi multis locis, ut circa Curiam, Malans et Flesch crescit, facile colligi potest. Ceterum pagi Rhaetici arva vix frumenti incolis necessarii dimidium proferunt. Propter magnam regionis partem, quam moles glaciales, nives sempiternae et montes asperrimi obtinent, vasto eius ambitui incolarum numerus nequaquam respondet, quippe qui eorum, qui in multoties minori pago Lucernensi degunt, frequentiam vix ac ne vix adaequare putetur. Plerique antiqua dialecto rhaetica, quam vulgo romanicam nuncupant, multi quoque lingua germanica (rudi quidem, sed minus quam in plerisque ceteris Helvetiae pagis corrupta), longe pauciores, nec nisi in vallibus transalpinis, austrumque versus sese aperientibus, italica, sed corruptissima utuntur. Eorum maxima pars evangelicae fidei, reliqui romanae ecclesiae addicti sunt. Olim per longa secula foedissimae servituti subiecti, patriam et libertatem sanctissime colunt, multisque tum humanis, tum civilibus virtutibus commendantur. Pecorum armentorumque educatio quam plurimum ad regionis divitias confert. Ceterum, non sine magno patriae detrimento, multi istius pagi cives faciendi quaestus causa, magnam

vitae partem in regionibus peregrinis ducunt, sicque nativam morum ingenuitatem, qua Rhaeti mihi excellere visi sunt, inter alienos homines saepius amittere dicuntur.

Montes Rhaetici, iugo boreali schistis argillaceis et calce constante excepto, ad formationem primariam pertinent, metallisque et aliis pretiosis fossilibus ditissimi sunt. Iamdudum multis locis auri, argenti, cupri plumbique fodinae, sed duntaxat rarius felici eventu apertae fuerunt. Etiamnum hodie eiusmodi labores, melioribus quidem auspiciis, aut continuantur, aut renovantur, aut ab integro suscipiuntur.

Rhaetica flora iam a nostris antiquioribus auctoribus, speciatim a C. Gesnero simul cum I. Bauhino, potissimum autem deinceps ab utroque Scheuchzero investigata fuit. Postea venerandus I. Gesnerus, eius optimus ex fratre nepos Sal. Schinz, Cl. Lachenal et rev. Dick eorum vestigia secuti sunt. Cl. Storr etiam per hos ditissimos montes bonam suorum itinerum alpinorum partem instituit. Brevem plantarum Rhaeticarum enumerationem in vol. II Alpinorum, quae dum in eo pago degebat, edebant ampliss. Ulysses Salisius et Vener. Steinmüller, iam inseruit amiciss. Roesch. Sed utinam Rev. Pol, qui per longam utilemque vitam scientiae amabili constanter incubuit, omnes suas in regione natali institutas observationes invidae oblivioni eripere, cumque rei herbariae amicis ipse communicare vellet! Utcunque sit, Rhaetia haud secus ac Valesia et praesertim Helvetia Insubrica adhuc certo non paucas species alit incognitas, et optandum est, ut inter ipsos eorum pagorum cives aliquis tandem exsurgat, qui floram patriam historia Rhaeticarum stirpium locupletiori, quam hucusque factum est, ditare conetur.

Hucusque potissimum citatae fuerunt: *Achillea atrata*, *Ach. macrophylla*, *Ach. moschata* Jacq., *Ach. nana*, *Ach. tanacetifolia* All. (olim prope Curiam visa), *Aconitum Anthora*?? (a Lobelio citatum), *Ac. Cammarum* L. Heg. (*rostratum* Bernh. V. Labr. et Heg. ic. helv.

fasc. 45.), *Ac. Lycococtonum*, *Ac. Napellus*, *Adonis aestivalis* (in Engadina inferiori), *Aethionema saxatile* R. Br. (*Thlaspi* L.; in M. Nombre, ut putamus, supra Bormium sito: teste I. Bauhino), *Agrostemma Flos-Iovis* (in Engadinae arvis secalinis), *Agrostis rupestris* Willd. (*alpina* Sut.), *Aira flexuosa*, *α* (*A. montana* Sut.), *Aiuga pyramidalis β* (*Ai. alpina* Sut.), *Alchemilla pentaphyllea* (in M. Speluga), *Allium angulosum*, *All. carinatum*, *All. paniculatum β pauciflorum*, et *ββ bulbiferum*, *All. Schoenoprasum β alpinum* (auf den Seewiser-Alpen), *All. Victorialis*, *Andropogon Gryllus* (in ima valle Misaucina), *Androsace alpina* N. (*Aretia* L.; in summis Alpibus), *Andr. Chamaeiasme* Bieb. (*villosa* Sut.), *Andr. helvetica* N. (*Aretia* L.), *Andr. lactea* (Roesch), et testante Viro amiciss. var. floribus rubentibus (?), *Andr. tomentosa* N. (*Aretia* Schl., in M. Trone), *Anemone alpina α*, et *β* (*An. apiifolia* Wulff.), *An. baldensis*, *An. narcissiflora*, *An. Pulsatilla*, *An. vernalis*, *Anthericum Liliastrum*, *Anth. ramosum*, *Anth. serotinum* (in M. Galanda, et in Alpibus Misaucinis ad Bernardini occidentem), *Antirrhinum alpinum*, *Aquilegia alpina* (in summo M. Strilserberg vertice), *Arabis alpina*, *Ar. bellidifolia* Jacq.. *Arbutus Uva-ursi*, *Arenaria biflora* (in M. Septimio), *Ar. laricifolia*, *Ar. polygonoides* Wulff. (in Alpibus supra Seewis), *Ar. verna β diffusa* N. (*caespitosa* Roesch.), *Ar. Villarsii* Balb. (*austriaca* Roesch; in M. Casanna Rhaetigoviae), *Aretia Vitaliana* N. (*Primula* L.; in vallis Anthoniae Alpibus), *Arnica Doronicum* Jacq., *Arn. montana*, *Arn. scorpioides*, *Artemisia Absinthium* (?), *Art. glacialis*, *Art. Mutellina* Vill. (*rupestris* Sut.), *Art. pontica* (in M. Piz Beverin), *Arundo halleriana* N. (*Epigeios* Roesch; in M. Cera), *Asparagus officinalis* (teste J. J. Scheuchzer), *Asperugo procumbens*, *Asperula arvensis*, *Asp. odorata*, *Asp. taurina*, *Asphodelus luteus* (in M. Fräla, supra Bormium, neque alibi in Helvetia occurrens), *Asplenium Adiantum-nigrum*, *Aster alpinus*, *Ast. Amellus*, *Astragalus Cicer*, *Astr.*

monspessulanus, *Astr. Onobrychis*, *Astrantia maior*, *Astr. minor*, *Atragene alpina* (Rhaeticis Alpibus et Salaevae propria), *Avena flavescens β (Av. sesquitertia* Sut.), *Av. pratensis α*, et *β (Av. bromoides* Sut.), *Av. versicolor* Vill., *Azalea procumbens*, *Bartsia alpina*, *Betula viridis* Chaix (testante Cl. Roesch usque ad arborum limitem pervenit, ut alpigenae suorum montium regionem, ubi arbores deficere incipiunt, „ zwischen Tross und Weid", i. e. spatium inter hancce Betulam et pascua calva comprehensum nuncupare soleant. Praeterea observat Vir amicissimus eam stirpam et *Pinum sylvestrem β montanam* Wbg. in Rhaetigoviae Alpibus supra Seewis ad eandem altitudinem adscendere), *Biscutella didyma* Pol (an *laevigata* L.?; in regione Fermunts et circa Savien im Thal), *Blitum capitatum* (iuxta viam ad M. Albulam ducentem, et in Rhaetia boreali), *Botrychium Lunaria* Sw. *(Osmunda* L.), *Brassica Erucastrum*, *Bupleurum ranunculoides*, *Cacalia alpina* Jacq. *(glabra* Sut.), *C. leucophylla* Willd. *(tomentosa* Sut.), *Calamintha alpina* Lam. *(Thymus* L.), *Camelina dentata* Pers. *(Myagrum* Willd.), *Campanula alpina* (?), *C. barbata*, et *β* floribus albis, *C. Cervicaria* (ad M. Falkniss dorsa et auf Casanna), *C. pusilla* Haenke *α*, et *β* floribus albis, *C. thyrsoidea*, *Cardamine bellidifolia*, *C. impatiens*, *C. resedifolia*, *Carduus crispus*, et var. floribus albis (inter Sils et Tiefenkasten), *C. Personata* Jacq. *(Arctium* L.), *Carex atrata*, *C. caespitosa β (C. fusca* Sut.), *C. curvula* All., *C. ericetorum* Poll. *(globularis* Sut.), *C. firma* Host (in M. Avicula aliisque Alpibus frequens), *C. foetida* All., *C. iuncifolia* All. (in summis Alpibus primariis), *C. montana* var. alpina? *(C. alpina* Sut., in M. Bernardino a I. Scheuchzero lecta. V. Gram. 428 n. 1.), *C. sempervirens* Vill., *C. tripartita* Sut. (Scheuchz. Gram. 493 tab. 11 fig. 8; in Alpibus speciatim in M. Avicula: mera quidem *C. foetidae* var. esse videtur, neque, ut diu creditum est, eadem est ac *Carex lobata* Schk.; eam tamen in natali loco recognoscant observatores

optandum), *Carlina acaulis*, *C. vulgaris*, *Castanea vulgaris* Lam. (in vallibus Italiam versus apertis integras efficit sylvas) *Centaurea Cineraria* (in Oeni valli inferiori. Rev. Pol. Nobis plane ignota), *C. montana*, *C. phrygia*, *C. Rhapontica*, *C. uniflora* (in M. Bernardino. Rev. Pol), *Cerastium alpinum*, *C. arvense β hirsutum* N.? (*C. repens* Pol; in Engadina inferiore, locis lapidosis), *C. latifolium*, *Cervaria Oreoselinum* N. (*Athamanta* L.), *Cherleria sedoides*, *Chondrilla prenanthoides* Vill. (ad Rheni et Landquartae glareas; huic tractui propria), *Chrysanthemum alpinum*, *Chr. atratum*, *Chr. Halleri* Sut. (*Pyrethrum* Willd.), *Chrysocoma Linosyris*, *Cineraria cordifolia* Gouan (plantam vulgatam alpicolae Blutzen nuncupant), *C. tenuifolia* N. (*longifolia* Schl.; stirps rarissima in M. Umbrail occurrit), *Cirsium acaule* All. (*Carduus* L.), *C. Erisithales* Scop. (*Carduus* L.), *C. hallerianum* N. (in valle Bormiensi a Cl. Schleicher lectum), *C. heterophyllum* Dec. *α integrifolium* (*Carduus helenioides* Sut.; in M. Bernina), *C. spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Clematis Flammula*? („In Rhaetia, ad sepes." I. Bauhinus, post eum nemo), *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Colutea arborescens* (inter Reichenau et Tamins), *Convallaria Polygonatum*, *C. verticillata*, *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* auct.), *Coronopus Ruellii* All. (*Cochlearia Coronopus* L.; in M. Umbrail! Rev. Pol), *Crataegus* (*Mespilus* L.) *Amelanchier* Desf., *Cr. Chamae-Mespilus* Jacq., *Crepis foetida*? (prope Hinterrhein citata), *Crocus vernus* All., *Cyclamen europaeum*, *C. hederaefolium* Ait.? („in Rhaetiae montibus" Lobelius), *Cypripedium Calceolus*, *Danthonia decumbens* Dec. (*Festuca* L.), *Daphne alpina* (auf dem Brühl, inter Ems et Reichenau), *D. Cneorum* H (*D. striata* Tratt.), *Datura stramonium* (in valle Domestica), *Dentaria polyphylla* Waldst. et Kit. (species rarissima, Rhaetiae propria. V. Marschlins. Ceterae Dentariae in eo pago nondum observatae fuerunt), *Dianthus alpinus* Pol (in M. Umbrail; nonne potius *D. glacialis* Haenke, qui etiam in Alpibus

Glaronensium Rhaetiae conterminis provenire dicitur?), *D. carthusianorum* (ad viam inter Trons et Dissentis; in Rhaetia ceterum perrarus), *D. Caryophyllus*? (Roesch, circa Marschlins et in regione vicina), *D. deltoides* (in pratis prope Klosters Rhaetigoviae superioris), *D. plumarius* Roesch (auf den Heubergen von Untervatz; quid sit nescio), *Digitalis purpurea* (circa Curiam olim a C. Gesnero citata, non amplius occurrere videtur), *Doronicum Pardalianches*, *Dorycnium suffruticosum* Vill. (*monspeliense* Willd., *Lotus Dorycnium* L. V. Marschlins. Stirps Rhaetiae euro-boreale propria), *Draba aizoides*, *Dr. ciliaris* Roesch (an nostra *fladnizensis*? in Rhaetigoviae M. Casanna visa), *Dr. frigida* Saut. (*dubia* Sut.), *Dryas octopetala*, *Echinospermum deflexum* Sw. (*Myosotis* Wbg.; inter Tamins et Thusis; plantam Rhaeticam non vidi), *Ech. Lappula* Lehm. (*Myosotis* L.; in Rhaetia euro-boreali, passim, sed in Rheni inferioris s. Rheguscorum valle nusquam occurrit), *Elatine Hydropiper γ schkuhriana* (in Rhaetia ab amiciss. Emm. Thomas lecta, rarissima neque alibi inventa), *Epilobium angustifolium α*, et *β* floribus albis (prope Klosters, in Rhaetigovia superiore), *Ep. Dodonaei* Vill. (*rosmarinifolium* Haenke), *Erica carnea* (in planitiei Rhenanae collibus frequens), *Er. vulgaris* (nonnisi in montibus occurrit), *Erigeron alpinus*, et var. floribus albis (in M. Speluga), *Er. uniflorus*, *Eriophorum alpinum*, *Eritrichium nanum* Schrad. (*Myosotis* Vill.; in Alpibus occidentem versus M. Bernardino contiguis anno 1829 primum in Rhaetia a Cl. Coquebert inventum) *Eryngium alpinum* (in pascuis alpinis, supra Fideris Rhaetigoviae), *Erysimum rhaeticum* Dec. (*Cheiranthus* Schl.; stirps rarissima a Schleichero, ni fallimur, circa Thusis detecta), *Festuca ovina δ* (*F. vivipara* Sm.; ad Rheni posterioris fontes), *F. pilosa* Hall. fil. (*rhætica* Sut.; a Schleichero citata), *F. Scheuchzeri* N. (in Rhaetiae alpibus: I. Scheuchzerus, qui pulchrum gramen primus omnium invenit descripsitque), *F. spadicea* (Cl. Dick; nuper non visa), *Galanthus nivalis*

(in valle Schalfik), *Galega officinalis* (I. Gesner; in Rhaetigovia, prope Luzein: Cl. Storr), *Galium aristatum* Sut. (Cl. Suter plantam in Alpibus a I. I. Scheuchzero lectam non vidit; quid sit, nunc nemo facile eruere potest), *G. boreale* (ibidem ab eodem lectum), *G. helveticum* Weig. (*saxatile* Sut.; in M. Augstenberg supra Malans; rarum), *Genista scoparia* Lam. (*Spartium* L.; in valle Praegalliensi), *Gentiana acaulis*, *G. asclepiadea*, *G. bavarica*, *G. lutea*, *G. nivalis*, *G. pannonica* Scop. (?), *G. punctata*, *G. purpurea*, *G. utriculosa*, *G. verna*, *Geum montanum*, *G. reptans*, *Gladiolus communis* (?) forma minor (plantam dubiam olim Curiae vidit C. Gesnerus), *Globularia cordifolia*, *Gl. nudicaulis*, *Gl. vulgaris* (omnes testante amiciss. Roesch. tum locis campestribus, tum montanis frequentes), *Gnaphalium alpinum*, *Gn. Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Gn. supinum*, *Gratiola officinalis* (in Alpibus !?), *Gypsophila fastigiata* (in M. Scesa-plana et Septimio? rarissima huicque pago propria), *Hedysarum obscurum*, *Helianthemum oelandicum* Dec. (*Cistus* L.), *Heracleum Sphondylium* II *stenophyllum* (*H. angustifolium* Sut.), *Herniaria glabra* (in summa Oeni valle; an fortasse *H. alpina* Vill.?), *Hieracium albidum* Vill. (*intybaceum* All.), *H. alpestre* Jacq. (in valle Schalfik; nuper in valle Lugnetz prope Vrin a Cl. Coquebert lectum), *H. alpinum*, *H. aureum* Vill. (*Leontodon* L.), *H. blattarioides*, *H. cymosum* Pol (in Alpibus; plantam ignoramus), *H. fuscum* Vill. (V. Speluga), *H. grandiflorum* All. (in M. Valserjoch), *H. hyoseridifolium* Vill. (in M. Calanda), *H. Jacquini*, *H. lanatum* Vill. (*Andryala* L.; in Alpibus Fermunts), *H. picroides* Vill. (in M. Valserioch ab auctore detectum), *H. prenanthoides* Vill. I (*H. spicatum* Sut.; in M. Speluga et Valserjoch), *H. staticefolium* Vill., *H. villosum*, *Horminum pyrenaicum* (in M. Umbrail, Alpibusque supra Teuri et Alveneu; rarissimum), *Hypochoeris maculata*, *H. uniflora* Vill. (*helvetica*; in M. Valserioch), *Impatiens Noli-tangere*, *Imperatoria Ostruthium*, *Imp. ver-*

ticillaris Dec. (*Angelica* L.; e regione Thusis ad viam, qua Curia ad M. Septimium itur, et supra Thusis Schweiningen versus, in sylvis apricis; nusquam alibi in Helvetia reperta est), *Iuncus triglumis*, *Iuniperus Sabina* (in Alpibus supra Seewis, et in valle Ferrera), *Koeleria hirsuta* N. (*Festuca* Hall. fil.; nondum quidem in ipsa Rhaetia, sed certe primum in M. Trapal vallis Tellinae a Schleichero lecta fuit), *Lactuca Scariola* (locus specialis ignoratur), *Laserpitium luteolum* N. (*trilobum* Sut.; in valle Rheinwald. Huic et Ticinensi pago propria stirps), *Lepidium alpinum*, *Leucoium vernum* (V. Marschlins), *Ligusticum peloponnesiacum* (in Alpibus Postclavianis; perrarum), *Lilium bulbiferum*, *Linnaea borealis* (in Rhaetia potissimum australi, passim), *Lonicera alpigena*, *Lunaria biennis* Moench? (*annua* L.; suspecta civis, Curiae olim a I. Bauhino visa), *L. rediviva*? (etiam nonnisi a Fabricio unice in M. Calanda citatur), *Luzula lutea* Dec. (*Iuncus* All.; in summis Alpibus), *L. nivea* Dec. (*Iuncus* L.; ad Viam malam), *L. spadicea* Dec. (*Iuncus* All.), *Lychnis Floscuculi* (in valle Davos frequentissima; Rheni autem magna vallis ea prorsus caret), *Lycopodium clavatum*, *L. helveticum* (in M. Speluga, et inter Thusis viamque malam), *L. selaginoides*, *L. Selago*, *Menyanthes trifoliata* (in Rhaetia rarior, prope Seewis, Malans versus occurrit), *Milium effusum* α, et β (*M. confertum* L.; utrumque in M. Cera, supra Andeer), *Muscari botryoides* Mill. (*Hyacinthus* Roesch, V. Marschlins), *Narcissus poëticus* (in M. Augstenberg), *N. Pseudo-Narcissus* (ad fontem Rubrum), *Onopordon Acanthium* α, et β floribus albis (im Schein), *Ophrys myodes* Jacq. (in val del Feen), *Orchis nigra* Scop. (*Satyrium* L.), *Orch. odoratissima*, *Ornithogalum luteum* Roesch (probabiliter *Orn. sylvaticum* Pers. ac revera genuinum *luteum* L.; tum in planitiei pomariis, tum in Alpibus, v. gr. in M. Augstenberg), *Orobanche ramosa*, *Orobus luteus* (in vallis Anthoniae Alpibus), *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* Dec., *Ox. montana* Dec., *Ox. pi-*

losa Dec., *Ox. uralensis* Dec., *Papaver alpinum* (in Engadinae superioris M. Casanna; stirps rarissima), *Parnassia palustris*, *Pedicularis foliosa*, *P. recutita*, *P. rostrata*, *P. tuberosa*, *P. versicolor* Wbg. (*flammea* Sut.; in M. Augstenberg), *P. verticillata*, *Phaca alpina* Jacq., *Ph. astragalina* Dec. (*Astragalus alpinus* L.), *Ph. frigida* Jacq., *Phleum alpinum*, *Phl. Michelii* All. (*hirsutum* Sut., in M. Cera), *Phyteuma corniculatum* Clairv. I (*Ph. Scheuchzeri* All.), *Ph. Halleri* All. (*ovata* Sut.), *Ph. hemisphaericum*, *Ph. pauciflorum* (in Alpibus Pol), *Pinguicula alpina*, *Pinus Cembra* (v. Oeni vallis), *P. Larix* (in plerisque Alpibus frequens), *P. rubra* Roesch (in Engadina superiore et infra San Bernardino), *P. sylvestris*, et *β montana* Wbg. (*P. montana* Sut.; usque ad summum arborum limitem, ibi autem pygmaea), *Plantago alpina* (alpicolis Ritz), *Poa alpina*, et var. *vivipara*, *P. laxa* Haenke (ad Rheni posterioris fontes), *Polemonium coeruleum* (in Rhaetia australi, passim), *Potentilla alba*? (V. Marschlins), *P. caulescens* (in M. Schin), P. *grandiflora*, *P. rupestris* (circa Disentis), *Primula acaulis* Jacq. (in Rhaetia euro-boreali), *Pr. farinosa*, *Pr. integrifolia* (in Alpibus, frequens), *Pr. longiflora* (prope M. Bernardinum, ad occidentem, in consortio *Antherici serotini* a Cl. Coquebert nuper detecta, rarissima nec hucusque nisi in paucissimis Alpium iugi australis Valesiaci montibus visa), *Pr. officinalis* Jacq., et var. calyce corollaque saturate purpureis (in pratis prope Marschlins), *Pr. rhaetica* N. (*minima* Roesch; prope Schams ad pylarum Rofflen ingressum, et in Fereina prope Klosters, in Rhaetigovia), *Prunus Padus* foliis latissimis, rugosis (prope Obersax supra Ilanz), *Pteris crispa* Sm. (*Osmunda* L.), *Pyrola uniflora*, *Ranunculus alpestris*, *R. glacialis* (in Alpe Arosa, et in M. Flüela), *R. montanus* Willd. (*nivalis* Sut.), *R. pyrenaeus* (in M. Umbrail), *R. rutaefolius* (in M. Septimio; rarissimus), *Rhamnus saxatilis* (inter Curiam et Ems; etiam perrarus, Rhaetiaeque ac pago Ticinensi proprius),

Rheum digynum Whg. (*Rumex* L.; Alpium editiorum), *Rhododendrum ferrugineum* α, et β floribus albis (var. rara in Speluga Alpeque Sattel, supra Zizers occurrit), *Rh. hirsutum*, *Rosa alpina*, *Rubus saxatilis*, *Rumex Acetosa* γ *maximus*, *R. Acetosella* β *alpinus*, *R. scutatus* var. foliis maculatis (in valle Praegalliensi), *Salix daphnoides* Vill. (inter Obersax et Rhenum „interiorem„ Villars), *S. foetida* Schl. (*alpina* Sut.; in Alpibus supra Seewis), *S. glauca* β (*S. Lapponum* L.; in M. Albula), *S. helvetica* Vill. (*arenaria* auct.; ibidem), *S. herbacea*, *S. incana* Schrank (*viminalis* Sut.) β *brevifolia* (prope balneum Alveneu), *S. myrsinites*, *S.* *phylicifolia* ϰ *rhaetica* ramis pruinosis (in valle Rheinwald), *S. reticulata*, *Salvia verticillata* (in Engadina inferiore), *Sambucus nigra* var. baccis albis (in valle Domestica), *Saussurea alpina* Dec. (*Serratula* L.; in Alpibus meridionalibus passim), *Saxifraga aizoides* (*autumnalis* Sut.), *S. Aizoon* Jacq., *S. androsacea*, *S. aspera* Dec. I *elongata* (*S. aspera* L.), et II (*S. bryoides* L.), *S. caesia*, *S. caespitosa* I *legitima*, et β *uniflora*, *S. Cotyledon* (*pyramidalis* Lapeyr.; in Spelugae clivo australi, et in valle Misaucina), *S. exarata* Vill. (*hypnoides* All.), *S. muscoides* Jacq., *S. oppositifolia*, *S. rotundifolia*, *S. Seguieri* Spreng., (*sedoides* Pol; nos in M. Speluga, in M. Bernardino Cl. Coquebert invenit), *S. stellaris*, *S. umbrosa* Pol (in faucibus Rofflen), *S. Vandellii* Sternb. (*burseriana* Sut.; in M. Umbrail; omnium rarissima; unice scilicet ibi et in M. Corni di Canzo hucusque visa), *Sedum atratum*, *Sempervivum arachnoideum*, *S. montanum*, *Senecio abrotanifolius* (in Engadina inferiore et ad M. Fuorno vallem Monasteriensem versus; pulcherrima raraque stirps!) *S. alpestris* N. (*saracenicus* Sut.), *S. carniolicus* Willd. (hucusque nusquam in Helvetia visus, a Cl. de Charpentier 1829 in M. Flüela detectus fuit), *S. Doronicum* α (passim in Alpibus, et γ *multiflorus* in M. Umbrail), *S. incanus*, *Seseli montanum* Pol (circa Bonadutz, inter Rhätzüns et Reichenau), *Sesleria caerulea* Ard. (*Cyno-*

surus L.), *S. disticha* Pers. (*Poa* Jacq.; in summo M. Speluga; rarissima), *Sibbaldia procumbens*, *Silene acaulis*, et var. floribus albis (rara), *S. Armeria* (in valle Tellina, prope Castion), *S. rupestris*, *Sisymbrium strictissimum* (Bormii, et in Alpibus Rhaeticis I. B. Per totam vallem Tellinam frequens), *Soldanella alpina*, *Sonchus montanus* Lam. (alpinus Sut.), *Spergula saginoides* (in Speluga), *Stellaria mantica* Dec. (*Cerastium* L.: plantam perraram, neque nuper amplius repertam ex itinere Rhaetico retulerat Cl. DICK), *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis* L.; ad fontem Rubrum), *St. capillata* (ibidem), *St. pennata* (in M. Scaletta et Calanda), *Tamarix germanica*, *Tanacetum vulgare* (in summis Alpibus! I. I. SCHEUCHZER), *Taxus baccata* (in Rhaetigovia, passim), *Teucrium montanum*, *Thalictrum aquilegifolium*, *Thesium alpinum*, *Th. linifolium* (in valle Domestica), *Thlaspi alpestre* (in M. Bernina), *Thl. rotundifolium* N. (*Iberis* L.; in M. Segnes, etc.), *Tozzia alpina* (in M. Crispalt, etc.), *Trifolium alpinum*, *Tr. rubens* (Curiae), *Trollius europaeus*, *Tussilago alba*, *T. alpina*, *T. Petasites* ♀ (*T. hybrida* L.; in pratis lacustribus supra Seewis), *Typha angustifolia*? (v. Marschlins), *Ulmus montana* Sm., *Vaccinium Myrtillus*, *V. Oxycoccos*, *V. uliginosum*, *Valeriana montana*, *V. saxatilis* Jacq. (ad rupes vallis Schalfik et in M. Umbrail), *V. tripteris* (in sylvis montanis frequens), *Veronica alpina*, *V. aphylla*, *V. bellidioides*, *V. fruticulosa*, *V. longifolia* Pol (circa Ems; planta nobis omnino ignota), *V. saxatilis* L. fil., *V. spicata* (in Oeni valle inferiori, frequens), *Viola biflora*, *V. calcarata* I, et II *caulescens* (*V. grandiflora* Sut.; in Alpibus frequens), etiam γ floribus albis, *V. grandiflora* Vill. II *ramosa* (ni fallor circa Ponte), *V. palustris*, *V. pinnata* (in M. Umbrail et prope Bergün), *Zannichellia palustris* (supra Curiam), *Zollikoferia Peltidium* N. (*Hieracium stipitatum* Jacq.; nondum inter stirpes Rhaeticas citata, certe saltem in valle Tellina provenit).

Rhaetigovia, das Prettigau s. Brättigau, magna Rhaetorum vallis, ad provinciarum Tyrolensium limites sita, austro-eurum versus, infra montes glaciales Fermunt, Piz-Linard et Selvretta, qui eam ab Engadina inferiori dissociant, incipit, ac inde perpetuo borea-occidentem petens, tandem inter Marschlins et Malans per faucium arctissimarum angustias, in magnam Rheni vallem aperitur. Pars nempe Rhaetigoviae infima latitudine quidem ultra 4 l. metitur; sed eam ad illas fauces utrinque montium altorum tenue iugum per longum tractum penitus claudit, et a contermina valle Rhenana separat. Amnis, qui eam integram percurrit, est torrens impetuosus, Landquartae nomine notissimus; praecipuos habet fontes ad M. Selvrettae pedem; et peragrata valle Sardasca, quae totius regionis partem summam efficit, aquas e vallecula boream versus montibus Fermunt subiecta, atque ex Flüelae iugo per vallem australem Varcina descendentes colligit, emensisque circiter 15 leucis, paulo infra illas angustissimas fauces, ad angulum pene rectum in Rhenum effunditur, et eius alveum arena ac montium ruinis, quas saepissime secum trahit, obruere solet. Praeter illos altissimos vallis ramos, utrimque complures valleculae laterales in eam aperiuntur, ac suis torrentibus turbidas Landquartae aquas adaugent.

Incolae, corporis et animi vigore peculiari pollentes, lingua germanica utuntur, fideique evangelicae addicti sunt. Agriculturae curis atque praesertim pecorum educationi incumbunt: pascua enim optima possident, unde fit ut istius regionis armenta, colore fusco ingentique corpore insignia, totius pagi pulcherrima habeantur.

Rhaetigoviae aditus per asperrimas fauces et antiquissimae arcis Frakstein rudera animum horrore adficiunt: sed inde vallis magis magisque mitescit, et potissimum prope Schiers amoenissimum praebet adspectum. Eius fundum septem pagi occupant; decem reliqui montibus insident. Praeter iugum altissimum Rhaetigoviam et Oeni vallem disiungens, scopuli insi-

gnissimi totius vallis in dorso boreali exsurgunt. Per hocce dorsum semitis 4 s. 5 alpestribus in conterminam regionem Montafun, Austriacae ditionis, itur. Praecipui ad istud iugum pertinentes montes sunt Madris, Sulzfluh, Gaval, Scesa-plana, omnes ob pulcherrimos prospectus celebres. E pago Seewis, propter amabilem poëtam ibi degentem musis gratissimo, in montem Scesam-planam, 9200 p. s. m. elevatum conscendere licet; ibi magna pulchraque orientalis Helvetiae pars, Tyrolis, Suevica provincia usque ad urbem Ulmam, ac denique Alpium immensa corona a Gotthardi foco usque ad montem Glockner luculentissime prospiciuntur. In eius pascuis rarissimae stirpes abundant. Amoenissima quoque vallecula Antonia (St. Anthönienthal) a viatoribus Rhaetigoviam percurrentibus visitari meretur. Per pulchrum pagum Fideris, et eiusdem nominis balneum ei superpositum, semita montana in vallem contiguam Schalfik ducit. — Plantae rariores: *Allium Schoenoprasum β alpinum* (in Alpibus supra Seewis), *Arenaria polygonoides* Wulff. (ibidem), *Arenaria Villarsii* Balb. (*austriaca* Roesch; in M. Casanna, supra Conters), *Arnica Doronicum* Jacq. (in Alpibus supra Ienatz), *Crataegus Chamaemespilus* Jacq. (*Mespilus* L.; ad rupes prope vallis ingressum), *Dianthus deltoides* (in pratis circa Klosters), *Draba fladnizensis*? Wulff. (*ciliaris* Roesch; in M. Casanna), *Epilobium angustifolium* floribus albis (var. rara prope Klosters occurrens), *Erica carnea* (in collibus ad vallis imas fauces), *Eryngium alpinum* (in pratis alpinis supra Fideris), *Gentiana asclepiadea* (in colle Gravedura prope Grüsch), *Geum reptans* (in Alpibus supra Ienatz), *Iuniperus Sabina* (in pratis palustribus prope Seewis), *Menyanthes trifoliata* (ibidem; in Rhaetia nondum alibi observata est), *Pinus Cembra* (in summis Alpibus), *P. Larix*, *Primula rhaetica* N. (*minima* Roesch; in valle Vareina, supra Klosters), *Ranunculus Thora* (?), *Rosa alpina* (supra Seewis), *Salix foetida* Schl. (*alpina* Sut.; ibidem in pratis lacustribus), *Saxifraga aizoides* (*autumnalis* Sut.), *S. an-*

drosacea, *S. caesia*, et *S. muscoides* Jacq. (omnes in M. Casanna), *S. oppositifolia* (ad faucium ingressum), *Taxus baccata* (ad balneum Ganey, supra Seewis, et prope St. Anthönien), *Thalictrum aquilegifolium* (in pratis lacustribus supra Seewis), *Thesium alpinum* (inter Schiers et Grüsch), *Tussilago alba*, et *T. Petasites* ♀ (*T. hybrida* L.; utraque in pratis lacustribus supra Seewis). — V. Antonia vallis, Fermunt et Scesaplana.

Rheguscorum vallis. V. Rheinthal.

Rheineck, oppidulum elegantissimum et mercatura florentissimum pagi Sancto-Gallensis, in Rheguscorum valle, cuius est caput, ad Rheni ripam sinistram, leuca una supra locum ubi flumen in lacum Bodamicum effunditur, situm. Nundinae hebdomadales et via regia inter Italiam et Germaniam a mercibus viatoribusque frequentatissima, civium industriam sustentant. Ceterum ex agriculturae fabricarumque laboribus praecipuum faciunt quaestum. Scholas, de quibus Rev. Steinmüller, huius loci pastor, optime meritus est, bene institutas, orphanotrophium et hospitium possidet hocce oppidum. Regio amoenissima pulchrisque Vaudensibus vinetis simillima, undique concinnis villis, praediis ac vicis ornata urbem circumdat, et magnam iucundorum ambulacrorum varietatem offert. Mons Buchberg, una leuca ab oppido distans, ob praestantissimum prospectum, notissimus est. Ingentia pascua sive ericeta, Bauried dicta, ad urbem vicumque Thal pertinentia, olim omnino sterilia desertaque, demum anno 1770 coli coeperunt, et ibi colonia felix saltem 54 domibus constans condita fuit.

Vener. Steinmüller et eruditissimus Custor, qui labores meos tam humaniter adiuvit, plurimasque plantas aut rarissimas, aut nusquam intra nostros limites observatas, in Helvetia orientali detexit, ditissimas ad naturae scientias spectantes collectiones adservant.

Circa Rheineck occurrunt: *Carex acuta* (ad Rhenum),

C. fulva Good (auf dem Ried infra urbem; huic loco propria), *C. hornschuchiana* Hoppe (*fulva* agr. helv.) *α*, et *β angustifolia*, *Festuca loliacea* Huds., *Geranium pyrenaicum*, *Lysimachia thyrsiflora* (infra urbem, in stagnis, copiose; stirps perrara), *Mentha hirsuta* ζβ (*M. acutifolia* Sm.), *Phragmites communis* Trin. II *flavescens* Cust. (infra urbem, ad viam qua pagulus Alten-Rhein petitur, parce. V. app. ad Fl. helv. vol. VI), *Poa serotina* Ehrh. (*fertilis* Host; auf dem Ried, in pratis uliginosis), *Potamogeton heterophyllus* Schreb. V. Rheinthal.

In secundum Florae meae volumen (p. 465), ac simul, quod mihi non satis explicare valeo, in Cl. Hegetschweiler et Labram icones helveticarum stirpium (fasc. 30 ad tab. 6), error quidam singularis irrepsit. Auctores nempe, pariter atque ego, adserunt *Myosurum minimum* in arvis udiusculis Rheni vallis a Cl. Custore haud infrequentem inventum fuisse. Sed, ut me ipse monuit vir amicissimus, hancce plantam neque in ea valle, neque alibi in Helvetia, unquam reperire potuit, ut omnino a nostra Flora aliena esse videatur. Basileae enim, ubi unice ab Hallero indicatus erat, non amplius occurrit.

Rheinfelden, Rhenifelda, oppidum Argoviense, regionis Frickthal, ad Rheni ripam sinistram, in Germaniae confinio situm. Viae, quibus inde Basileam, Aroviam, Scaphusiam et Tigurum itur, mercium expeditionem transitumque fovent; cives etiam ex tabaci et chartae scriptoriae fabricatione quaestum faciunt. Scholae ad bonam normam institutae esse dicuntur. — Duorum solidorum pontium ope, oppidum cum ripa Germanica communicat: quorum alterutro traiecto, in insulam ambitu fere quadrantem leucae metientem pervenitur. Eam ex magna parte ingentis arcis, quae olim Rhenifeldae petra nuncupabatur, vasta rudera obsident. Prope pontem ripae Germanicae contiguum, fluminis undae aestuantes verticem horrendum ab incolis Höllenhaken, i. e. uncum Orci dictum, efficiunt. —

In insula Rheni leguntur: *Carduus crispus*, *Conium maculatum*, *Diplopappus dubius* Cass. (*Aster annuus* L.; affatim; stirps rarissima), *Oenothera biennis*, *Papaver dubium*, *Rumex scutatus*, *Verbascum Lychnitis* β floribus albis. — Circa Rbenifeldam passim: *Festuca bromoides* (rarissima), *Panicum verticillatum* γ *spica ramosa*, *Potamogeton compressus* (perrarus), *P. lucens*, *P. pectinatus*, *Trapa natans* (rara). — In campo Weiherfeld dicto: *Angelica sylvestris* „γ foliolis lobatis, cordatis" Hag., *Carex strigosa* Huds. (novissime detecta huicque regioni propria), *Epilobium palustre*, *Eriophorum angustifolium* Roth, *Iasione montana*, *Leucoium vernum*, *Menyanthes trifoliata*, *Poa airoides* Koel. (*Aira aquatica* L., *Rumex palustris* *) (rarissimus nec nisi eo loco intra fines patrios inventus), *Veronica scutellata*. — Inter Rheinfelden et Augustam Rauracorum: *Bromus inermis* (rarissimus). — Inter Rh. et Olsberg: *Campanula Cervicaria*, *Carex strigosa* Huds. (ad eandem viam im Weiherfeld et im Frauenwald, Olsberg versus; planta nonnisi novissime intra nostros limites detecta, huicque Helvetiae parti propria), *Salix seringiana* N. (*lanceolata* Ser. non Sm.; ad Rheni ripam sinistram; perrara).

Rheinthal (Das), Rheni s. Rheguscorum vallis, in pago Sangallensi, ad Alpium Abbatiscellanarum pedem orientalem, et in Rheni, qui eam a provincia Austriaca Vorarlberg separat, ripa sinistra iacet. Boream versus lacu Bodamico, et ad austrum veterum Alto-Saxensium baronum dominio terminatur. Octo l. longa, 2-3 l. lata est, et 3-4 geographica milliaria quadrata continere putatur. Haec pulchra fertilisque regio frequentes incolas alit, quorum plerique (ultra partem dimidiam) romanae ecclesiae addicti sunt. Reliqui fidem evangelicam profitentur. Agriculturae sedulo incumbunt. Colles undique vinetis, potum generosum proferentibus obsiti, camporum arva pinguissima,

*) V. Addenda ad voluminis calcem.

prata pagos villasque arborum domesticarum sylvis obumbrantia, undique scenas amoenissimas offerunt. Pascua montium vicinorum fertilia multum etiam ad istius pulchrae regionis opes conferunt, quas praeterea commercii et multiplices industriae artes adaugent.

Haecce nostrae patriae provincia, quoad stirpes, quas generat, hucusque parum cognita fuit. Eam quidem Rev. KITTIUS, civis Tigurinus, qui in pago St.-Margrethen diu sacro-sancto ministerio functus est, sollicite investigavit; sed, ut videtur, observationes ab eo viro institutae pleraeque interierunt. *) Verum, longe feliciori successu iam a fere 30 annis Cl. CUSTOR, terra patria multifariam peragrata, vegetationem eius rite recognovit, optimis notis illustravit, ac multas novas pulchrasque stirpes detexit. — Plantae rariores: *Arabis hirsuta* Scop. (*Turritis* L.), *Arundo Calamagrostis* (perrara), *Ar. montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Arundo Pseudo-Phragmites* Hall. fil., *Asperula arvensis*, *Asp. taurina* (in sylvis frequens), *Asplenium Adiantum-nigrum* (in M. Heldsberg), *Brassica Erucastrum*, *Bromus secalinus*, *Br. velutinus* Schrad. (utriusque formae plurimae, in planitiei agris), *Calamintha officinalis* Moench (*Melissa Calamintha* L.; frequens), *Campanula patula* (perinde), *Cardamine impatiens* (prope arcem Zwingenstein), *Carex alba* Scop., *C. davalliana* Sm., *C. dioica*, *C. fulva* (auf dem Ried, infra Rheineck; rarissima), *C. hornschuchiana* Hoppe (*fulva* Agr. helv.; frequens), *C. leporina* (*ovalis* Good.), *C. maxima* Scop. (*pendula* Good.) *C. ornithopoda* Willd. (*pedata* Sut.), *C. paniculata*, *C. paradoxa* Willd., *C. pauciflora* Lightf., *C. pilosa* All., *C. pilulifera*, *C. Pseudo-Cyperus*, *C. pulicaris*, *C. teretiuscula* Good. (*diandra* Sut.), *C. tomentosa*, *C. vulpina*, *Castanea vulgaris* Lam. (frequens et vera spontanea), *Centunculus minimus* (in arvis udiusculis argillosis non infrequens), *Chaerophyl-*

---

*) Primus omnium in Helvetia *Petrocallidem pyrenaicam* R. Br. (*Drabam* L.) detexit.

lum temulum, *Chenopodium ficifolium* Sm. (in Helvetia rarissimum), *Cicuta virosa*, *Cirsium subalpinum* N., *Crepis taraxacifolia* Thuill., *Diplopappus dubius* Cass. (*Aster annuus* L.; parcissime; planta rarissima), *Epipactis* (*Serapias* L.) *ensifolia* Sw., *Ep. grandiflora* N. (*S. lancifolia* Sut.), *Ep. rubra* Sw., *Euonymus latifolia* Jacq. (prope Berneck; frutex perrarus), *Euphorbia sylvatica*, *Fedia Auricula* M. et K. (*Valerianella* Dec.), *Galeopsis pubescens* Bess. (*cannabina* Sut.; prope Rüti), *Galium rotundifolium* (in sylvis, vulgo), *Gnaphalium luteo-album*, *Hieracium cymosum* cum et sine stolonibus (rarissimum), *H. fallax* Willd. I *exstolonosum*, et II *Auricula* β *strigosum*, *H. florentinum* All. I (*H. praealtum* Vill. , et II (*H. piloselloides* Vill.), omnia in Rheni planitie et in collibus humilioribus, passim, *Holcus mollis*, *Iuncus acutiflorus* Ehrh. (rarus), *I. conglomeratus*, *I. effusus*, *I. ustulatus* Hoppe (ad Rhenum, infra Rheineck), *Laserpitium prutenicum*, *Leersia oryzoides* Willd. (*Phalaris* L.; frequens), *Lolium arvense* With. α, et β (*L. speciosum* Link; in agris prope Thal), *Lycopodium helveticum* (ad Rheni ripas), *Lysimachia thyrsiflora* (prope Rheineck; rarissima), *Melica ciliata*, *Melilotus arvensis* Wallr., *Mylinum Carvifolia* N. (*Selinum* L.), *Myosotis arvensis* Roth. (*intermedia* Rchb.), *Ophrys apifera* Huds., *Ophr. arachnites* Hoffm., *Ophr. myodes* Jacq., *Panicum glabrum* N., *P. sanguinale*, *Papaver dubium*, *Poa serotina* Ehrh. (infra Rheineck), *Potamogeton heterophyllus* Schreb., *P. obtusus* Ducros (*rufescens* Schrad.; in rivulis), *P. pectinatus*, *Ranunculus nemorosus* Dec. var. foliis minoribus, stylis elongatis parum curvatis (in planitiei pratis palustribus), et var. *alpina* minor, floribus aureis maximis, stylis omnino circinatis (an verior *R. breyninus* Crantz ?), *Rubus corylifolius* Sm., *R. hybridus* Vill. (*glandulosus* Bell.; inter Berneck et D. Antonii sacellum), *R. plicatus* Weihe (ad sylvulae M. Buchberg marginem; omnium in Helvetia rarissimus; v. Fl. helv. VI. in app.), *Salix grandifolia* Ser.

(cinerascens Willd.?), *S. incana* Schrank *(viminalis* Sut.), *S. phylicifolia*, *S. viminalis*, *Salvia verticillata*, *Saxifraga mutata* (in M. Ruppen, prope Altstätten; ad fauces Hirzensprung?), *Scorzonera austriaca* Willd. *(humilis* Sut.), *Sedum dasyphyllum* (frequens), *S. villosum*, *Sisymbrium thalianum* N. *(Arabis* L.; prope Berneck), *Sparganium natans* (vulgo), *Spergula arvensis* (in pratis montanis), *Staphylea pinnata* (circa Berneck), *Stellaria uliginosa* Curt., *Stipa Calamagrostis* Wbg. *(Agrostis* L.), *Thysselinum palustre* Hoffm. *(Selinum* L.), *Typha minima* Hoppe *(minor* Sm.), *Utricularia minor*, *Verbascum Lychnitis* β floribus albis, *Vicia dumetorum*, *V. sativa* (utraque prope Berneck), *Zollikoferia Peltidium* N. *(Hieracium stipitatum* Jacq.).

Plantae sequentes inter Curiam et Grabs paulo infra Werdenberg vulgo occurrentes in reliqua Rheni valle usque ad lacum Bodamicum, teste Cl. Custor, omnino deficiunt: *Anchusa angustifolia*, *Diplotaxis tenuifolia* Dec. *(Sisymbrium* L.), *Echinospermum Lappula* Sw. *(Myosotis* L. v. Viviscum, inter plantas circa urbem nascentes, notam ad eandem stirpem), *Geranium cicutarium*, *Hyoscyamus niger*, *Lappa minor* Dec., *Mercurialis annua* (!), *Nepeta Cataria*.

Plantae in regione Vorarlberg, trans Rhenum provenientes: *Chara flexilis* (circa Hohen-Ems), *Ch. hispida* (ibidem), *Dentaria bulbifera* (prope Meders; rarissima. V. Forsteck), *Gladiolus neglectus* Schult. (prope Götzis; plantam, quidem mihi ignotam, eandem ac *Gl. palustrem* N. esse suspicor), *Hieracium alpestre* Jacq., (in M. Roslen), *H. aurantiacum*, *H. chondrilloides* (in M. Gurtiserberg s. Sonnenwald-Alp, pone Frastenz supra Feldkirch; rarissimum, nec intra Helvetiae limites unquam repertum), *H. prenanthoides* Vill. I *(H. spicatum* Sut.), *Melica ciliata* (prope Hohen-Ems), *Sisymbrium Sophia* var. glaberrima (prope Feldkirch), *Valeriana saxatilis* (in Alpibus supra Feldkirch, vulgo). — In M. Austriaco Treschen: *Apargia autumnalis* Hoffm. *(Leontodon* L.) β *alpina subbiflora*, *Arundo*

halleriana N., *Hieracium angustifolium* Hoppe γ *stoloniferum* (var. rarissima). — Prope Lauteraach Brigantiam (Bregenz) versus: *Elatine Hydropiper* (cuiusnam sit formae ignoro), *Isnardia palustris*, *Potamogeton obtusus* Ducros (*rufescens* Schrad.), *Utricularia minor*. — V. Bodamicus lacus, Altstätten, Berneck, Rheineck.

Rheinwald, das Rheinwald-Thal; sic nuncupatur pars summa magnae Rhaeticae Rheni posterioris vallis. Haec altissima regio, circiter 5 l. longa et ad summum 1 l. lata, infra M. Adulam occidentem versus incipit, atque borea-orientem petens, in angustissimas fauces Roffeln dictas, quae eam a valle Sexamniensi separant, paulo supra Andeer subito coarctatur. Praecipue ad austrum et occidentem editissimis montibus cincta, fere undique molibus glacialibus riget, quarum celeberrimae ex Adulae montis iugo in supremam vallis partem descendentes, Rheni posterioris et Rhenivaldiae (Rheinwald-Gletscher) moles dicuntur. Haec tribus fere leucis a vico Hinterrhein distans, aliquot centum pedes alta est, et pulcherrimam porticum, unde scaturit Rhenus, singulis aestatibus format.

Ad occidentem supra vicum Hinterrhein et M. Bernardini collum, asperrima regio reperitur, absque dubio per ironiam Paradisi nomine decorata, quippe quae nihil nisi campos nivales glacialesve, ac deformium rupium stupenda fragmenta oculis ostendat. Ibi ad congeriei glacialis 8 l. longae editissimoque scopulo Tombohorn subiectae pedem, moles in murum ad 700 hexapodas altum exsurgit, unde 12 rivi sese praecipitant, et fluminis praecipuos fontes efficiunt.

Duae viae commodissimae, carris aliisque vehiculis accessae, nuper stratae per montes Spelugam et Bernardinum dorsum australe superant, ac communicationi inter Germaniam Italiamque superiorem inserviunt. Quapropter hominum merciumque meatus per anni maximam partem continuus, bonis istius asperae regionis incolis quaestum haud spernendum suppeditat.

Plantae rarae cum vallis ipsius, tum montium conterminorum hucusque non satis sedulo investigatae fuerunt, ut absque omni dubio quam plures rarissimae stirpes in eo tractu ignotae latitent. Occurrunt tamen utique *Achillea moschata* Jacq., *Anemone alpina β sulphurea (An. apiifolia* Sut.), *Antirrhinum alpinum*, *Cardamine resedifolia* (ad Rheni fontes), *Carex iuncifolia* All., *Centaurea phrygia*, *C. uniflora* (?), *Cirsium heterophyllum* Dec. *α* foliis indivisis *(Carduus helenioides* Sut.; rarum), *Festuca ovina δ (F. vivipara* Sm.; ad Rheni fontes), *F. Scheuchzeri* N., *Gentiana glacialis* Abr. Thom., *Geranium lividum* L'Hér., *Hieracium aureum* Vill. *(Leontodon* L.), *Iuncus triglumis*, *Lilium Martagon*, *Luzula spadicea* Dec. *(Iuncus* All.), *Pedicularis recutita*, (prope Ebi) *P. verticillata*, *Phyteuma betonicaefolium* Vill., *Poa laxa* Haenke (ad Rheni fontes), *Potentilla grandiflora* (ibidem), *Primula longiflora* All. (in M. Bernardino nuper detecta; v. Misaucina vallis), *Prunus Padus*, *Rhodiola rosea* (ad Rheni caput), *Salix foetida* Schl. *(alpina* Sut.), *S. phylicifolia* I *stylosa* *κ rhaetica* (ad Rheni fontes), *Sedum atratum*, *Sedum saxatile* All., *Sempervivum arachnoideum*, *S. montanum*, *Trifolium alpinum*, *Veronica alpina.* — V. Spluga, Bernardino, Hinterrhein, Ilanz.

Rhenifelda. V. Rheinfelden.

Rheni vallis. V. Rheinthal.

Rhenus, der Rhein, le Rhin, omnium Helvetiae fluminum maximum nobilissimumque, magnam eius partem, scilicet eura-borealem, longo suo cursu, quasi semicirculo circumscribit. In summa Rhaetia, ad ipsum focum Gotthardianum duos principes suos fontes habet (V. Rhaetia, Disentis, Hinterrhein, Rheinwald). Quibus tertius accedit minor, in summa valle Medels, ad M. Cornero pedem scaturiens, unde nascitur amniculus, Rheni medii nomine notus, qui prope Disentis in Rhenum anteriorem effunditur. Anterior etiam Reichenoviae sese cum posteriori coniungit, ac viribus auctis reliquam Rhaetiae borealem vallem

irrigat, hanc iuxta D. Luciae fauces relinquit, et inter pagum Sangallensem dominiumque Austriacum perpetuo boream petens, tandem ad lacum Bodamicum infra Rheineck pervenit.

Hucusque navium impatiens, nonnisi ratibus, quibus accolae inter Reichenau et lacum vulgo utuntur, sese submittit. Constantiae quasi per brevem canalem Bodamicum et Inferiorem lacum coniungit. Ad oppidum Stein, denuo in alveum coarctatus, cursum redintegrat, ac inde semper occidentem versus progrediens, Helvetios a Germanis plerumque dividit. (V. Scaphusia, Rheinfelden, Basilea). Basileae subito ad angulum fere rectum boream versus convertitur; tunc Helvetia relicta, alveoque semper magis dilatato, inter Galliam et Germaniam limitem statuit, postea in Germaniam penetrat, et, cursu ad occidentem rursus inflexo, tandem apud Belgas, varie divisus ac mire attenuatus, in Oceanum Germanicum effunditur. Omnes Helvetiae interioris aquas secum aufert: in Rhaetia nempe, praeter alios innumeros rivos torrentesque, amnis Glenner, prope Ilanz, furibunda tetraque Nolla et placidior Albula, illa paulo supra, haec infra Thusis, Plessura Curiae, impetuosa Landquarta inter Malans et Marschlins, Illia (die Ill) aquis ditissima, ex Alpibus Tyrolensibus descensa, infra Feldkirch, Duria, ut et Tigurina Tössia inter Eglisau et Kaiserstuhl, Arola Limagi, Ursae et sexcentorum insuper amnium tributis superbiens supra Waldshut, denique pulchra Birsa Basileae in Rhenum effunduntur. I. C. Escherus, cuius nomen egregium Lintha statim in memoriam revocat, supputavit molem aquarum, quas Rhenus per annos 1809—1821 secum abduxit ad 899,477,948 ad 1,311,836,102 orgyarum cubicarum (illam nempe anno 1819 minimam, hanc vero maximam 1816), aestimandam esse.

Naves lacus Bodamici, propter magnam fluminis cataractam, Scaphusiae cursum sistunt. Navigationem eius prope Laufenburg vortices fluctuumque aestus pe-

riculosam faciunt; nihilominus iam ab illis celebribus rupibus unde flumen terrifico cum fragore sese praecipitat, naves permultae undas eius sulcare solent. Pisces multos, eosque optimos alit, quos inter praestantissimi esse putantur Salmones, qui, mari relicto, usque in Helvetiam perveniunt, ac eis similes neque minus delicati, quos incolae Rheinlanken (Salmo Salar) nominant; hi potissimum in lacu Bodamico degunt, sed saepe frequentes in Rhenum, tum supra Rheineck, tum ex alia parte usque ad cataractam penetrant.

Ad istius superbi fluminis ripas permultae crescunt stirpes rarae pulchraeque, quarum pauciores selectas citare nobis sufficiat. Ad Rheni posterioris fontes: *Festuca ovina* δ (*F. vivipara* Sm.), *Poa laxa* Haenke. — E regione arcis Rhäzüns: *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis* L.). — Prope Ilanz (etiam circa Werdenberg: *Andropon Ischaemum.* — Infra Marschlins et in glareis inter Rhenum et Landquartam: *Chondrilla prenanthoides* Vill., *Hieracium florentinum* All. I (*H. praealtum* Vill.), et II (*H. piloselloides* Vill.), *Oxytropis pilosa* Dec. (*Astragalus* L.). — Prope Forsteck: *Antirrhinum alpinum*, *Artemisia Absinthium*, *Tamarix germanica.* — Rhenifeldae, in insula: *Carduus crispus*, *Diplopappus dubius* Cass. (*Aster annuus* L.), *Verbascum Lychnitis* β floribus albis. — Inter Rhenifeldam et Augustam Rauracorum: *Bromus inermis.* — In insula prope Augustam: *Arundo Pseudo-Phragmites* Hall. fil. β *maior* (*Ar. effusa* Gmel.) — Basileae *Agrostis canina* β (in insulis), *Allium Schoenoprasum* α *riparium*, *Festuca glauca* Lam., *Hippophaë rhamnoides*, *Scirpus maritimus*, *Sc. triqueter*, *Scrofularia canina*, *Triticum caninum* Schreb. (*Elymus* L.). — Ceterum videantur praecipua loca ad fluminis ripas sita.

Rhodanus, le Rhône, die Rhone, ingens pulchrumque Helvetiae flumen, rapiditate insignissimum. Fontes eius in summa Valesia ex illis maximis mirabilibusque molibus glacialibus, quibus nomen suum indidit, scaturiunt. Istae moles, in summa sua parte 7280,

in infima autem 5130 p. s. m. elatae, et in tractum decem fere leucas longum sese porrigentes, ad M. Galenstock clivos et infra M. Furcam leniter descendunt, in ima sua parte flabelli formam adfectant, profundis rimis varie sulcatae, innumeris columnis, obeliscis, pyramidibus ac truncis undique rigent, ac per aestatem provectam porticum altissimam, pulcherrime hyalinam caesiamve, ad templi seu basilicae crystallinae instar, unde scaturiens amnis vallem tranquille petit, efficiunt. In hancce stupendam Rhodani urnam facile quidem, sed, propter glaciei fragmenta passim a sublimi fornice decidentia, neutiquam absque omni periculo penetrari potest. Paulo infra moles glaciales ad montis Saasberg torrentis ripae dextrae imminentis pedem, tres fontes, quorum saltem unus aquam subtepidam fundit, haud procul a frigido rivo perennes scaturiunt, undasque suas, quas alpigenae pro Rhodani genuina origine habent, cum eo coniungunt. Inde flumen totam magnam Valesiorum vallem, usque ad urbem Octodurum, plerumque austro-occasum, atque porro ad lacum Lemanum borea-occidentem petens, percurrit. In eo cursu circiter 80 rivi torrentesve, quorum praecipui sunt Vispa et Druentia (la Durance), cum Rhodano coniunguntur. Fere duas leucas supra ostium navibus submitti incipit. Ab Octoduro usque ad lacum, quocum tripartitus commiscetur, limitem inter pagum Vaudensem Valesiamque statuit. Tota Lemani longitudine superata eoque lacu Genevae relicto, Arvae aquis adaugetur, cursuque velocissimo primum per agrum Genevensem, mox vero inter Galliae et Sabaudiae provincias, ad fauces illas, quibus prope Clusiam arcem (le fort de l'Écluse) iugum Iuranum cum Alpibus connectitur, pervenit. Ad istas fauces flumen summopere coarctatum, ac tandem in rupium rimas cavernasque profundas penetrans, per fere ducentorum pedum spatium, intra terrae praecordia volvit undas. Postea rursus in conspectum veniens, ad austrum flectitur, ac per felices Galliae Narbonensis campos mare Mediterraneum petit.

Inter plantas insignes secus Rhodani ripas nascentes *Typha minima* Hoppe (*minor* Sm.) citari meretur, quippe quae iam supra Sideram et inde usque ad Lemanum, deinde Genevae ac per fluminis reliquum cursum usque ad Arelati regionem passim observetur. Ceterum in littoribus eius frequentes occurrunt: *Asparagus officinalis* (in insulis, vulgo), *Hippophaë rhamnoides*, *Ranunculus reptans* (Octoduri), *Salix triandra*, *Tamarix germanica*, etc. — Tum ad pulcherrimas unde scaturit moles glaciales: *Achillea nana*, *Ach. thomasiana* Hall. fil. (prope pagulum Unterwasser), *Androsace pennina* N., *Avena versicolor* Vill., *Bupleurum stellatum*, *Cirsium heterophyllum* Dec. *α integrifolium* (*Carduus helenioides* Sut.), *Gentiana hybrida* Schl., *G. punctata*, *G. purpurea*, *Hieracium albidum* Vill. (*intybaceum* Sut.), *Iuncus triglumis*, *Koeleria hirsuta* N. (*Festuca* Hall. fil.), *Pedicularis recutita*, *P. rostrata*, *Phleum commutatum* N., *Phyteuma Halleri* All. (*ovata* Willd.), *Poa sudetica* Schrad., *Ranunculus pyrenaeus*, *Salix foetida* Schl. (*alpina* Sut.), *S. hastata* (*Arbuscula* Sut.) *γ viburnoides*, *S. helvetica* Vill. (*arenaria* auct.) *α*, et *ε macrostachys*, *S. herbacea*, *Senecio incanus*, *Soldanella Clusii* Schmidt (rarissima). — Prope arcem Clusiam et ad Rhodani interitum (la perte du Rhône): *Allium angulosum α petraeum*, *Asparagus officinalis*, *Diplotaxis angustifolia* Dec. (*Sisymbrium* L.). *Helianthemum appeninum* Dec. (*Cistus* L.; rarissimum), *Populus alba* (copiose).

Richard, Aquileiensium mons alpinus, plantis ditissimus, saepe a magno Hallero citatus. Ibi potissimum occurrunt: *Achillea macrophylla*, *Androsace alpina* N. (*Aretia* L.), *Aquilegia alpina*, *Arabis hirsuta* Scop. (*Turritis* L.), *Ar. pumila* Wulff., *Artemisia Mutellina* Vill., *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Coronilla vaginalis* Lam. (*mimima* auct.), *Dracocephalum Ruyschiana*, *Eryngium alpinum*, *Festuca alpina* Sut., *F. Halleri* Vill., *Globularia nudicaulis*, *Lonicera coerulea*, *Myrrhis odorata* Scop. (*Scandix* L.), *Orchis vi-*

ridis Crantz (*Satyrium* L.), *Phaca frigida* Jacq., *Salix hastata* (*Arbuscula* Sut.), *S. helvetica* Vill. (*arenaria* auct.), *Senecio Doronicum*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *Viola calcarata* II *caulescens* (*V. grandiflora* Sut.).

Richen. V. Riehen.

Riddes, vicus Valesiae inferioris, ad Rhodani ripam sinistram, inter Saint-Pierre et Saxon situs. Prope hunc locum proveniunt: *Atriplex hortense*, *Centaurea paniculata*, *Gnaphalium luteo-album* (circa Nenda, et inter utrumque vicum, ad viam), *Hemerocallis fulva*, *Hieracium lanatum* Vill. (*Andryala* L.), *Melissa officinalis*, *Populus alba* (prope pontem), *Ranunculus sceleratus*, *Typha angustifolia* (Econaz versus), *Viola mirabilis* (ibidem). — Ad clivum rupestrem prope pagulum Iserabloz: *Astragalus Onobrychis*, *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *pilosa* Dec., *Ox. uralensis* Dec., *Sisymbrium pannonicum* Jacq. (in sylvula proxima; huic stationi intra Helvetiae fines proprium).

Riehen, vicus pagi Basileensis, trans Rhenum, ad viam, qua in magnum ducatum Badensem, Lörach versus itur, situs, ac fere 1. una ab urbe Basilea distans. In regione vicina multae stirpes insigniores observatae sunt. Huc pertinent: *Adoxa Moschatellina* (Neuhaus versus), *Agrostis vulgaris* γ (*Agr. pumila* Sut.), *Aira caryophyllea*, *Allium vineale* (circa Klein-Riehen), *Anthemis tinctoria* (rarissima), *Caucalis infesta* Curt. α (*C. helvetica* Sut.), *Centunculus minimus*, *Chenopodium polyspermum*, *Conium maculatum*, *Corydalis solida* N. (*Fumaria* Hoffm.), *Draba muralis* (rara), *Epilobium Dodonaei* Vill. (*rosmarinifolium* Haenke), *Galium parisiense* II (*G. anglicum* Huds.; circa Klein-R.), *Herniaria hirsuta*, *Holcus mollis*, *Iasione montana*, *Leersia oryzoides* Willd. (*Phalaris* L.; prope Klein-R.), *Lythrum Hyssopifolia*, *Nasturtium sylvestre* R. Br. (*Sisymbrium* L.; rarum), *Peplis Portula* (Wylam versus), *Prunella laciniata* auct. helv., *Scirpus acicularis* (circa Kl. R.), *Viola canina* var. floribus albis.

Rifferschwyl, Tigurinorum vicus, inter montem Albis et Knonau situs. Ibi inventae fuerunt: *Eriophorum gracile* Koch (*triquetrum* Hoppe), *Hemerocallis fulva* (ad rivum Ionen).

Riggisberg, dominium nobile, cuius terrae prope Rüggisberg iacent, passim in flora helvetica perperam pro Rüggisberg (quod videas) citatum.

Rigi. V. Regius mons.

Rinkenberg, vicus pagi Bernensis, ad ripam borea-occidentalem lacus Brientini situs. Ibi provenire dicuntur: *Allium carinatum*, *Athamanta Libanotis β maior*, *Teucrium montanum*.

Ripa, ital. Riva, ad lacunam Chiavennensem. Locus 2 l. ab urbe Chiavenna distans, propter malignum aërem aestate, ac praesertim autumno ab incolis fere omnibus deseritur. Regio nempe vicina ex magna parte vastis paludibus constat, ut febres quotannis per eam tempestatem dirae grassari soleant. Ceterum istae paludes multas stirpes raras gignunt. Prope Ripam inveniuntur: *Andropogon Gryllus*, *Campanula spicata*, *Celtis australis* (ad sepes), *Centaurea nigrescens* Willd. (*dubia* Sut.), *C. splendens*, *Cistus salvifolius* (pulcherrima planta), *Clematis recta*, *Cyperus Monti*, *Cytisus nigricans*, *Erica arborea* (huic tractui vicinaeque valli Tellinae inferiori propria), *Galium purpureum*, *Nasturtium pyrenaicum* R. Br. (*Sisymbrium* L.), *Parietaria diffusa* M. et K. (*iudaica* auct.), *Phytolacca decandra*, *Poa pilosa*, *Scirpus mucronatus* (rarissimus), *Sc. triqueter*, *Trapa natans* (in lacu).

Aliud exstat oppidulum eiusdem nominis ad lacus Luganensis sinum euro- australem, e regione vici Capo di lago situm.

Riparius lacus, der Wallensee v. Wallenstadtersee. Maxima eius pars ad pagum Sancto-Gallensem pertinet; australis vero ripae dimidium in Glaronensium ditione situm est. Vix ultra 4 l. longus, ac ne quidem unam integram leucam latus, ab euro recta occidentem versus sese porrigit. Secus ripam bo-

realem extollitur iugum Kuhfirsten s. Churfürsten dictum, quod vallem Toggicam a Castris Rhaeticis dissepit. In ripa opposita montes Glaronenses scopulis Frohnalp et Mürtschenstock subiecti, orientem versus eundo mitescunt, pulchrisque pascuis abundant. Per aestatem Eurus mane, horis autem pomeridianis Zephyrus in ea valle dominari solet; quibus interruptis vicibus, timendum est ne qua procellae repentino coortae traiectum lacus periculosum faciant, ut facillime fieri potest: utraque enim sed potissimum borealis ripa, ob ingentes horrendosque rupium altissimarum abrupte in ipsas undas descendentium parietes littora obsidentes, nonnisi paucissima loca, ubi nautae appellere queant, ostendit. Quapropter ex oppido Wallenstadt matutino tempore, Vesenae vero post meridiem viatores navem conscendunt. Ceterum accolae tempestatis signa optime norunt, nautas habent prudentes ac peritos, ut, non obstantibus procellis saepius in ista regione furentibus, naves rarissime quid detrimenti patiantur. Ceterum natura benigna manu lacus Riparii littora decoravit, quippe quae magnam scenarum sublimium varietatem et multos prospectus vere pictorios praebeant. In borealis ripae parte occidentali, supra rupes amoenissimi montis Ammon viridia pascua, undique tuguriis consita oculum recreant. Ex istis aliquot pedum millia altis rupibus innumeri descendunt alpestres rivuli, varios saltus et insignes cataractas efficientes. Earum pulcherrimas in ripa boreali, haud procul a vico Quinten, gemini formant torrentes Serenbach et Bayerbach, qui demum in angustissima quadam cratera, accessu neutiquam difficili, in unum coëunt.

Prope Wallenstadt amnis die Seez dictus, in valle Weistannen ortus, cum lacu sese confundit; Lintha autem paulo supra Vesenam eum ingressa, rursum proxime idem oppidulum, scilicet per veteris Magae alveum correctum discedit (V. Lintha).

Riparius lacus multos bonosque pisces alit; in eius aquis maximi capiuntur salmones et salvelini (germ.

Rötheln), qui omnium delicatissimi habentur. — Ripas rupestres istius lacus hucusque viatores rei herbariae studiosi, praesertim nostris temporibus, haud satis diligenter investigaverunt, vix autem dubito quin pulchras stirpes proferant. Olim ab utroque Scheuchzero, nuper, sed nonnisi raptim a Cl. Wahlenberg visitatae sunt. — Plantae insigniores hactenus citatae: *Campanula latifolia* (rarissima), *Cardamine impatiens*, *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Cyclamen europaeum* (circa Mühlithal), *Hieracium Jacquini* Vill., *Laserpitium Siler*, *Lilium bulbiferum* (ad ripae borealis vicum Quinten). — V. Wallenstadt, Wesen.

Rippe (La), vicus pagi Vaudensis, paulo supra Crassier, ad iugi Iurani radices, et in Galliae confinio situs. Amoena regio vicina nonnullas stirpes raras profert. Prope ipsum pagulum in aquae ductibus laete viget *Potamogeton densus*. Supra vicum viamque ad villam Bonmont ducentem occurrunt: *Asarum europaeum*, *Carex alba* Scop., *C. dioica*, *C. stellulata* Good. (*echinata* Sut.), *Thalictrum angustifolium* I *jacquinianum*. — In sylvis Iuranis: *Festuca sylvatica* Vill., *Stellaria nemorum*, *Veronica montana* (parce).

Riva. V. Ripa.

Riviera (Val-). Sic nominatur vallis Lepontiae pars media, inter locum, ubi torrens vallis Blegno in Ticinum effunditur, et urbem Bellinzonam comprehensa. V. Lepontia vallis, Poleggio, Osogna.

Roc (St.). V. Gries.

Roche, (lat. Rupes), oppidulum rusticum, sed peramoenum pagi Vaudensis, inter Aquileiam et Pennilucum, ad Alpium Aquileiensium, in ea regione parietes praeruptos altissimosque efficientium radices situm. Domus inter arboreta pulchraque pomaria latitant. Rupes illae, quae loco nomen indiderunt, magna ex parte marmore griseo-rubente venisque albis distincto constant; divites efficiunt lapidicinas, ubi per fere totum annum multae exciduntur tabulae, quae serrarum aqua actarum ope, prope ipsum vicum, Vivisci et

Lausannae diffinduntur, poliuntur ac varie elaborantur. Istae lapidicinae petrefacta, speciatim pectinitas pulchrasque madreporas continent.

Magnus Hallerus Rupe sex annos commoratus est, dum Aquileiensium salinis fodinisque praeerat. Ibi maximam immortalis suae stirpium historiae partem conscripsit. Ad cuius operis confectionem regio vicina, plantis raris pulchrisque scatens, quam sedulo investigaverat, immensam praebuit suppellectilem. Iste scilicet terrarum angulus sub mitiori coelo iacens, nonnullas climatibus calidis proprias stirpes sponte sua profert; magnas divitesque paludes possidet, et iuxta rupes praeruptas ex Alpium cacuminibus herbae frigidae in imam vallem descendunt aut potius decidunt. Sic occurrunt 1) circa ipsum pagum: *Achillea Ptarmica*, *Allium carinatum*, *All. sphaerocephalum*, *Anthemis Cotula* (?), *Antirrhinum Orontium*, *Arabis hirsuta* Scop. (*Turritis* L.), *Betula alba γ frutescens*, *Bidens cernua*, *Bupleurum rotundifolium* (in agris), *Cakile rugosa* L'Hér. (*Myagrum* L. *M. perenne* Sut.; Chessel versus), *Calamintha Nepeta* Clairv. (*Melissa* L.; rara): *Campanula rapunculoides*, *Carduus crispus β* floribus albis, *C. nutans β* floribus albis, *Carex humilis* Leyss. (*clandestina* Good.; ad rivuli Furet fontem), *Carpinus Betulus*, *Chaerophyllum aureum*, *Chenopodium foetidum* Lam., *Cineraria alpina* Willd. (rarissima), *Convallaria Polygonatum*, *Cornus mascula*, *Coronilla Emerus*, *C. varia*, *Delphinium Consolida* (in agris), *Euphorbia Lathyris*, *Galium boreale*, *G. parisiense* L. Sut. I (*G. litigiosum* Dec.; rarum), *G. spurium* I *glabrum* (aux Saugettes; in Helvetia rarissimum), *Gentiana ciliata*, *Geranium sanguineum*, *Lathraea Squamaria* (in ipso pago), *Lathyrus Aphaca* (inter segetes), *Malva Alcea*, *Melampyrum cristatum*, *Melica ciliata* *M. uniflora* Retz, *Melittis Melissophyllum*, *Muscari* (*Hyacinthus* L.) *comosum* Mill., *M. racemosum* Mill. *Narcissus poëticus*, *Nepeta nuda* (rara), *Physalis Alkekengi*, *Polygala Chamaebuxus* (in adscensu ad Plan-

favey), *Prunella laciniata* auct. helv. (au Furet, aux Affurets et aux Gauges), *Pulmonaria officinalis*, *Pyrola rotundifolia* (aux Saugettes et à Baume), *Ruscus aculeatus* (ad rivi Furet fontem; rarior), *Samolus Valerandi*, *Scirpus setaceus*, *Senecio alpestris* N. (*saracenicus* Sut.), *Silene otites* Sm. (*Cucubalus* L.), *Stachys alpina*, *Stipa pennata*, *Teucrium montanum*, *Trifolium ochroleucum*, *Veronica Teucrium* II *Vahlii* (Aquileiam versus), *Viola hirta*, *Xanthium strumarium*. — 2) Circa pratum les Esserts: *Galium tricorne* With. (*Valantia Aparine* Sut.), *Melissa officinalis*, *Oenanthe peucedanifolia* Poll. — 3) Au pré Pourri: *Anemone ranunculoides*, *Crocus vernus* All., *Geranium sylvaticum*, *Lithospermum purpuro-coeruleum* — 4) Ad lapidicinas marmoreas rupesque vicinas: *Anemone hortensis* (supra molendinum; rarissima), *Arabis Turrita*, *Carex alba* Scop., *Chrysocoma Linosyris*, *Euphrasia lutea*, *Globularia cordifolia*, *Potentilla caulescens*, *Selinum nigricans* N., *Senecio Iacobaea* ββ *flosculosus*. — 5) In M. Praisse: *Cyclamen europaeum*, *Dentaria pinnata* Lam., iterum *Globularia cordifolia*. — 6) In paludibus: *Allium angulosum* β *palustre* (*All. senescens* L.), *Cardamine amara*, *Carex ampullacea* Good. (à la Rape), *C. intermedia* Good. (*arenaria* Sut.), *Cladium Mariscus* R. Br. (*Schoenus* L.; inter Vervey et le Furet, *Gentiana Pneumonanthe*, *Geranium palustre*, *Gladiolus palustris* N., *Hottonia palustris* (nuper ibi reperta), *Lathyrus palustris*, *Leersia oryzoides* Willd. (*Phalaris* L.), *Mentha sylvestris* δ *hybrida*, *Nasturtium palustre* Dec. (*Sisymbrium* Poll.), *Oenanthe fistulosa*, *Oen. peucedanifolia* Poll., *Ranunculus aquatilis* (*heterophyllus* Sut.), *R. Lingua*, *R. pantothrix* Brot. β *rigidus*, *R. sceleratus*, *Scirpus maritimus* (rarus), *Senecio paludosus*, *Sium latifolium* (rarissimum), *Sparganium natans*, *Spiranthes aestivalis* Rich. (*Ophrys* Balb.), *Thysselinum palustre* Hoffm. (*Selinum* L.; Chessel versus). — V. Arvel, Rennes.

Roffla, Rofflen, fauces rupestres perangustae et asperrimae inter valles Rheinwald et Schams (Se-

xamniensem) sitae, quas Rhenus posterior in alveum parvum redactus, ingenti cum fragore percurrit, haud procul infra vicum Sufers incipiunt, et paulo supra Andeer aperiuntur. — Plantae rarae: *Linnaea borealis* (affatim), *Primula rhaetica* N. (*minima* Roesch), *Saxifraga umbrosa* (??).

Rolle. V. Rotulum.

Romainmotier, (Romani monasterium), oppidulum pagi Vaudensis, ad montium pedem, in parva convalle fertili amoenissimaque, inter Lassara et Ballaigues situm. In eius vicinia occurrunt: *Acer opulifolium* Vill. (inter oppidum et Lesclées), *Anemone Pulsatilla* I *praecox*, *Cervaria Oreoselinum* Moench. (*Athamanta* L.), *Crocus vernus* All., *Cypripedium Calceolus* (supra Iuriens), *Galium sylvaticum*, *Gentiana lutea*, *Monotropa Hypopitys* (in sylvis tum fagineis, tum abietinis reperitur utraque forma; differentiam tamen nullam fructus exhibere videtur), *Peucedanum Chabraei* N. (*Selinum* L.; Lapraz versus), *Poa nemoralis* I *β cirrhosa* (var. rara), *Potentilla micrantha* Ram. (in quercetis, vulgo; etiam octobri florens), *Ribes alpinum*, *Rosa alpina*, *Spiranthes autumnalis* Rich. (*Ophrys* Balb. *Ophr. spiralis* L.; ad viam inter balneum St.-Loup et Croix, copiose), *Trollius europaeus* (autumno etiam saepe iterum florens), *Tussilago Petasites* (ad rivos, copiose).

Rosa (Mons), altissimarum Alpium Pedemontanarum focus, ac saltem altitudine ipsius Mont-Blanc, cuius tamen maiestate longe superatur, aemulus. In Valesiae confinio situs, boream versus supra summam D. Nicolai vallem, ad austrum supra valles Dobbia et Vallaise exsurgit. Secundum illustriss. de Saussure mensuram trigonometricam summus M. Rosae vertex 14,580 p. s. m. elevatus est; Vir egregius putabat montis Albi altitudinem absolutam ad 14700 p. aestimandam esse. Sed diligentes et accuratissimae observationes trigonometricae a Cl. Roger institutae, iterum atque iterum repetitae huic giganteo scopulo altitudinem

14,796 p. s. m. adsignant, ut istorum duorum, totius Europae editissimorum montium differentia ad 216 p. supputari posset. Verum Cl. Herschel, illius celeberrimi astronomi filius, hanc differentiam 1000 p. efficere contendit; is enim mense septembri 1821, clarissimi Zumstein, cui primo per eundem annum summum M. Rosam conscendere contigerat, vestigia secutus, etiam feliciter eodem pervenit. — Regionis ad Rosae focum pertinentis stirpes hucusque parum cognitae fuerant. Certe tamen isti tractus alpestres, austrum versus porrecti, vastis nivosis montibus, immensisque glaciei congeriebus subiecti, plantis pulcherrimis ditissimi sunt.

Stirpes insigniores, quas in M. Rosa locisque vicinis collegit illustriss. Weldenius *): *Achillea Herbarota* * All., *Ach. moschata* Jacq., *Ach. nana*, *Aconitum Anthora* (stirps Iurana quidem, sed in Alpibus Helveticis nuper nusquam visa), *Agrostemma Flos-Iovis*, *Allium moschatum* *, *Alyssum alpestre*, *Androsace (Aretia* L.) *alpina* N., *Andr. pennina* N., *Andr. tomentosa* N. (*Aretia* Schl.), *Anemone Halleri* All., *Apargia crocea* * Haenke, *Aquilegia alpina*, *Aretia Vitaliana* N. (*Primula* L.), *Arnica Doronicum* Jacq., *Artemisia glacialis*, *Asperula laevigata* *, *Astragalus exscapus*, *Astr. leontinus* Jacq., *Atragene alpina*, *Avena subspicata* Clairv. (*Aira* L.), *Av. versicolor* Vill., *Betula nana*, *Bupleurum Gerardi* * Jacq., *B. graminifolium* * Vahl, *B. iunceum* *, *Campanula Allionii* * Vill., *Cardamine asarifolia* *, *Carduus acanthoides*, *Carex bicolor* All., *C. depauperata* * Good. (*triflora* Willd.), *C. ericetorum* Poll. (*globularis* Sut.), *C. hispidula* N. (*fimbriata* Schk.; „nonnisi ad M. Sylvium „; v. W.), *C. iuncifolia* All., *Centaurea uniflora*, *Cerastium grandiflorum* * W. et K., *Cineraria longifolia* * Jacq., *Cirsium heterophyllum* Dec. et *integrifolium* (*Cnicus helenioides* v. W.), *C. rigens* N. β *laevigatum* (*Cnicus Cervini*

---

*) V. Monographie des Monte Rosa, 1824. — P. 63-66. — Stirpes in Helvetia nondum inventas asterisco (*) designavimus.

Emm. Thom.), *Crepis alpina* * (olim in M. Generoso visa), *Dianthus alpinus* *, *D. glacialis* Haenke (*neglectus* Lois.), *D. plumarius* *, *Digitalis purpurea*, *Draba alpina* * v. W. (an L.? aut *Dr. Aizoon* Hoppe?), *Erigeron Villarsii* Willd., *Galium helveticum* Weig. (*saxatile* Sut. *baldense* Pollini), *G. saxatile* v. W. (*hercynicum* Weig.?), *Gentiana glacialis* Abr. Thom., *Geum reptans*, *Gypsophila prostrata* *, *Hieracium albidum* Vill. (*intybaceum* All.), *H. grandiflorum* All., *Hypochoeris uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq.), *Iberis cepaeaefolia* * Wulff., *Ligusticum peloponnesiacum*, *Linnaea borealis*, *Orchis sambucina* β (*Orch. incarnata* L.). *Papaver aurantiacum* * Lois., *Pedicularis comosa* *, *P. gyroflexa* Vill., *Phyteuma comosum* * (prope San Giuseppe et Allogna), *Potentilla frigida* Vill. (*norvegica* Sut.), *P. multifida*, *Primula longiflora* All., *Pr. marginata* * Curt., *Ranunculus rutaefolius*, *R. scutatus* * W. et K., *Rhodiola rosea*, *Saussurea alpina* Dec. (*Serratula* L.), *Saxifraga aspera* I *elongata*, et II (*S. bryoides* L.), *S. hypnoides* *, *S. pedemontana* * All., *S. retusa* * Gouan (*purpurea* All.), *S. sedoides* * Jacq., *S. Seguieri* Spreng., *Sedum alsinefolium* * All., *S. altissimum* * Poir. (*Sempervivum* L.), *S. stellatum* *, *Sempervivum globiferum*, *S. hirsutum* *, *Senecio abrotanifolius*, *S. linifolius* *, *S. rupestris* * W. et K., *Silene vallesia*, *Smyrnium perfoliatum* * (nella val Sesia), *Spergula glabra* Willd., *Statice Armeria*, *St. plantaginea* Dec., *Veronica Allionii* * Vill., *V. nummulariaefolia* * All., V. *pinnata*. — In M. Turlo: *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* β *viscosa* * Dec. (*Astr. viscosus* Vill.), *Potentilla norvegica* *, *Saponaria lutea*. — Ad montis Turlo radices supra Macugnaga: *Asperula laevigata* *, *Galium saxatile* v. W. (*hercynicum* Weig.)?.

Rosey v. Rose (Le), pagulus Valesiae inferioris, Alpibus subiectus, ad Rhodani ripam dextram, et fere regione loci, ubi amniculus Triens ex rupibus erumpit, situs. In eius vicinia occurrunt: *Callitriche verna* δ *tenuifolia* Dec. (prodr. 3. p. 71), *Cervaria alsatica* N.

(*Peucedanum* L.) β *albiflora* (*Selinum venetum* Spreng.; cis Alpes rarissima), *Colutea arborescens*, *Dracocephalum austriacum* (pulchra stirps, huic tractui propria), *Hieracium Jacquini* Vill., *Hyssopus officinalis*, *Oxytropis pilosa* Dec. (*Astragalus* L.), *Potamogeton densus*. — Circa Outre-Rhône: *Cardamine amara* β floribus purpureis (var. infrequens), *Orchis coriophora*.

Rossberg (Der), s. Ruffi, mons ad brecciae (Nagelfluh) formationem pertinens, in Suitensium Tugenorumque pagis, inter Tugenum et Egerium lacus situs, supra infelicem vallem Goldau, quam diris ruinis anno 1806 penitus obruit, ac fere e regione M. Regii, ad altitudinem 4817 p. s. m. extollitur. Plantas in eo monte nascentes observavit Cl. Wahlenberg, ac potissimum ab eo citantur: *Carex stellulata* Good. (*echinata* Sut.), *Chlora perfoliata*, *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Gentiana Pneumonanthe*, *Rhododendrum hirsutum*, *Thalictrum aquilegifolium*.

Rossboden (Der), alpestris tractus ad magnum Gotthardi facum pertinens, eiusque partem omni respectu valde insignem efficiens, inter pascua Ober-Alp et Unter-Alp dicta comprehenditur. Hucusque potissimum a Cl. Wahlenberg visitatus et investigatus fuit. Testante Viro celeberrimo, clivus septentrionalis Alpi superiori imminens suffruticibus alpinis plantisque nivalibus abundat; meridionalis vero supra Alpem inferiorem inclinatus, laetissimis pascuis, qualia in eadem altitudine alibi vix invenire queas, gaudet. Summae eorum casae pastoriae, quae proprie Rossboden nominantur, ad 6770 p. s. m. elevatae, et, ut perhibet auctor, totius Helvetiae septentrionalis altissimae sunt. Illis adhuc pascua alia, etiam fertilia usque ad aristam Rossbodengrat, 7583 p. s. m. elatam, impendent. Denique totius montis cacumen summum, ad coni truncati formam accedens absoluta altitudine 8735 p. metitur. Neque tanta obstante elevatione, limitem solitum nivalem absque dubio haud parum superante, per anni menses calidiores totus iste tractus alpestris scopulique

vertex nivibus liberi sunt, ut in ipsius Rossbodenstock plana summitate, quae satis amplum spatium amplectitur, pulchrae stirpes alpinae frequentes laetaeque vigeant. Ibi etiam Alpium centralia iuga oculis spectaculum incomparabile praebent. — In eo perinsigni tractu praesertim a Cl. Wahlenberg lectae fuerunt, et quidem 1) in pascuis Rossboden: *Achillea moschata*, *Anthericum Liliastrum*, *Anth. serotinum*, *Campanula barbata* β floribus albis (Cl. Reynier), *Carex foetida* All., *Gnaphalium alpinum*, *Hieracium pilosellaeforme* Hoppe (stirpem praeraram ibi detexit Cl. Schleicher), *Iuncus Jacquini*, *I. trifidus*, *Pedicularis tuberosa*, *Polygonum Bistorta*, *Ranunculus pyrenaeus*, *Rhodiola rosea*, *Salix reticulata* β *sericea*, *Saxifraga exarata* Vill. ββ *viscida* (Cl. Schleicher), *Trifolium badium* Schreb. (*spadiceum* Sut.). — 2) In ipso culmine Rossbodenstock: *Achillea nana*, *Arnica scorpioides*, *Avena subspicata* Clairv. (*Aira* L.), *Gentiana bavarica* β *subacaulis*, *Oxytropis campestris* Dec. (*Astragalus* L.), *Pedicularis rostrata*, *Phaca frigida* Jacq., *Saxifraga caespitosa* I *legitima* (etiam in pascuis Rossboden).

Rosselana, Rosselena, Rosselinaz. V. Iavernaz.

Rossinière, pagus subalpestris Vaudensium, infra Castrodunum (Château-d'Oex), in Sarinae ripa dextra situs. — Plantae rariores: *Elymus europaeus*, *Erigeron alpinus*, *Potentilla intermedia*, *Rosa rubrifolia* Vill. (Castrodunum versus), *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis* L.; à la source de la Chaudane).

Rosslen, mons iugi australis Abbatiscellanorum, supra Sax magnae Rheni inferioris valli imminens. — Plantae rariores: *Arabis pumila* Wulff., *Hieracium angustifolium* Hoppe, *H. hyoseridifolium* Vill., *H. pilosellaeforme* Hoppe, *H. villosum* δ *intermedium*, *H. valdepilosum* Vill. (omnia perrara), *Kobresia scirpina* Willd. (*Carex Bellardi* All.).

Rothenbrunn, Fons ruber, balneum pagi Rhaetorum, in valle Domestica, ad Rheni posterioris

ripam dextram, inter Reichenau et Feldis situm. Prope hunc locum occurrunt: *Narcissus Pseudo-Narcissus*, *Stipa Calamagrostis* Whg (*Agrostis* L.: e regione arcis Rhäzüns), *St. capillata* (ad rupes).

Rothenfluh, pagulus agri Basileensis, haud procul ab Argoviae limitibus, et prope Farnsburg situs. Ibi provenit *Cynoglossum montanum* Lam.

Rothenhorn. V. Lucernensis pagus.

Rothstock, mons Angelimontanorum, in pago Subsylvano; cacumina eius, nomine Sattel designata, alterum septentrionale ad 8080 —, alterum meridionale ad 8248 p. s. m. sicque longe supra terminum nivalem emergunt. Ibi a Cl. WAHLENBERG citantur: *Avena subspicata* Clairv. (*Aira* L.), *Draba tomentosa* Wbg. (ad nivium limites), *Geum reptans*, *Ranunculus glacialis*, *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.).

Roththal. V. Lauterbrunnen.

Rotulum, Rolle, oppidulum concinnum pagi Vaudensis, ad lacum Lemanum, inter Nevidunum Morgiasque situm, ac viniferae regioni la Côte subiectum. Urbem pulchra ambulacra, amoenissimi colles, vici, praedia elegantia splendidaeque villae undique circumdant. — Circa Rotulum proveniunt: *Allium carinatum*, var. umbellis mere bulbosis (in ambulacri sylvula, copiose), *Althaea officinalis*, *Cerastium arvense*, *Chaerophyllum temulum*, *Coronopus Ruellii* All. (*Cochlearia Coronopus* L.; in coemeterio), *Eryngium campestre* (inter Rotulum et Genevam frequentissimum, sed ubique in lacus ipsius vicinia), *Lepidium graminifolium* (*L. Iberis* Sut.; ad muros prope templum, parce) *Nasturtium palustre* Dec. (*Sisymbrium* Poll.), *Orobanche minor* Sutt. (circa Gilly), *Phleum phalaroides* Koel. (*Phalaris phleoides* L.), *Sium angustifolium*, *Stachys arvensis* (prope Perroy), *Trifolium fragiferum*, *Veronica Teucrium* I *latifolia* β *nana*, *Vicia sativa* V (*V. angustifolia* Roth; ad littora arenosa in extremo ambulacro).

Rougemont, magnus vicus ditionis Vaudensis in

summa valle Castrodunensi, ac Sarinae ripa dextra, prope pagi Bernensis limites situs. Priscorum praefectorum sedes, olim monasterium fuerat, cuius monachi iam anno 1481 officinam typographicam possidebant. Regio vicina, plerumque pulchris pomariis pascuisque constans, et Alpium clivis subiecta, propter habitationes sparsas, quibus undique obsita est, amoenissimum praebet adspectum. Ibi observata fuit elegans *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis* L.; Sanam versus).

Roulier. V. Brevine (La).

Rousses (Les), vicus montanus Gallicae ditionis, ad viam regiam, qua Neviduno Parisios itur, prope pagi Vaudensis limites situs, et montis Dolae clivo boreali subiectus. Regio vicina partim pascuis plus minusve aridis, partim campis asperrimis, sterilibus nec nisi cerealium aestivalium patientibus, partim denique paludibus profundis torfaceis, tristem lacum, vix unam leucam longum circumdantibus constat. Amnis Urba, e lacu egressus proximam vallem montanam Bois d'Amont dictam percurrit, unde in vallem Iugensem penetrat. Aquae enim partis orientalis huiusce terrarum tractus ad magnum Rheni craterem pertinent; contra partis occidentalis, omnes demum in Rhodanum effunduntur. Vicus ipse, ad utriusque systematis extremum limitem situs, secundum Cl. Roger mensuras 3494 p. s. m. elatus est. — Plantae insigniores: *Andromeda polifolia*, *Carduus multiflorus* N. (*polyanthemos* Schl.), *Carex acuta* (in rivulo prope lacum; rarissima), *C. ampullacea* Good., *C. curta* Good. (*canescens* auct.), *C. pauciflora* Lightf., *Comarum palustre*, *Drosera rotundifolia*, *Empetrum nigrum*, *Equisetum sylvaticum* (ad vias), *Eriophorum alpinum*, *Er. vaginatum*, *Neslia paniculata* Dec. (*Myagrum* L.), *Nuphar luteum* Sm. (*Nymphaea* L.), *Pedicularis sylvatica* (rara), *Sagina procumbens*, *Salix repens*, *S. versifolia* Wbg. (ad M. Dolae pedem), *Scheuchzeria palustris* (testante illustriss. de Saussure; nuper non amplius visa),

Scirpus caespitosus, *Sphagnum cymbifolium* Ehrh., *Splachnum ampullaceum*, *Swertia perennis* (etiam dumtaxat a Cl. DE SAUSSURE ibi observata fuit), *Viola palustris.*

Rovéréaz. V. Lausanna.

Ruchenette. V. D. Immerii vallis.

Rugen. V. Thun.

Rüggisberg, vicus pagi Bernensis, ad limites borea-orientales agri Friburgensis situs. Regionem vicinam collibus campisque fertilibus constantem sedulo investigavit Cl. TRACHSEL, qui ibi degit ac nobis tum multarum stirpium rararum specimina, tum amplam earum, quae in ea regione proveniunt, plantarum enumerationem benignissime suppeditavit. Utique citari merentur: *Actaea spicata*, *Antirrhinum spurium*, *Atriplex angustifolium* Sm. (*patula* Sut.), *Betula viridis* Chaix, *Bromus velutinus* Schrad., *Calamintha Acinos* Clairv. (*Thymus* L.), *Campanula pusilla* Haenke, *Carex hornschuchiana* Hoppe (*fulva* agr. helv.), *C. maxima* Scop., *C. pilulifera*, *C. tomentosa*, *C. pulicaris*, *Carlina acaulis*, *Caucalis daucoides*, *Centunculus minimus*, *Circaea alpina*, *C. intermedia* Ehrh., *Cirsium acaule* All., *C. rigens* N. (*Cnicus* Willd. *Carduus tataricus* Sut.), *Convallaria verticillata*, *Corallorrhiza Halleri* Rich. (*Ophrys Corallorrhiza* L.), *Crataegus Aria*, *Crocus vernus* All., *Cypripedium Calceolus*, *Danthonia decumbens* Dec. (*Festuca* L.), *Dentaria digitata* Lam. (*pentaphyllos* Sut.), *Dianthus Armeria*, *D. superbus*, *Elymus europaeus*, *Epipactis* (*Serapias* L.) *ensifolia* Sw., *Ep. latifolia* All. β *rubiginosa* (*atrorubens* Trachs.), *Ep. rubra* Sw., *Epipogium Gmelini* Rich. (*Satyrium Epipogium* L.; perrarum), *Erythraea pulchella* Fries (*Chironia* Sm.), *Euphorbia dulcis*, *Filago germanica*, *Fumaria parviflora* Lam. (*Vaillantii* Trachs.), *Galeopsis Ladanum* I *angustifolia* et II *latifolia* (*G. intermedia* Lam.; quae forma II utique verior *G. Ladanum* esse videtur; in arvis, parce), *G. ochroleuca* Lam. (*latifolia* Sut.), *Genista sagittalis*, *Gentiana Amarella* (*germanica* Willd.),

G. verna, *Gnaphalium dioicum*, *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.), *Heracleum Sphondylium* II (*H. angustifolium* Sut.), *Hieracium florentinum* All. II (*H. piloselloides* Vill.), *H. murorum* II *sylvaticum* (*H. Lachenalii* Gmel.), *H. paludosum*, *Hypericum humifusum* (rarum), *Lathyrus sylvestris*, *Leontodon Taraxacum* III *palustris*, *Malva moschata*, *Myosotis arvensis* Roth. (*intermedia* Link), *M. caespitosa* β *grandiflora* (*M. strigulosa* Rchb.), *M. versicolor* Roth (rara), *Narcissus odorus* *) (in sequentium consortio 1830 primum detectus; stirps rarissima, necdum in Helvetia nisi circa Genevam visa), *N. poëticus* (in pratis haud infrequens), *N. Pseudo-Narcissus*, et eius var. floribus plenis (ibidem, vulgo), *Nardus stricta*, *Oenothera biennis*, *Ophrys anthropophora*, *Ophr. apifera* Huds., *Ophr. arachnites* Hoffm., *Ophr. Monorchis*, *Ophr. myodes* Jacq., *Orchis albida* All. (*Satyrium* L.), *Orch. ustulata*, *Orch. viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Panicum glabrum* N., *Polygonum lapathifolium*, *Pyrola chlorantha* Sw., *P. media* Sw. (im Riedschachen, parcissime; intra limites nostros nusquam alibi reperta), *P. minor*, *P. secunda*, *P. uniflora*, *Ranunculus aconitifolius* γ (*R. platanifolius* L.), *Rubus tomentosus* Willd., *Scabiosa sylvatica*, *Scirpus setaceus*, *Scleranthus annuus* (var. *Scl. collinus* Hornung), *Sedum villosum*, *Senecio sylvaticus*, *Silene gallica* (perrara), *Spiranthes autumnalis* Rich. (*Ophrys* Balb. *Ophr. spiralis* L.), *Trifolium agrarium*? *Schreb.* (*aureum* Trachs.), *Tr. filiforme* Schreb., *Tussilago alba*, *T. alpina*, *Veronica montana* (rara), *V. urticaefolia* Jacq., *Viola pumila* Chaix γ (*V. ericetorum* Schrad.). — V. Schwarzwasser.

Rupes. V. Roche.

Rüschlikon, pulcher pagus ditionis Tigurinae, ad lacus ripam occidentalem situs, et ab urbe fere 2 leucis distans. Ibi crescere dicitur *Agrostis canina*.

*) Optime monente Cl. Trachsel, hanc pulchram speciem, haud minus ac propria nectarii indoles, germina intra spatham longissime pedunculata egregie distinguunt.

Rüti, pagulus ditionis Tigurinae, ad M. Legerii pedem nec procul lacu Felino situs. Ibi occurrit *Agrostis canina*.

Rüti, vicus perinde Tigurinus, inter Bubikon et Rapperschwyl situs. Ibi ante ecclesiae reformationem exstabat monasterium. A J. Scheuchzero in paludibus vicinis lectus est rarissimus *Scirpus mucronatus*.

Rüti v. Reuti. V. **Altstätten** et **Rheinthal**.

Ruz (Le val de), vallis pagi Neocomensis, fere 4 l. longa, hominibus scatens, et ultra viginti vicos continens, ad M. Chasseral in D. Immerii vallis vicinia incipit, austro-occasum petit, et in vallem ex emporio Chaux-de-Fonds descendentem supra oppidum Vallangin aperitur. Incolae agriculturae et pecorum educationis artibus sese penitus dedunt, quippe qui potissimum bona arva, prata multaque pascua possideant.

Plantae citatae: *Angelica montana* Schl., *Coronilla montana* Scop. (*coronata* Sut.; rarissima), *Hieracium murorum* III *ramosum*, *Lathyrus hirsutus*, *L. Nissolia* (circa St.-Martin et Engolon), *Plantago maior* γ spica pyramidali.

S.

Saas, Valesiae superae vallis, in magno Alpium iugo australi sita, ad montes Fetschhorn et Moro, qui eam a Pedemontana valle Macugnaga disiungunt, exoritur, et inde fere recta septentrionem petens, prope vicum Stalden cum D. Nicolai confluit valle, quacum 2 l. infra istum vicum ad oppidum Visp in magnam Rhodani vallem aperitur. Torrens perpetuo nivibus auctus, qui eam integram percurrit, est Vispa (die Visp) orientalis, quae etiam proxime vicum Stalden in Vispam occidentalem e D. Nicolai valle elapsam sese effundit. Vallis Saas a summa montium arista usque ad eius iunctionem cum occidentali ramo longitudine saltem 7-8 leucas metitur; sed ubique angustissima est, et inter Alpium arduos clivos arcte continetur. Orien-

tem versus asperrima vallecula Zwischbergen, hucusque parum nota, eam a monte Sempronio separat. Ceterum ipsam vallem Saas botaniphili saepe quidem, sed vix ulli alii viatores frequentare solent, quia omnibus ad vitae necessitudines spectantibus commodis, diversoriis atque viis, quae rhedarum ope percurri possint, prorsus distituta est. Quapropter incolae eius fere ab omni commercio cum cetera mortalium gente seclusi, penitusque suorum pecorum curae incumbentes, singulari morum simplicitate commendantur.

Summam vallis partem ingentes glaciei perennis congeries, immensique nivales campi obtinent. Ceterum tota quanta regio nonnisi paucissimos possidet vicos, quorum Saas praecipuus est. Supra eum pagus Fez, 2 elegantibus templis conspicuus, et viculus Allmengell (ital. Santa Barbara) vere alpinus, atque clivis glacie rigentibus sempiterna subiectus, inter montium angustias latitant.

Vallis Saas sulcum transversalem in montium primordialium iugo efficiens, haud minus ac D. Nicolai ramus fossilibus pretiosis, ut et stirpibus rarissimis perpulchrisque abundat. Maximam potissimum Graminum varietatem profert, ut fortasse nusquam in nostris Alpibus eorum tantam copiam citius ac ibi colligere queas.

Hucusque citantur: *Achillea moschata* Jacq., *Agrostemma Flos-Iovis*, *Agrostis purpurea* N., *Antirrhinum Bauhini* N. (*genistifolium* Sut.), *Artemisia nana* N. (stirps elegantissima, huic tractui propria), *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Astragalus exscapus* (rarissimus), *Astr. monspessulanus*, *Centaurea phrygia* β *helvetica*, *Centunculus minimus*, *Cirsium heterophyllum* Dec. I (*Carduus helenioides* Sut.), *Colchicum alpinum* Dec. (*montanum* All.), *Draba confusa* Ehrh. (inter Saas et Alpensimen; rarissima et dumtaxat in Vispae vallibus intra limites patrios lecta), *Dr. hirta* (perrara), *Erigeron Villarsii* Willd., *Festuca pilosa* Hall. fil., *F. valesiaca* N., *Gentiana glacialis* Abr.

Thom. (in M. Fey), *G. purpurea*, *γ intermedia*, *Geranium aconitifolium* L'Hér. (rarum), *Herniaria alpina* Vill., *Hypochoeris maculata*, *H. uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq.), *Laserpitium Halleri* All. (*hirsutum* Sut.), *Linnaea borealis* (infra Saas, Grächen versus), *Pedicularis rostrata*, *Phaca alpina* Jacq., *Phyteuma corniculatum* Clairv. I (*Ph. Scheuchzeri* All.), et II *Columnae* (?), *Pinguicula grandiflora* Lam. (corollis inflatis, pulchre coeruleis intus albo maculatis conspicua), *Poa alpina*, *P. nemoralis* IV *glauca* (*P. iuncea* Sut.), *Saussurea discolor* Dec. (*Serratula* Willd.), *Stipa Calamagrostis* Whg. (*Agrostis* L.), *Swertia carinthiaca* Wulff. (stirps pulcherrima, intra Helvetiae fines unice ibi visa), *Thalictrum foetidum* Dec., *Th. pubescens* Schl., *Trifolium saxatile* All., *Viola pinnata* (in M. Findela). — Prope vicum Fez ad sesquileucam supra Saas situm: *Attragalus leontinus* Jacq. (rarus), *Oxytropis pilosa* Dec. (*Astragalus* L.), *Phyteuma corniculatum* Clairv. I (*Ph. Scheuchzeri* All.). — In pascuis Alpensimen, quo intra 2 horas a vico Fez pervenitur: *Gentiana glacialis* Abr. Thom., *G. utriculosa* (ibi pulcherrimos edens flores), *Pinguicula grandiflora* Lam., *Senecio uniflorus* All. (perrarus). — In montium iugo, quo a valle Saas, per semitas difficillimas, intra 12-14 horas cum M. Ganter (ad Sempronii summitates pertinente) communicari potest: *Iuncus Jacquini*, *Hypochoeris uniflora* Vill. Ibidem ad fauces glaciales Bisti dictas: *Androsace alpina* N. (*Aretia* L.), *Cacalia leucophylla* Willd. (*tomentosa* Vill.; rara), *Eritrichium nanum* Schrad. (*Myosotis* Vill.), *Senecio uniflorus* All. In summo collo hisce faucibus imminente, stirpes eaedem iterum occurrunt. Inde ad descensum Sempronium versus: *Hieracium albidum* Vill. (*intybaceum* All.), *Phyteuma pauciflorum* (*globulariaefolium* Sternb. et Hoppe). — In Alpe Nieder-Alp 1/2 l. ab hospitio Semproniano distante: *Campanula excisa* Schl. — V. Grächen, Matmar, Moro, D. Nicolaus, Stalden.

Sacconex (Grand et Petit), vici pagi Genevensis,

prope urbem, inter eam et Fernex siti. In minoris Sacconex agro occurrunt: *Corydalis solida* N. (*Fumaria* Hoffm.), *Cucubalus bacciferus* (Genevensi ditioni proprius), *Gastridium lendigerum* N. (*Milium* L.; inter segetes; in ceteris Helvetiae pagis etiam omnino desideratur), *Pulicaria vulgaris* Gaertn. (*Inula* L.; rara), *Sison Amomum* (Florae Genevensis proprium quoque ornamentum).

Sagne (La), vicus montium Neocomensium, in eadem valle ac les Ponts situs, et fere 2 l. ab oppido Locle distans. Prope la grande Sagne indicatur *Ligusticum Meum* Crantz (*Athamanta* L.; pulchra stirps).

Saillon, vicus Valesiae inferioris, in Rhodani ripa dextra situs, et monti Dent de Morcles subiectus. In collibus vicinis laete vigent: *Clypeola Ionthlaspi* (perrara), *Ephedra distachya* (perinde), *Ficus Carica*, *Lonicera Caprifolium*, *Ononis Columnae* All. (*minutissima* Sut.), *Oxytropis uralensis* Dec. (*Astragalus* L.), *Potamogeton densus* (ad paludum fossas), *Scorzonera austriaca* Willd. (*humilis* Sut.), *Sium angustifolium* (in paludibus), *Trigonella monspeliensis* (rarissima), *Vicia onobrychioides*.

Salaeva, le Salève, mons Sabaudiae pago Genevensi conterminus, lacus Lemani ripae sinistrae imminens et una leuca ab urbe distans. Secundum celeberr. I. I. Escheri, quem et nostri nepotes Linthianum nominare amabunt, systema, mons iste adhuc ad Iuranum iugum pertinet. Lacum versus praeruptus ac omnino calvus, stratis calcareis albicantibus subque solis radiis renidentibus, iam procul conspicuus est. Summi eius verticis altitudo, loco Pitton v. aux treize arbres dicto, ad 4230 p. s. m. aestimatur. Pars orientalis, longe humilior, quam lacuna satis spatiosa a montis mole maiore separat, parvus Salaeva dicitur. Ad eius rupes Genevam versus sese extollentes, veteres castelli reliquiae pulcherrimae adhuc exstant; in minoris quoque montis dorso opposito, arx quaedam diruta optimo Gossio, artis chemicae peritissimo et

historiae naturalis amantissimo, asylum peramoenum otiaque gratissima olim aestivo tempore praebebat. Ibi anno 1815 scientiarum naturalium societatem Helveticam, cuius simul cum vener. Wyttenbachio, Bernate, praecipuus fuit conditor, hospitio accepit, ac eius primam sessionem laetus celebravit.

In plerisque montis partibus pulchri lacus crystallinum aequor, coeruleus Iurae tractus, planities vicinae undique pagis, villis praediisque consitae, ipsa Geneva, colli suo superbe insidens, iuxtaque rapidi Rhodani ripas porrecta, denique Alpium longissimum iugum, cuius innumeros vertices gigantei montis Albi sublimes scopuli longe superant, spectaculum incomparabile praebent, oculosque mirifice delectant. — Neque Salaevae rupes pascuave Florae ornamentis carent. Quapropter iam a veteribus temporibus usque ad nostros dies quotannis a rei herbariae amicis magistrisque sedulo visitatus est. Potissimum in eo monte inveniuntur: *Acer opulifolium* Vill. (in Salaevae minoris adscensu), *Actaea spicata*, *Allium rotundum* (parce; stirps rarissima), *Anthericum Liliago*, *Anth. ramosum Anthyllis montana* (in XIII arborum pratis; M. Dolae ac praesertim Salaevae propria), *Arabis arenosa*? Scop. (*Sisymbrium* L.), *Ar. auriculata* Lam., *Ar. Halleri* (??), *Ar. hirsuta* Scop. (*Turritis* L.) III (*Ar. sagittata* Dec.), *Ar. stricta* Huds., *Ar. Turrita*, *Athamanta cretensis*, *Atragene alpina* (nonnisi in eo monte Rhaetiaeque Alpibus apud nos visa), *Botrychium Lunaria* Sw. (*Osmunda* L.), *Bupleurum fruticosum* (testante b. Girod), *Cervaria glauca* N. (*Athamanta Cervaria* L.), *Convallaria maialis*, *C. multiflora*, *C. Polygonatum*, *Coronilla Emerus*, *Corydalis cava* Wbg. (*Fumaria* Fl. dan., *F. bulbosa α* L.), *C. lutea* Dec. (*Fumaria* Lam., *F. capnoides* Sut.), *Cyclamen europaeum* (au pas de l'Échelle supra Véry), *Cynoglossum montanum* Lam., *Cypripedium Calceolus* (prope Monetier), *Cytisus alpinus* Schkuhr, *C. Laburnum* (?), *Daphne alpina* (rara), *Doronicum Pardalianches* (haud infrequens), *D. scorpioides* Willd. (par-

cius), *Draba aizoides* (au pas de l'Échelle), *Epipactis rubra* Sw. *(Serapias* L.), *Erinus alpinus*, *Gentiana campestris*, *G. cruciata*, *G. lutea*, *G. verna*, *Helianthemum canum* Dun. *(Cistus* L.; *C. marifolius* Sut.), *Hieracium amplexicaule β minus*, *H. andryaloides* Vill. (ad montis minoris arcem occidentalem; stirps rarissima, huic monti, saltem var. α, propria), *H. flexuosum* Willd. *γ intermedium*, *H. florentinum* All. I *(H. praealtum* Vill.), *H. glaucum* All, *H. Jaquini* Vill., *H. valde-pilosum* Vill., *Hypochoeris maculata*, *Lappa tomentosa* Lam., *Lathraea Squamaria*, *Lepidium petraeum*, *Lilium Martagon*, *Lotus siliquosus*, *Lunaria rediviva*, *Neottia cordata* (?) Rich. *(Ophrys* L.), *Ononis rotundifolia* (extra Alpes rarissima), *Orchis nigra* Sw. *(Satyrium* L.), *Orch. pallens*, *Orch. pyramidalis*, *Orch. variegata* All. (rarissima, nec nisi a Raio visa), *Orobus niger*, *Plantago Cynops* (ditioni Genevensi propria), *Potentilla caulescens* (au Pas de l'Échelle), *P. petiolulata* N., *P. rupestris* (supra Mouneti s. Monestier), *Prunella laciniata* auct. helv., *Ranunculus lanuginosus*, *R. Thora* (?), *Rosa alpina*, *R. montana* Vill. *(R. rubrifolia ζ glandulosa* Ser.), *R. spinosissima* (copiose), *Rubus saxatilis*, *Sambucus racemosa*, *Salix phylicifolia* II *(S. nigricans* Sm.) *ϑ Cotoneaster*, *Saxifraga aizoon* Jacq., *S. granulata* (rara), *S. rotundifolia*, *Scabiosa alpina*, *Scilla bifolia*, *Scorzonera austriaca* Willd. *(humilis* Sut.), *Serratula nudicaulis* Dec. *(Centaurea*, unice ibi reperta), *Sesleria coerulea* Ard. *(Cynosurus* L.), *Sisymbrium acutangulum* Dec. *(Sinapis pyrenaica* Sut.) II *(S. Tillieri* Mur.), *Stipa Calamagrostis* Wbg. *(Agrostis* L.; extra Alpes rarissima), *Teesdalia Iberis* Dec. *(Iberis nudicaulis* L., rara), *Thalictrum aquilegifolium*, *Th. foetidum*? Dec. (Ray), *Th. minus* II *(Th. saxatile* Dec.), *Thesium alpinum* (à l'Ermitage), *Thrincia hirta* Roth. *(Leontodon* L.; rara), *Trifolium alpestre*, *Tr. arvense β exiguum*, *Trinia elatior* N., *Tr. Henningii* fl. helv. (perperam: est *Tr. glaberrima* Hoffm., quae *Pimpinella dioica* L.), *Valeriana tripteris* (in Helvetia austro-occidentali infrequens),

Veronica Teucrium II *Vahlii*, *Vicia dumetorum*, *Viola mirabilis* (?), *V. montana* (??), *V. pumila* Chaix γ (*V. ericetorum* Schrad.), *V. tricolor* II *arvensis* β *gracilior*.

Ad montis pedem insuper occurrunt; *Anchusa italica* Retz (Veyrier versus; Helvetiae austro-occidentali propria), *Campanula aggregata* Willd. α farinosa Rchb. (au bois de Veyrier necdum alibi in Helvetia observata est. V. fl. helv. VI in suppl.), *Carex gynobasis*, *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Cyclamen europaeum*, *Cypripedium Calceolus*, *Daphne alpina*, *Dentaria digitata* Lam. (*heptaphyllos* Sut.), *Mespilus tomentosa* Ait., *Ophrys aranifera* Huds. (prope Veyrier), *Phyteuma spicatum* β floribus coeruleis, *Prunella laciniata* auct. helv. (prope Étrembières), *Rosa gallica* I *pumila* (copiose), *Sparganium natans* β *minimum*) aux marais de Colonge).

Salanfe, pascua alpina Valesiae inferioris, infra montis dent de Midi altissimos scopulos sita. Ibi inventae fuerunt: *Achillea macrophylla*, *Aster alpinus*, *Betonica hirsuta*, *Bupleurum stellatum*, *Carex curvula* All., *Chrysanthemum alpinum*, *Dracocephalum Ruyschiana*, *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Imperatoria Ostruthium*, *Iuncus trifidus*, *I. triglumis*, *Laserpitium Halleri* All. (*hirsutum* Sut.), *Pedicularis recutita*, *Ranunculus pyrenaeus*, *Salix helvetica* Vill. (*arenaria* auct.), *Saussurea alpina* Dec. (*Serratula* L.), *Thalictrum foetidum*? Dec.

Salenche, oppidulum Sabaudiae, infra M. Albi latera occidentalia, prope viam, qua Geneva in vallem Chamouny itur, situm. *Triticum monococcon* prope hunc locum colitur; ibi etiam rarissimum occurrit *Isopyrum thalictroides*, hucusque infra Helvetiae limites nonnisi nuperrime in ditioni Genevensi rite recognitum.

Salges. V. Varona.

Salvadore (San), mons pagi Ticinensis, ad austro-occasum Lugano imminens, et 1980 p. supra lacum

Cerisium elatus. Ab urbe intra 3-4 horas in eius verticem pervenitur. Ibi observator spectaculo gaudet pulcherrimo. Immensae scilicet Alpium coronae longissimus tractus a Valesiae scopulis usque ad Rhaeticos montes, pulchrum Luganum, undique hortis, vineis, campis fertilissimis villisque ornatissimis circumdatum, ipse amoenissimus lacus, multos variosque efficiens sinus, innumeri fere colles frequentibus vicis, domibus templisque consiti, denique per lacunam euro-austrum versus inter montes Riva et San Giorgio, atque Generosum hiantem planitiei Italicae parva pars, ex omnibus horizontis punctis in conspectum veniunt. — Plantae rariores citatae: *Apargia tenuiflora* N. (*angustifolia* Schl.; nondum alibi reperta. V. Fl. helv. VI. in suppl.), *Carex mucronata* All., *Helianthemum appenninum* Dec. (*Cistus* L.; rarissimum), *Inula hirta*, *Rhamnus saxatilis* (cis Alpes nonnisi prope Curiam inventus). — Ad montis radices prope Luganum: *Cyperus longus*, *Dentaria bulbifera* (rarissima), *Ostrya carpinifolia* Scop. (*Carpinus Ostrya* L.; stirps mere Insubrica), *Panicum undulatifolium* Ard., *Silene Saxifraga*.

Salvan, alias Servan, Servent etc., magnus vicus subalpestris Valesiae inferioris, alte supra locum, ubi Trientinus torrens in Rhodanum effunditur, situs. Regio vicina multas pulchrasque plantas profert. Potissimum occurrunt: *Aconitum Napellus δ albiflorum*, *Agrostis vulgaris* With *γ tenella*, *Arenaria rubra*, *Cardamine bellidifolia*, *C. resedifolia*, *Carex atrata* („altissima" Haller; an fortasse nostra *β dubia*, quae *C. aterrima* Hoppe?), *Dianthus atro-rubens* All., *Drosera longifolia* (?), *Galeopsis ochroleuca* Lam. (*latifolia* Sut.), *Genista tinctoria* (in Valesia, ut videtur, infrequens), *Gentiana acaulis* (in M. Salvan), *Hieracium murorum* I *vulgatum ζ ramosum*, *Lapsana foetida* All. (*Hyoseris* L.), *Lychnis viscaria*, *Orchis sambucina β* (*Orch. incarnata* L.), *Phaca frigida* Jacq.; *Potentilla rupestris*, *Rosa canina β* (*R. collina* Jacq.), *R. montana* Vill. (*R.*

rubrifolia ζ glandulosa Ser.), *R. rubrifolia* Vill., *R. villosa*, *Schoenus albus*, *Teucrium montanum*, *Veronica scutellata* (ad lacus montanos). — V. Finshauts.

Sandalp, pascua alpina elatissima pagi Glaronensis, inter Alpium Claridarum nivosos montes altissimique Dödi scopulos patentia. Eorum pulcherrimas stirpes sedulo observavit Cl. HEGETSCHWEILER. Potissimum itaque ab eo citatae fuerunt: *Aconitum Cammarum* b — *α euphyllum* Heg., et g — *α napelloideum* Heg. (in Alpe inferiori), *Androsace helvetica* N. (*Aretia* L.; ad Sandgrath), *Anthericum serotinum*, *Apargia* (*Leontodon* L.) *alpina* Host c *latifolia* Heg. (in Alpe superiori), *Ap. crispa* Willd. (*Leontodon* Vill.) c *minima* Heg., *Ap. hispida* Willd. b *elatior* Heg., *Callitriche sessilis* Dec. δ (*C. stellata* Hoppe), *Carduus Personata* Jacq. (*Arctium* L.), *Cerastium latifolium*, et eius varietates (in arista supra moles glaciales Sandfirn), *C. vulgatum* fl. helv. forma alpestris pygmaea, hirsuta (*viscosum* c *alpicolum* Heg.), *Cineraria cordifolia* Gouan (in valle Sandwald), *Convallaria Polygonatum* (in Unter-Sand-Alp), *Draba fladnizensis*? Wulff. (*nivalis* Heg.), *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.) *Gentiana acaulis*, *G. alpina* Vill., *G. bavarica α*, et *β subacaulis* (*G. imbricata* Froel.), *G. campanulata* Heg. (mihi ignota), *G. glacialis* Abr. Thom., *G. obtusifolia* Schmidt, *G. punctata*, *Hieracium alpestre* Jacq., *H. alpinum*, *H. hyoseridifolium* Vill. (rarissimum), *Lilium bulbiferum*, *Phaca astragalina* Dec. (*Astragalus alpinus* L.; in Ober-Sand-Alp), *Phyteuma Halleri* All. (*ovata* Willd.; in Alpe inferiori), *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Ser. Sm.), II *firma* N. (*P. rubens* Vill.; rarissima), et III? *leucantha Heg.* (*P. clusiana* Heg. fl. helv.; forma floribus albis (!!); in terra nigra torfacea ad rivum Beckibach infra Claridenfirn Alpis Obersand; nusquam alibi observata), *P. frigida* Vill. (*norvegica* Sut.; in M. Sandgrath ad 8600 p. s. m. Etiam in M. Zutreibestock 7800 p. s. m. elato provenit), *Salix hastata* (*Arbuscula* Sut.), *S. myrsinites δ lanata*,

Solidago Virgaurea γ (S. minuta Sut. ; in Unter-Sand-Alp), *Sonchus montanus* Lam. *(alpinus* Sut.).

Sandfirn, Sandgrath. V. Sandalp.

Sandgrube (Die), fodina arenaria, in Rheni ripa dextra, iuxta Wiesae pontem, parumque ab urbe Basilea distans. Ibi inter alias plantas rariores nascuntur: *Arenaria fasciculata* Jacq. *(Alsine mucronata* Sut.), *Ar. tenuifolia*, *Festuca bromoides* (rarissima), *Phleum phalaroides* Koel. *(Phalaris phleoidis* L.), *Solanum nigrum ε villosum* baccis luteis, *Verbascum Lychnitis* a floribus flavis *(pulverulentum* Hag.), *Veronica Buxbaumii* Ten.

Sanen, v. Saanen (gall. le Gessenai), oppidulum Oberlandiae Bernensis, in Sarina valle superiori, et prope pagi Vaudensis limites situm, 3108 p, s. m. elatum. Pulchris, etsi ut plurimum ligneis domibus constat. Montium vicinorum clivi, rupium parietibus coronati, sylvis amoenissimis superbiunt, quibus scopuli nivosi imminent.

Vallis superior Sanensis loco fere sesquileuca ab oppido distante in duas valleculas dividitur: ramus occidentalis, ubi vicus exstat alpestris Gsteig (gall. le Châtelet) dictus, ad montem glacialem Sanetsch incipit, Sarinae fontes continet, atque occasum versus valli Vaudensi Ormondianae contiguus est. Vallecula orientalis priori omnino parallela, atque eiusdem longitudinis, perinde ab austro ad boream porrigitur.

Regionem Sanensem populus formosus, ingenuus, libertatis amantissimus, neque laboris impatiens incolit. Caseus, quem pastores in Alpibus praeparant, praestantissimus, ad illius Italici, vulgo Parmesani dicti, naturam accedit, et passim in regiones remotissimas exportatur. Ceterum incolae, intra suos montes a reliquis mortalibus seclusi, nullam fere, praeter pecorum educationem, industriam exercent; quin etiam multi terram natalem deserunt, et in reliquis Helvetiae partibus, praesertim autem in pago Vaudensi frequentes, artibus, quibus pollent, pastoriis victum conqui-

rere conantur. Illustriss. CAR. VON BONSTETTEN regionem Sanensem populumque eius in elegantissimis epistolis, iam anno 1793 editis, amoenitate singulari, acri ingenio, raraque sagacitate descripsit.

Vallis Sanensis et eius Alpes hucusque nonnisi obiter a botanicis, v. gr. a b. FAVROD, rev. PH. BRIDEL et Cl. SCHLEICHER investigatae fuerunt. Hactenus in eo tractu occurrere dicuntur: *Arabis saxatilis* All. *β minor* (stirps rara!), *Astragalus depressus* (in Alpibus), *Carex brachystachys* Schrank (*valesiaca* Sut.; inter Sanen et Gsteig ad rupium pedem), *Chrysanthemum Halleri* Sut. (*Pyrethrum* Willd., in torrentis Turbach glareis), *Echinops sphaerocephalus* (?), *Gnaphalium supinum* (in Alpibus), *Hieracium aurantiacum* (ibidem), *Lapsana foetida* Lam. (*Hyoseris* L.; in sylvis editissimis), *Luzula* (*Iuncus* L.) *campestris* Dec. *γ nigricans* (*I. sudeticus* Willd.), *Sinapis nigra* (circa ipsum oppidum, ad sepes), *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis* L.; Rougemont versus).

In M. Oldenberg et Oldenhorn (ad 10 millia pedum s. m. elato) a rev. STUDER lectae fuerunt: *Androsace* (*Aretia* L.) *alpina* N., *Campanula cenisia* (perrara), *Carex capillaris*, *C. limosa*, *C. spicata minor* Stud. (nobis prorsus ignota), *Festuca pumila* Vill., *Gnaphalium alpinum*, *Gn. supinum*, *Hieracium prunellaefolium* Gouan (rarissimum), *H. Schraderi* Schl. III (*H. glabratum* Hoppe), *Luzula* (*Iuncus* L.) *spicata* Dec., *Phaca astragalina* Dec. (*Astragalus alpinus* L.), *Ranunculus glacialis*, *R. parnassifolius*, *Rumex scutatus*, *Senecio incanus*, *Viola cenisia*. — V. Lauenen, Castrodunum, Sanetsch.

Sanetsch (gall. Serin), mons elatus boreamque versus congerie glaciali, unde Sarina scaturit, rigens, inter vallem Sanensem Gsteig (Châtelet) et Valesiam mediam, fere supra Sedunum extollitur. Hunc montem trames alpestris, quo ex vicis Sanen et Gsteig in Valesiam itur, traiicit. — Plantae rariores: *Anemone alpina β sulphurea*, *Arabis bellidifolia* Jacq.,

Arbutus alpina, *Artemisia Mutellina* Vill., *Campanula cenisia* (rarissima), *Cardamine bellidifolia*, *Carex ericetorum* Poll. (*globularis* Sut.), *Chrysanthemum Halleri* Sut. (*Pyrethrum* Willd.), *Gentiana nivalis*, *Geum reptans*, *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Hieracium staticefolium* Vill., *Iuncus filiformis*, *Oxytropis montana* Dec. (*Astragalus* L.), *Poa distichophylla* N., *Ranunculus parnassifolius*, *Trifolium alpinum* β floribus albis.

Sangallensis pagus. V. Gallensis.

Saphorin (Saint-). Duo vici pagi Vaudensis eo nomine designantur: alter parvus parumque notus inter Morgias et Colombier latitat; alter prope Viviscum, occidentem versus in regione vinifera la Vaux supra Lemanum lacum situs est. Regio huic proxima sub coelo mitissimo iacet, et aliquot plantas insigniores gignit. Ibi nempe leguntur: *Althaea hirsuta*, *Anagallis tenella* (prope les Conelles olim sed nuper haud amplius visa), *Crataegus Amelanchier* Desf. (*Mespilus* L.), *Lithospermum purpuro-coeruleum* (in dumetis secus viam), *Mentha viridis* (Viviscum versus), *Poa rigida*.

Sargans (lat. Sarunegaunum s. Sarunetum), olim nobilis eiusdem nominis comitatus caput, nunc parvum inconcinnumque pagi Sancto-Gallensis appidum, inter Ragatz et Wallenstadt, in valle fertili omoenaque situm. Plantae prope hunc locum observatae: *Anemone Hepatica* (prope Atzmoos, in sylvis), *Chenopodium ficifolium*? Sm. (in Helvetia rarissimum), *Gentiana Pueumonanthe*, *Hieracium alpinum* III (*H. Halleri* Vill.; in Alpibus vicinis), *Potentilla caulescens*. — Prope Weisstann: *Alnus incana* Willd. (in M. Fülsberg). *Sambucus racemosa*. — Inter Sargans et Wallenstadt, in planitie et iuxta ipsam viam frequens occurrit *Aconitum* quoddam floribus coeruleis *Napello*que simile, sed sero augusto aut per septembrem florens, quod nondum rite recognitum fuit. Hanc stirpem autoptis enixe commendamus. — V. Fabariae thermae.

Sarine (La). V. Sanen, Bernensis pagus, Castrodunum, Friburgum.

Sárraz (La). V. Lassaraz.

Sasina (Val). V. Larius Lacus.

Sattel, Suitensium mons, cum eiusdem nominis vico, inter Silae vallem superiorem et lacum Lovertinum situs. Via usitatissima per hunc montem a lacus Tigurini ripis ad oppidum Schwyz ducit. Plantae citatae: *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* auct.), *Orchis globosa*, *Thalictrum aquilegifolium*, *Trifolium badium* Schreb. (*spadiceum* Sut.), *Veronica saxatilis* L. fil.

In eiusdem nominis monte Abbatiscellano a Cl. Wahlenberg lectae fuerunt: *Anthericum serotinum*, *Pedicularis foliosa*, *P. versicolor* (*flammea* Sut.).

Saubres, vicus parvus pagi Vaudensis, fere inter Gimel et Bière, supra Albonam situs. Regio vicina arvis, pratis et amoenis sylvis constans, montibusque subiecta, stirpes nonnullas rariores profert. Occurrunt saltem: *Pulmonaria angustifolia*, *Schoenus ferrugineus*, *Trollius europaeus*, *Tussilago Petasites*.

Sauffenlaz, sylva alpestris abiegna, in Aquileiensium ditione, supra vallem les Plans sita. Sub eius densissimo tegmine leguntur: *Allium paniculatum* (rarum), *Corallorrhiza Halleri* Rich. (*Ophrys Corallorrhiza* L.), *Epipogium Gmelini* Rich. (*Satyrium Epipogium* L.). — In montibus vicinis 1) Nan et Pondenan: *Arabis bellidifolia* Jacq., *Erica carnea*, *Pyrola uniflora*, *Silene quadrifida*. 2) La Chaux: *Hieracium aurantiacum*. — V. Plans (les).

Saviége, vicus Valesiae mediae supra Sedunum situs. Ibi provenire dicuntur: *Genista radiata* Lam. (*Spartium* L.; huic tractui propria), *Micropus erectus* (rarissimus), *Salvia Sclarea*.

Savien v. Stussavia, vallis alpina Rhaetiae, inter Sexamniensem et Domesticam ad orientem, atque Lugnetzensem vallem occidentem versus, ab austro ad septentrionem porrecta. Eam iugum, ad quod montes Calendari et Savierstock pertinent, a Rheniwaldia separant; supra Trins et Reichenau in magnam anterioris Rheni vallem aperitur. Ex maxima parte mon-

tes praealti perpetuaque hyeme rigentes hanc fere ignotam regionem circumdant. Incolae germanice loquuntur, et fidem evangelicam profitentur; ex suis optimis pascuis praecipuum conquirunt victum. Istius vallis montes scenas perpulchras oculis, ac plantas rarissimas botanophilis suppeditare dicuntur. Inter eos Cl. Glutz-Blotzheim praesertim „ incomparabilem Alpem Camanam „ laudibus extollit. In valle Savien ab amiciss. Roesch et rev. Pol observatae fuerunt: *Biscutella laevigata*, *Cacalia alpina* Jacq. (*glabra* Sut.), *Gentiana purpurea*, *Hieracium alpinum*, *Pedicularis recutita*, *P. tuberosa*, *P. verticillata*, *Potentilla grandiflora.*

Sax, vicus pagi Sangallensis, in prisco eiusdem nominis baronatu, atque ad Alpium Abbatiscellanarum radices, fere inter Gambs et arcem Forsteck situs. — In paludibus vicinis occurrit elegans *Gentiana verna.*

Saxon, Valesiae inferioris pagulus, ad Rhodani ripam sinistram, inter Octodurum et St.-Pierre situs. Plantae rariores: *Achillea setacea* W. et K., *Adonis vernalis*, *Agrostis interrupta*, *Astragalus Cicer*, *Astr. monspessulanus*, *Erysimum helveticum* Dec. (*Cheiranthus* Jacq.), *Festuca Myurus*, *Hieracium lanatum* Vill. (*Andryala* L.), *Lepidium petraeum*, *Ononis rotundifolia*, *Oxytropis uralensis* Dec. (*Astragalus* L.), *Papaver Argemone*, *Sclerochloa dura* N. (*Cynosurus* L.), *Scorzonera austriaca* Willd. (*humilis* Sut.), *Tragopogon maior* Hoffm., *Veronica praecox* All., *Viola arenaria* Dec. (*nummulariaefolia* Sut.).

Saxonnet, Sabaudiae mons alpinus, haud procul Geneva distans. Ibi lectae sunt: *Androsace alpina* N. (*Aretia* L.), *Astragalus depressus.*

Scaletta, Rhaetiae mons notissimus, inter vallem Davos et Engadinam mediam exsurgens. Per eius collum 8057 p. s. m. elatum, semita valde frequentata, etsi ardua difficilisque inter utramque vallem communicat. In eo monte citatur: *Stipa pennata.*

Scaphusia, (Schaffhausen), urbs mediocris, pagi eiusdem nominis caput, ad Rheni ripam dextram,

inter Diessenhofen et Eglisau sita; suburbium cisrhenanum, Feuerthalen dictum, ad ditionem Tigurinam pertinet. Pons ligneus tecto, parietibus, fenestris portisque instructus, 560 pedes anglicos longus, arte stupenda suspensus, nec nisi uno puncto molem lapideam ex ipso flumine, medium versus, exsurgentem adtingens, ab ingeniosissimo Huldr. Grubenmann Abbatiscellano exstructus, per dira, quae inter Gallos et Austriacos grassata sunt, bella, ultimo seculi proxime praeteriti anno a flammis consumptus fuit. Viae urbis pleraeque latae, rectae pulchrisque aedibus instructae sunt. — Scholae bene institutae, gymnasio primario atque collegio academico constant. In eo collegio iuvenes a novem professoribus in scientiis, praesertim theologicis erudiuntur. Civium bibliotheca librorum, quos in proprium usum J. Müller collegerat, universo apparatu ditata est. Pastorum ut et medicorum societates suas quoque possident bibliothecas. Duo denique bibliopolae artem typographicam exercent.

Scaphusia J. Müllerum, inter Germanos, auctorum historicorum longe principem, fratrem eius theologum summopere venerandum, Ietzelerum matheseos magistrum, civilibus virtutibus rarisque animi et ingenii dotibus egregium ac celebrem sculptorem Trippel, qui Romae istius laudibus inclaruit artis, inter suos clarissimos cives lubens recensere potest.

Regio amoenissima, deliciosis ambulacris, quorum der Fäsenstaub, occasum versus, cum pulchro horto, et die neue Promenade praecipue commendantur, ornata, urbem undique circumdat. Ad antiquam arcem Unoth, urbi imminentem, loco die Enge dicto, atque in sclopetariorum platea luculentissimi prospectus oculos delectant. Pictoriae valles Mühlethal et die Klus, atque monasterium Paradies, sed potissimum magna Rheni cataracta, omnium, quae per totam Europam innotuerunt, pulcherrima, vix una leuca infra urbem sita, naturae amicos ad excursiones geniales invitant.

Plantae rariores: *Anemone Pulsatilla*, *Arabis hir-*

sula Scop. (*Turritis* L.), *Buxus sempervirens* (in sylva die Enge), *Campanula patula*, *Carex strigosa* Huds. (species rarissima, Helvetiae boreali Rhenanae propria nuper, ut audio, in ditione Scaphusiana lecta), *Convallaria verticillata* (in der Klus), *Cypripedium Calceolus* (ibidem), *Cytisus nigricans*, *Echinospermum Lappula* Lehm. (*Myosotis* L.), *Erysimum cheiranthoides* (rarum), *Genista sagittalis*, *Geranium sanguineum*, *Lithospermum purpuro-coeruleum*, *Nigella arvensis*, *Onopordon Acanthium*, *Poa bulbosa*, *Scabiosa Columbaria* ϑ (*Sc. ochroleuca* L.; forma rarissima), *Sisymbrium thalianum* N. (*Arabis* L.), *Staphylea pinnata*, *Ulmus ciliata* Ehrh. (*effusa* Willd.; rarissima), *Verbascum Blattaria*, *Veronica prostrata*, *Viola montana* III (*V. Ruppii* All. *stagnina* Kit.).

Scaphusianus pagus, ad Helvetiorum civitates minores pertinens, totus in Rheni ripa dextra contentus, ac praeter fluminis littora Thurgoviae pagoque Tigurino contermina, undique provinciis Germanicae confoederationis circumdatus est. Longitudo eius ex oriente ad occidentem 6 leucis, latitudo autem ex borea austrum versus 3 l., et superficies ad formam ovalem accedens 8 milliaribus geographicis quadratis constat. Istius pagi solum plerisque locis fertilissimum est, magnamque frumenti vim, fructus uberrimos, cannabim, linum et vinum generosum, speciatim rubrum profert, ut incolae ex agricultura praecipuum suum quaestum conquirant. Urbis cives tamen mercaturae ac praesertim mercium expeditioni iucumbunt; fabricas quoque nonnullas coriarias, bombycinas et xylinas possident.

Iugum partim montanum, partim collinum Randen dictum, euro borealem pagi partem occupat, unde in Germaniam penetrat. Montes isti raras aliquot stirpes gignere dicuntur; eorum summus vertex dumtaxat 1200 p. supra Rhenum elatus est.

Respectu ad rem herbariam habito, ditio Scaphusiana, ut videtur, nondum rite explorata fuit. Olim tamen a I. Muralto, deinde, ni fallor, a doctore Amanno, ac

nuper denique intra eius limites pulchrae stirpes collectae fuerunt. Nam licet ulterius ad septemtriones quam ulla Helvetiae alia pars porrigatur, sub miti benignoque coelo posita, Europae temperatae vegetabilia producit. — V. Hermetis, Randen, Scaphusia.

Scarlthal, Engadinae inferioris vallecula transversa, ad iugum australe pertinens, in imam vallis principis partem aperitur. V. Oeni vallis, Schuls.

Scesa-plana, Schescha-plana, V. Rhaetigovia. In isto altissimo monte, amiciss. Roesch testante, degunt: *Achillea atrata*, *Ach. moschata* Jacq., *Cerastium alpinum*, *C. latifolium*, *Gentiana nivalis*, *Silene acaulis* var. floribus albis.

Schadau. V. Thunensis lacus.

Schaennis, virginum nobilium monasterium, inter Vesenam lacumque Tigurinum ad altissimi M. Speer radices, in pago Sangallensi situm. Inter hunc locum et Kaltbrunn occurrit: *Sedum hispanicum*; in Alpibus vicinis: *Allium Victorialis.*

Schaefler (Der), Alpium Abbatiscellanarum mons 5926 p. s. m. elatus, ac prope pascua Ebenalp situs. Ibi inventae fuerunt: *Arenaria verna γ diffusa* calycibus obtusiusculis (*Alsine saxatilis* Wbg), *Carex capillaris*, *Luzula spicata* Dec. (*Iuncus* L.), *Pedicularis versicolor* Wbg. (*flammea* Sut.).

Schafmatt, ramus iugi Iurani, inter pagos Solodurensem et Basileensem porrectus. Per hunc montem pedites intra 6 horarum spatium semita satis frequentata ab oppido Liestall Aroviam ducit. In summo itineris puncto regionum ingens tractus oculis pulchrum spectaculum offert. — Plantae citatae: *Convallaria verticillata*, *Valeriana tripteris.*

Schalfik, Rhaetorum vallis ad M. Strelae iugum, quod eam a valle Davos separat, incipit, atque semper occidentem petens, inter Rhaetigoviam ad septentrionem, ac valles Bellfort et Churwalden meridiem occasumque versus, fere usque ad Rhenum, ubi per fauces angustas prope Curiam sese aperit, extenditur. Eam pera-

grat torrens impetuosus die Plessur dictus, qui antequam ad fauces perveniat vallis Churwaldensis amnem in alveum suum recipit. Incolae lingua Germanica utuntur. In ea valle observatae fuerunt: *Galanthus nivalis*, *Valeriana saxatilis* Jacq.

S c h a m s. V. S a x a m n i e n s i s vallis.

S c h a u e n b u r g (A l t- et N e u-), veterum eiusdem nominis comitum sedes, in pago Basileensi prope Liestall sita. In rupe Schauenburg specula olim exstabat signatoria (eine hohe Wacht, un signal). — Plantae rariores: *Acer platanoides*, *Androsace lactea*, *Atropa Belladonna*, *Convallaria verticillata*, *Melica ciliata*, *Moehringia muscosa*, *Physalis Alkekengi*, *Pyrola minor*, *P. secunda*, *Salix grandifolia* Ser. (*cinerascens*? Willd.; ad Schauenburgerfluh, parcissime), *Saxifraga Aizoon* Jacq., *Trifolium ochroleucum*, *Ulmus ciliata* Ehrh. (*effusa* Willd.), *Veronica urticaefolia* Jacq., *Vicia dumetorum*.

S c h e i d e c k (Die), via alpestris notissima Oberlandiae Bernensis, qua intra 7-8 horarum tempus ab oppido Meyringen in vallem Grindelwald pervenitur. Itineris punctum altissimum 6045 p. s. m. elatum est. In cuius culminis vicinia pascua patent Schwarzwald-Alp dicta; inde austrum versus pulchra moles glacialis Rosenlaui atque eiusdem nominis balneum in conspectum veniunt. V. G r i n d e l w a l d.

S c h i l t, mons praeruptus Glaronensium, 7375 p. s. m. elevatus, in confinio pagi Sangallensis situs vicoque Ennenda, parum ab ipso oppido Glarona distanti imminens. E regione istius montis scopulos suos minaces extollit arduus Glärnisch. Plantae citatae: *Hedysarum obscurum*, *Hypochoeris maculata*.

S c h i p f e (Die) praedium luculentum, ad lacus Tigurini ripam orientalem, inter Herrliberg et Erlibach situm, clivoque amoenissimo hortis, vineis pomariisque consito subiectum. Ex ea pulcherrima sede lacus et incomparabiles littorum eius scenae commodissime prospiciuntur. Paulo supra propinquum vicum Erlibach

rivus quidam ex collium iugo descendens concinnam cataractam efficit, iuxta quam olim *Cypripedium Calceolum* et *Pyrolam rotundifoliam* legi. Praeterea circa villam occurrunt: *Avena fatua*, *Cervaria glauca* N. (*Athamanta Cervaria* L.), *Lathyrus heterophyllus* (cum priori Herrliberg versus), *Ophrys Monorchis*.

Schirmensee. V. Tigurinus lacus.

Schmutzberg. V. Dietisberg.

Schoellenen. V. Gotthardus.

Schönenbühl, mons Valesiae superioris. Plantae ab Hallero citatae: *Anthericum serotinum*, *Avena distichophylla* Vill., *Geum reptans*, *Saxifraga planifolia* Lapeyr. (*tenera* Sut.).

Schratten. V. Entlebuch.

Schuls, oppidulum Engadinae inferioris, ad Oenum, supra Remus situm. Regio vicina fertilis amoenaque, aquis acidulis, quibus magnae tribuuntur vires, quadantenus inclaruit. In valle australi Scarlthal, per seculum sedecimum fodinae divites, sed nunc exhaustae penitusque desertae, plumbum et argentum praebebant. Circa Schuls legitur: *Salvia verticillata*.

Schwanden, pagi Glaronensis oppidum, in valle Linththal, fere ad confluentem Linthae et torrentis Sernft situm. Huc vicinarum vallium incolae, non obstante commercii stagnatione dolenda, frequentissimi fabricata sua adferre solent. Planta rarior: *Sedum hispanicum*.

Schwarzberg, mons Entlebuchiae, in pago Lucernensi, austrum versus, prope Flüeli exsurgens, secundum Cl. Wahlenbergii observationes 5502 p. s. m. elatus. Ibi vir celeberrimus *Gentianam ciliatam* ultra fagi limitem adscendentem vidit.

Schwarzseeberg, mons Valesiae superioris, supra Zermatten inter M. Sylvium et Räfel exstans. Plantae citatae: *Oxytropis foetida* Dec. (*Astragalus Halleri* All.), *Potentilla multifida*, *Ranunculus rutaefolius*.

Schwarzwasser, amniculus in M. Guornigel dorso scaturiens, plerumque altis rupium parietibus

septus, inter vicorum Rüggisberg et Schwarzenburg agrum limites efficit, et in Singinam (die Sense) effunditur. Plantae rariores, potissimum ab amiciss. TRACHSEL ad eius ripas observatae: *Anemone Hepatica*, *Arbutus Uva-ursi*, *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Ar. Pseudo-Phragmites* Hall. fil. (testante ipso viro ampliss., *Carduus defloratus*, *Carex alba* Scop., *C. humilis* Leyss. (*clandestina* Good.; rarissima), *Centaurea montana*, *Crataegus Amelanchier* Desf. (*Mespilus* L.), *Digitalis lutea*, *Hieracium amplexicaule*, *H. staticefolium*, *Mespilus tomentosa* Ait., *Rhododendrum ferrugineum*, *Rh. hirsutum*, *Salix daphnoides* Vill., *S. grandifolia* Ser. (*cinerascens*? Willd.; utraque a Cl. SERINGE citata), *Saxifraga aizoides* (*autumnalis* Sut.), *S. mutata*, *Sesleria coerulea* Ard. (*Cynosurus* L.), *Valeriana tripteris*.

Schwander-Allmend (Die), vallis subalpestris paludosaque, extremitati Pilati montis meridionali et monti Schwanderberg subiecta. Balneum eiusdem nominis, altius situm, 4465 p. s. m. elevatum est. In hac regione occurrunt: *Pedicularis sylvatica*, *P. versicolor* Wbg. (*flammea* Sut.).

Schwendi (In der), parochia Abbatiscellanorum Inner-Rhoden, in cuius agro venerandus I. GESNERUS *Crocum luteum* Lam. legisse dicitur. Verum in ea regione, ut in omnibus vicinis montibus hancce plantam, absque dubio exoticam, sollicite, sed nequicquam quaesivit Cl. CUSTOR.

Schwyz (lat. Suitia), magnum pulchrumque oppidum, pagi Suitensium caput, ad montis Haken, sublimis obelisci formam referentis pedem, et fere leuca una a quatuor civitatum Sylvaticarum lacu situm. Aliquot speciosa aedificia, v. gr. curiam, templum cathedrale, splendidum quidem potius quam elegans, et collegium continet. Celeberr. artificis I. C. HEDLINGERI familia numorum, quos excudit, pulchram collectionem adservat.

Regio oppidum circumdans plerumque amoenis pratis

ac pomariis constat. In eius vicinia boream versus aperiuntur valles Lovertina et Brunnensis, atque ad euro-austrum alpina vallis Muottathal. — Plantae citatae: *Asperula taurina*, *Betula nana*, *Lilium bulbiferum* (inter Schwytz et Art).

Schwyzer-Haken. V. Haken.

Seckingen, parva urbs ditionis Germanicae, inter Laufenburg et Rheinfelden, ad Rheni ripam dextram sita. In regione huic oppido proxima occurrunt: *Callitriche sessilis* Dec. δ *stellata* (*C. minima* Sut.), *Epilobium roseum* Schreb. (rarissimum), *Peplis Portula*, *Scirpus ovatus* Roth (perrarus).

Sedunum (gall. Sion, germ. Sitten), urbs mediocris Valesiae mediae, totiusque civitatis caput ad Rhodani ripam dextram sita, superbisque collibus geminis, quorum rupibus basi vite consitis, episcopales arces vetustissimae ac partim dirutae Maioria, Valeria et Tourbillon insident, subiecta. Quarum arcium altis turribus speciosissimisque ruderibus coronata, urbs procul pulcherrimum offert adspectum. — Anno 1788 dirum incendium magnam eius partem consumpsit, tamque vehementer grassatum est, ut etiamnum hodie ruinae vix ex integro restauratae fuerint. Viae novae latae satisque elegantes sunt. Antiquissima urbis templa ipsaque curia inscriptiones veteres Romanas exhibent. Ceterum praeter collinas arces, ubi campi montesque urbem cingentes incomparabili sunt spectaculo, Sedunum perpauca aedificia viatorum attentione digna possidet. Iesuitae reduces collegio inventutisque institutioni praesunt: sapienti sat.

Incolae lingua Germanica inter se utuntur, sed fere omnes gallice sciunt. Potissimum ex agricultura, mercatura tenuiori, mercium expeditione transituque, ut et fabricis coriariis victum conquirunt.

Valesia media, cuius Sedunum meditullium occupat, inter totius Helvetiae regiones amoenissimas pulcherrimasque recenseri meretur. Ibi magna Rhodani vallis altissimis montibus, quorum clivi sylvis, pedesque

vineis consiti sunt, septa, fertilissimis arvis, virentibus pratis pomariisque, collibus tandem, quos turres et arces dirutae decorant, constat, ac adeo undique spectaculum iucundissimum ostendit. Sub coelo benignissimo posita, optimum frumentum, vina generosa, crocum et rubiam gignit. Stirpes calidiorum regionum una cum subalpinis herbis circa urbem abundant, quae ab HALLERI temporibus usque ad nostros dies a multis Florae amicis rite recognitae fuerunt. Prope arcem Tourbillon et ad reliquos urbanos colles potissimum citantur: *Achillea setacea* W. et K. (*odorata* Sut.), *Cactus Opuntia* (omnino spontanea), *Clypeola Ionthlaspi* (rarissima), *Ephedra distachya* (perinde), *Iris lutescens* Lam., *Punica Granatum* (ad arcem Valeriam), *Rhamnus pumilus*, *Rosmarinus officinalis*, *Salvia officinalis*, *Sempervivum arachnoideum*, *Tragus racemosus* Desf. (*Cenchrus* L.), *Trigonella monspeliaca* (perrara), *Valeriana rubra*, *Veronica verna*, *Vicia lathyroides* (ad arcem Valeriam; nusquam alibi reperta), *V. sativa* I *β minor*. — Circa Sedunum passim occurrunt: *Aira praecox* (rarissima), *Allium angulosum α petraeum*, *All. sphaerocephalum*, *Althaea officinalis* (in vineis), *Antirrhinum Cymbalaria*, *Ant. maius* (ad Sionam), *Anthemis nobilis* (?), *Anthriscus Cerefolium* Hoffm. (*Chaerophyllum* Crantz, *Scandix* L.), *Artemisia Abrotanum* (?), *Asparagus officinalis*, *Brassica Erucastrum*, *Buffonia tenuifolia* (prope D. Severini templum: rarissima): *Bupleurum iunceum* (?? nuper saltem non amplius inventum), *Carex riparia* Good., *Carthamus lanatus*, *Centaurea Crupina*, *C. paniculata*, *Caucalis latifolia* (ad D. Severini templum; rarissima), *Cheiranthus Cheiri*, *Chondrilla iuncea*, *Cladium Mariscus* R. Br. (*Schoenus* L.; en Chalez), *Clematis recta* (ante portam secus viam Octodurensem, cis Alpes rarissima), *Coronilla Emerus*, *C. vaginalis* Lam. (*minima* auct.; Sideram versus), *Corydalis cava* Whg. (*Fumaria* Fl. dan.), *C. solida* N. (*Fumaria* Hoffm.), *Crocus sativus* (colitur), *Cytisus nigricans*, *Diplotaxis tenuifolia* Dec. (*Sisym-*

brium L.), *Echinops sphaerocephalus* (etiam prope Montfalcon), *Erysimum helveticum* Dec. (*Cheiranthus* Jacq.), *Er. virgatum* Roth (rarissimum), *Euphorbia falcata* (rara), *Euphrasia lutea*, *Ficus Carica*, *Genista radiata* Lam. (*Spartium* L.; ad Sionam, prope molendina), *Gnaphalium luteo-album*, *Helianthemum Fumana* Desf. (*Cistus* L.), *Hieracium staticefolium* Vill., *Inula Britannica*, *Isatis tinctoria* (rara), *Lappa tomentosa* Lam., *Lepidium graminifolium* (*L. Iberis* Sut.), *L. latifolium*, *L. petraeum*, *L. ruderale* (omnia rara), *Lonicera Caprifolium*, *Malaxis Loeselii* Sw. (*Ophrys* L. *Ophr. lilifolia* Sut.; prope patibulum), *Marrubium vulgare*, *Mespilus tomentosus* Ait., *Narcissus biflorus* Curt., *Ononis Columnae* All. (*minutissima* Sut.), *Orchis laxiflora* Lam. (*palustris* Heg.; prope patibulum), *Orobanche caerulea* Vill. (*laevis* Sut.), *Or. Artemisiae campestris* Vauch. (*gracilis* Schl.; ut et prior rarissima), *Papaver Argemone*, *Phleum asperum* Vill., *Poa concinna* N. (rarissima), *P. distans* (ad viae Octodurensis rectam, haud procul ab urbe), *P. Eragrostis*, *P. pilosa*, *Podospermum muricatum* Dec. (*Scorzonera laciniata* Willd.), *Populus alba* (inter urbem et Sideram frequens), *Potentilla cinerea* Chaix, *Prenanthes ramosissima* All. (*viminea* Sut.), *Pulmonaria angustifolia* γ *minima* (circa St.-Martin; stirps rarissima, ulterius attente indaganda), *Ribes petraeum* Jacq., *Rosa eglanteria* (ad rupes, testante Cl. de Charpentier, non infrequens; alibi intra nostros fines vix usquam spontanea), *Rubia tinctoria* (ad urbis muros), *Scabiosa Columbaria* δ *tenuisecta* (ad vias, Sideram versus), *Scirpus maritimus* (in lacuna ad viam Octodurensem), *Sclerochloa dura* N. (*Cynosurus* L.; praerarus), *Sisymbrium Sophia*, *Stachys germanica* (Saint-Pierre versus), *Stipa capillata*, *Telephium Imperati*, *Thlaspi perfoliatum*, *Tragopogon maior*, Hoffm., *Tulipa Oculus-solis* St.-Amand (in agro inter urbem et Rhodanum; nusquam alibi in Helvetia provenit), *Typha angustifolia* (in *Scirpi maritimi* consortio; rarissima), *Verbascum crassifolium* Dec. (*montanum* Schrad.),

Vinca maior (prope collegium), *Viola tricolor* III *minima* (in arvis; forma singularis, rarissima), *Xanthium strumarium*, *Xeranthemum inapertum* Willd. (*annuum* Sut).

Seealpsee, lacus alpestris pagi Abbatiscellani (Inner-Rhoden), in pascuis Seealp montis Hohen-Sentis molibus subiectis, supra Schwendi situs. Longitudine vix unam leucam, latitudine leucae quadrantem, altitudine absoluta 3052 p. metitur. Alpicolae eum profundissimum esse, et magnas delicatissimasque tructas alere perhibent. Ex eius undis elapsus amniculus Seealpbach inter praecipuos Sitterae fontes enumeratur. — Prope hunc lacum occurrit *Silene quadrifida*.

Seedorf, vicus planitiei Bernensis, in regione paludosa inter Frienisberg et Aarberg, ad viam, qua Berna Neocomum itur, situs. — Plantae insigniores: *Carex brizoides*, *C. dioica*, *C. filiformis* (*lasiocarpa* Ehrh.), *C. Oederi* Ehrh. β *elatior*. *C. Pseudo-Cyperus*, *C. pulicaris*, *Festuca rubra* II (*F. dumetorum* L.), *Hydrocotyle vulgaris*, *Myriophyllum verticillatum* β *lacustre*, *Ranunculus Lingua*, *Schoenus albus*, *Sch. ferrugineus*, *Spiranthes aestivalis* Rich. (*Ophrys* Balb.), *Thysselinum palustre* Hoffm. (*Selinum* L.).

Seelhofen, pagulus ditionis Bernensis, prope Belp, nec procul ab urbe situs. — Ibi occurrunt: *Allium angulosum* β *palustre* (*All. senescens* L.), *Cardamine pratensis* β floribus plenis, *Potamogeton densus*, *P. pectinatus*, *Ranunculus Lingua*, *Serratula tinctoria*, *Thalictrum aquilegifolium*, *Tofieldia calyculata* Whg. (*Anthericum* Sut.), *Trifolium fragiferum*.

Seewersee. V. Feuerstein.

Seewis, pagi Rhaetici vicus, in Rhaetigovia, prope vallis claustra situs, montibusque Scesa-plana et Falkniss subiectus. Locus Musis, ob amabilis poëtae Salisii sedes, Florae, propter stirpes raras, quibus abundat regio vicina, gratissimus. V. Rhaetigovia.

Seiche des Embornats (La), mons Iuranus pagi Vaudensis, supra St.-Georges, in dorsi clivo septentrionali, paulo infra verticem situs, et fere usque

ad viam, qua e M. Marchairuz in vallem Iugensem itur, protensus. In eius pascuis montibusque proximis leguntur: *Campanula thyrsoidea*, *Cerinthe glabra* Mill. (*alpina* Kit.), *Daphne Cneorum* I *canescens*, *Draba aizoides*, *Genista pilosa* (in iugo austro-occidentali unice ibi provenit), *Lonicera coerulea*, *Narcissus poëticus*, *Ribes petraeum* Jacq., *Rhododendrum ferrugineum*.

Seigne (Le Col de la), mons editus inter Sabaudiam et Pedemontium situs, occidenti-austrum versus Monti Albo subiectus. Eum vallecula frigidissima, ubi paguli exstant alpestres aestivalesque, le Glacier et le Chapin dicti, a montibus les Fours et le Bonhomme separat. In eorum tuguriis miseris viator itinere defessus nulla fere alimenta, ne quidem panem edulem, nec nisi foenum squalidum ad pernoctandum invenire potest. Sed commodiore hospitio in magna casa pastoria, ad Sabaudam familiam Miédangroz pertinente, ipsiusque montis radicibus subiecta, benigniter excipitur. Semita alpestris, qua Geneva per Arvae et Montjoie valles, atque per colla Bonhomme et la Seigne in vallem Praetoriam, et inde in latos Italiae superioris campos Augustamque Taurinorum pergitur, difficilis quidem, sed omnis periculi expers est. Neque tamen prudentia suadet per illas asperrimas Alpes absque boni ductoris auxilio iter suscipere. Summa colli la Seigne altitudo 7579 p. s. m. metitur. Inde via in nivalem molibusque glacialibus undique rigentem valleculam, Allée-blanche dictam, ad lacus alpestris Combal tristia littora, porro in virentem laetamque vallem Véni, immensis Albi montis scopulis subiectam, ipsamque glaciei molibus neutiquam carentem, ac denique in oppidum Courmayeur pervenitur. In montis adscensu supra valleculam Glacier a nobis inventae fuerunt: *Artemisia spicata* Jacq., *Carex capillaris*, *C. curvula* All., *C. foetida* All., *Luzula* (*Iuncus* All.) *lutea* Dec., *L. spadicea* Dec., *Oxytropis campestris* Dec. (*Astragalus* L.), *Potentilla grandiflora*. — Supra fauces Allée-blanche: *Pedicularis rostrata*, *Ranunculus glacialis*,

Rhodiola rosea, *Saxifraga aspera* Dec. II (*S. bryoides* L.), *S. biflora* All., *Senecio incanus*, *Statice plantaginea* All. — V. Bonhomme (Col de), Fours (Col des), Allée-blanche.

Séligny. V. Céligny.

Sempronius (gall. le Simplon, germ. Simpeln-Berg, ital. il Sempione), mons celeberrimus Alpium australium iugi, inter Valesiam superiorem et Pedemontium situs. Istum montem illa magnifica ac vere regia via, per annos 1801—1805, regnante Napoleone atque eius auspiciis immenso sumptu exstructa traiicit, et intra horarum 15 spatium a vico Glis, vel Briga viatores ad oppidum Domo d'Ossola ducit. Via semper longissimis gyris procedens, non tantum a peditibus, mulis equisque, sed etiam ab omnigenis vehiculis, curribus ac maximis tormentis bellicis facillime superari potest, ut ne quidem usquam curruum rotae retinacula requirant. Clivi septentrionalis magna pars sylvis consita est, rupesque eius, aut semidetritae, aut humi stratis obtectae, ibi labores faciliores effecerunt; contra, in latere australi montes potissimum gnesii durissimi saxis vivis conflati sunt, atque per hunc tractum via praecipue admirationem excitat, adeo ut vix ullum eiusmodi monumentum ei comparari mereatur. Per totum iter 22 pontes, quorum longe pulcherrimus, ad locum Crevola dictum, montis basin australem occupat, et 10 xysti, per rupem duram excisi, hincque fenestris lateralibus illustrati occurrunt. Pleraeque porticus istae in tractu meridionali inveniuntur: quarum pulcherrima maximaque 683 pedes longitudine metitur; proxime eius imum exitum, viatores inter ingentem aquarum ex summis rupibus ruentium fragorem, et per mediam spumae vaporumque nubem pontes audacissimae structurae traiiciunt.

Totius itineris summum punctum 6174 p. s. m. elevatum, eurum versus molibus glacialibus Kaltwassergletscher dictis suppositum est. Prope hunc locum exstat et novum, et vetus hospitium: utrumque a reve-

rendis M. Pennini canonicis administratur. Porro, austrum versus vicus Valesiacus Simpeln, 4548 p. s. m. elatus, 2 leucis ab itineris fastigio distat. Ibi commode viatores pernoctare possunt. Ad occidentem vicinae moles montis Fletschberg glaciales, crystallo fere puriores, in vallem porriguntur. Ultimus Valesiae vicus, quem Gondo nuncupant, ad torrentem Veriolam, viam usque ad oppidum Domo d'Ossola comitantem, situs est. Ad eum vicum per horrendas fauces, ubi porticuum omnium longissima, quam supra memoravimus, excisa fuit, pervenitur. Etiam infra Gondo, via rursus in longas angustias, rupium praeruptarum hiatu formatas, penetrat: quibus traiectis, viator amoenam convallem Divedro altis iuglandibus vineisque consitam, et quatuor pagulis continentem laetus percurrit. Sed inter eam et collem Crevola, ubi totum iter alpinum terminatur, montis parietes adhuc in longas asperrimasque fauces coëunt.

Sempronius absque omni controversia inter totius Helvetiae plantarum feracissimos montes recensendus est. Revera, licet iam ab Halleri temporibus, ac praesertim nuper a Cl. Reynier, Murith, Gay nostrisque phytopolis sedulo exploratus fuerit, vix dubito quin adhuc circa eius moles glaciales multae novae stirpes detegi queant. — Hactenus saltem in isto pulcherrimo monte observatae sunt: *Achillea macrophylla*, *Ach. tanacetifolia* All. α, et γ *intermedia*, *Agrostis alpina* Willd., *Androsace pennina* N. (*Aretia intermedia* Heg.), *Aretia Vitaliana* N. (*Primula* L.), *Asperula taurina*, *Campanula cenisia*, *Carex microstyla* Gay (nuper ibi inventa; rarissima), *Cyclamen europaeum*, *Festuca Halleri* Vill., *F. pumila* Vill., *Galium pumilum* Lam. γ *maius* (species praerara), *G. verum* β floribus ochroleucis, *Gentiana nivalis*, *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Herniaria alpina* Vill. β *ramosissima* (in M. Ganterberg), *Hieracium albidum* Vill. (*intybaceum* Sut.; v. gr. ad moles glaciales Grunt), *Iuncus trifidus*, *Luzula spadicea* Dec. (*Iuncus* All.), *Phyteuma corniculatum* Clairv. II

Columnae (?), *Ph. pauciflorum* (*globulariaefolium* Sternb. et Hoppe), *Pinguicula grandiflora* Lam., *Poa alpina* II *brevifolia β multiflora* (var. ad *P. badensem* Haenke accedens; rarissima), *P. sudetica* Schrad. (ad summum clivum borealem), *Potentilla grandiflora*, *Tulipa sylvestris*? (a rev. MURITH citata), *Uvularia amplexifolia*. — In montis adscensu, supra Brigam: *Achillea tomentosa*, *Artemisia Absinthium*, *Astragalus exscapus* (rarissimus), *Astr. monspessulanus*, *Astr. Onobrychis*, *Bromus squarrosus β humilior*, *Campanula spicata*, *Chrysocoma Linosyris*, *Erysimum helveticum* Dec. (*Cheiranthus* Jacq.), *Festuca varia β flavescens*, *Hieracium lanatum* Vill. (*Andryala* L.), *Silene Otites* Sm. (*Cucubalus* L.). — Infra Ganter: *Alyssum montanum* (in Alpibus rarissime occurrens), *Matthiola varia* Dec. (*Cheiranthus tristis* Mur.; perrara), *Ononis rotundifolia*. Infra locum les Tavernettes, v. im Grund dictum: *Cynosurus echinatus*, *Sonchus montanus* Lam. *alpinus* Sut.; paulo altius occurrens). — Ad primum xystum, Italiam versus: *Trifolium saxatile* All. (rarissimum). — Ad Kaltwassergletscher moles glaciales: *Achilea moschata* Jacq., *Ach. nana*, *Alchemilla pentaphyllea*, *Androsace helvetica* N. (*Aretia* L.), *Andr. pennina* (*Aretia* Mur.), *Anemone baldensis*, *Anthericum serotinum*, *Arabis coerulea* Wulff., *Arenaria rubra*, *Arnica Doronicum* Jacq., *Arn. montana*, *Artemisia glacialis*, *Art. spicata* Jacq., *Avena subspicata* Clairv. (*Aira* L.), *Biscutella laevigata* II *glabra* (*B. lucida* Balb.; nonnisi in editissimis Alpibus graniticis ocurrens), *Campanula excisa* Schl. (rarissima), *Carex approximata* Hoppe (*leporina* Willd.), *C. curvula* All., *C. firma* Host, *Centaurea phrygia γ ambigua*, *Cerastium latifolium*, *Cherleria sedoides*, *Draba frigida* Saut. (*dubia* Sut.), *Erigeron uniflorus*, *Eritrichium nanum* Schrad. (*Myosotis* Vill.), *Festuca violacea* N., *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Gentiana obtusifolia* Schmidt *β minor*, *Geum reptans*, *Iuncus Jacquini*, *Kobresia scirpina* Willd. (*Carex Bellardi* All.), *Lychnis*

alpina, *Lycopodium alpinum*, *Oxytropis campestris* Dec. (*Astragalus* L.), *Pedicularis recutita*, *P. rostrata*, *Phyteuma corniculatum* Clairv. I (*Ph. Scheuchzeri* All.), *Potentilla minima* Hall. fil., *Ranunculus glacialis*, *Salix helvetica* Vill. (*arenaria* auct.), *Saxifraga aspera* Dec. II (*S. bryoides* L.), *S. biflora* All., *S. oppositifolia*, *Splachnum froelichianum* Hedw., *Tofieldia borealis* Wbg. (*alpina* Sternb. *Anthericum calyculatum* fl. dan.; stirps rarissima, in Helvetia tantum in Valesiae alpibus editissimus australibus, ad moles glaciales visa). — Supra hospitium, ad moles occidentales: *Androsace obtusifolia* All., *Arenaria recurva* All., *Avena versicolor* Vill., *Azalea procumbens*, *Chrysanthemum alpinum*, *Gnaphalium supinum*, *Luzula lutea* Dec. (*Iuncus* All.), *L. spicata* Dec. (*Iuncus* L.), *Ranunculus pyrenaeus*, *Senecio incanus*, *Sibbaldia procumbens*, *Viola calcarata*. — Prope vicum Simpeln: *Aiuga pyramidalis* β *alpestris* (*Ai. pyramidalis* Engl. bot. *Ai. alpina* Sut.), *Anemone alpina* β *sulphurea* (in pratis, copiose), *Arenaria rubra*, *Arnica montana* var. multiflora, *Evernia vulpina* Ach. (*Lichen* L.), *Phyteuma hemisphericum*, *Poa nemoralis* IV (*P. iuncea* Sut.), *Potentilla grandiflora*, *Primula viscosa* Vill. (*villosa* Sut.) β *maior* (rupes late pulcherrimis tapetis vestiens), *Pteris crispa* Sw. (*Osmunda* L.), *Scleranthus perennis*, *Sedum villosum*, *Silene Saxifraga* (cis Alpes vix occurrens), *Tanacetum vulgare*. — Supra Gondo: *Achillea moschata*, *Arenaria laricifolia*, *Carex frigida All.*, *Centaurea phrygia*, *Cytisus nigricans*, *Erysimum helveticum* Dec. (*Cheiranthus* Jacq.), *Hieracium alpestre* Jacq. (in descensu meridionali. Cl. Reynier), *Iuncus trifidus*, *Laserpitium Halleri* All. (*hirsutum* Sut.), *Saxifraga oppositifolia*, *Scrofularia canina* (alibi nusquam in Valesia proveniens), *Sempervivum arachnoideum*, *Trifolium alpinum*, *Viola grandiflora* III *ramosa* β. — Inter Gondo et Isella: *Artemisia spicata* Jacq., *Athamanta Libanotis* γ *exaltata* (forma elegantissima, his Alpibus propria), *Chrysanthemum Parthenium* Pers. (*Matricaria* L.), *Cyclamen*

europaeum, *Cytisus nigricans*, *Genista germanica*, *Ligusticum peloponnesiacum* (rarissimum), *Phyteuma corniculatum* I *Scheuchzeri*, *Pleurospermum austriacum* Hoffm. (*Ligusticum* L.; rarissimum), *Saussurea discolor* Dec. (*Serratula* Willd.; perinde), *Silene Saxifraga*, *Thalictrum foetidum* Dec. (?), *Th. maius*, Jacq., *Th. minus* *Uvularia amplexifolia.* — Prope Divedro: *Antirrhinum Bauhini* N. (*genistifolium* Sut.), *Chenopodium Botrys*, *Scirpus setaceus.* — Circa Crevola: *Arabis Halleri* H (*Ar. stolonifera* Hornem.), *Bromus squarrosus*, *Cactus Opuntia* (ad rupes, supra pontem affatim), *Celtis australis* (stirps transalpina), *Centaurea nigrescens* Willd. (*dubia* Sut.), *C. seusana* Chaix, *C. splendens*, *Galeopsis pubescens* Bess. (*versicolor* Clairv.), *Genista scoparia* Lam. (*Spartium* L.) *Gnaphalium luteoalbum*, *Panicum miliaceum*, *Phytolacca decandra*, *Potentilla opaca* γ *germanica* (inter Isella et Crevola), *P. recta*, *Silene Armeria*, *S. Otites.* — V. Saas, Zwischbergen.

Senlienne. V. Anniviers.

Sentier (Le), vicus vallis Iugensis, ad parochiam Chenil dictam pertinens, fere ad superioris seu maioris lacus caput amoene situs est. Non multas, sed bonas habet domus cum pulchro templo. — Plantae rariores 1) in colle supra vicum occidentem versus: *Bunium Bulbocastanum* (locis graminosis, neque ut more solito inter segetes), *Laserpitium Siler.* — 2) In amne Urba: *Nuphar luteum* Sm. (*Nymphaea* L.), *Potamogeton pectinatus.* — 3) In paludibus secus Urbam: *Betula nana*, *Epilobium palustre*, *Lonicera coerulea*, *Melampyrum pratense* β *paludosum* (var. insignis). — 4) In ericetis torfaceis inter vicum et lacum: *Andromeda polifolia*, *Comarum palustre*, *Drosera rotundifolia*, *Empetrum nigrum*, *Galium boreale*, *Pinus sylvestris* γ (*P. Pumilio* Dec.; integram efficit sylvulam, arbusculis pygmaeis etsi fructiferis constantem), *Salix pentandra* (etiam ad vias frequens), *S. repens* eiusque multae varietates, ac praesertim β *elatior*, quae ad *S. argenteam* Sm. proxime accedit, *S. versifolia* Wbg. α *vulgaris* et

eius forma, quam SCHLEICHERUS pro *S. fusca* L. habet, *Vaccinium Oxycoccos*, *V. uliginosum* (ex cuius baccis incolae nunnunquam liquorem grato spirito plenum eliciunt). — 5) Ad lacus glareas: *Antirrhinum alpinum* (in montibus Iuranis rarum), *Arenaria ciliata β multicaulis* (haecce species etiam in istis montibus rarissime occurrere videtur), *Iuncus ustuiatus* Hoppe (nusquam pulchrior). — 6) In agris: *Carduus multiflorus* N. (*polyanthemos* Schl.), *Neslia paniculata* Dec. (*Myagrum* L.). — V. Brassus.

Sentis v. Säntis (Der), mons totius Abbatiscellanorum pagi altissimus, ad eius limites austro-occidentalis inter ditionem Inner-Rhoden et Comitatum Toggicum superbe exsurgit. Montís summitates nivibus sempiternis obrutae sunt, dorsaque eius aliquot moles glaciales gestant. Altitudine pedes 7671 s. m. metiri perhibet Cl. WAHLENBERG; quam altitudnem alii 7766 pedes efficere contendunt. In isto fastigio, (neque minus in vicino scopulo, der alte Mann dicto 7679 p. alto), pulchra magnaque orientalis Helvetiae pars spectaculo est. Eo triplici semita, nulla autem absque sudore, a vico Weissbad (Inner-Rhoden) pervenitur; commodissima per pagulum Schwendi ad pascua See-Alp, et paulo altius ad Alpem Meglis-Alp dictam, ubi integer exstat vicus aestivalis casis pastoreis constans, pervenit. Tractus ei loco imminentes arborum omnino impatientes sunt; inde viatores mox nivales campos intrant, et intra 3—4 horarum tempus montis summum cacumen, Giri-Spitz nomine notum consequuntur. — Altera semita, priori magis ardua periculosaque, pascua Bommen-Alp, Alten-Alp, ingentemque per media saxa hiantem lacunam Wagenluke dictam percurrit; inde per Oehrlekopf montem Hohen-Mesmer conscendit. In casis vicinis (in den Sprüngen) viator asylum nocturnum invenire potest, unde per matutinas horas superatis immensis scopulorum ruinis murisque nivalibus, montis denique fastigium attingit. In istius viae horrendis solitudinibus, no-

bilem, sed eheu! nimis brevem vitam terminavit optimus IETZELERUS (V. Scaphusia), orphanorum civitatis suae amicus paterque, cui in ipso fatali loco (infra Hohen-Mesmer) monumentum dicaverunt amici. — Tertia semita, omnium brevissima, per celebrem eremitae cellam Wildkilchlein, et montem Eben-Alp, pone scopulum Oehrlekopf pergens, viatorem etiam ad summum cacumen perducit. — Nonnulli denique ex Toggiorum vico Alt-St.-Johann, in valle Thurthal sito, aut ex ipso pago Wildhaus, sed per viam difficillimam, nec sine vitae periculo, montem Sentis conscendunt; in eo itinere pulchros Duriae fontes mirantur. — Plantae citatae: *Achillea moschata* Jacq. (dubitat amiciss. CUSTOR, cui in istis Alpibus dumtaxat *Ach. atrata* occurrit), *Allium Schoenoprasum* β *alpinum*, *Arnica scorpioides*, *Orchis albida* All. (*Satyrium* L.), *Orch. globosa*, *Oxytropis montana* Dec. (*Astragalus* L.), *Petrocallis pyrenaica* R. Br. (*Draba* L.), *Primula integrifolia*, *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.) — V. Hohe-Mesmer, See-Alp, Schwendi.

Septimer (Der), lat. Septimius, mons Rhaetiae, inter Praegalliam et vallem Oberhalbstein, in Engadinae superioris confinio situs. Via alpestris, satis frequentata, cuius punctum altissimum 7560 p. s. m. elevatum est, huncce montem traiiciens, e vico Bivio seu Stalla ad oppidulum Praegalliense Casaccia intra 3 horarum spatium viatorem ducit. Colli cacumini summo insidet diverticulum: inde tres lacus alpini, inter se parum distantes, ex quibus Oenus, Maira et amnis Oberhalbsteiner-Rhein dictus scaturiunt, ut fere ex eodem puncto Hadriae, Ponto Euxino marique Atlantico aquas suppeditent, intra paucas horas visitari possunt. — Stirpes observatae: *Arenaria biflora*, *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Gypsophila fastigiata* (nonnisi in Alpibus Rhaeticis occurrens, atque etiam ibi rarissima), *Linnaea borealis*, *Primula integrifolia*, *Ranunculus glacialis*, *R. rutaefolius* (perrarus), *Salix herbacea*, *Saxifraga aspera* Dec. I *elongata* (*S. aspera* L.), *Viola calcarata* I *subacaulis*.

Serin, sic gallice mons Sanetsch nominari solet. V. Sanetsch.

Sernfthal. V. Glaronensis pagus.

Seron, mons elatus, sed fertilis, inter summas valles l'Etivaz et Ormond-dessus, iuxta scopulos Cap-au-moine, v. Tête-du-moine et Florietta situs, pascuis Tomalay imminens. In eo monte lectae sunt: *Agrostis rupestris* Willd., *Aira flexuosa* α (*A. montana* Sut.), *Anemone vernalis*, *Carex atrata*, *Cineraria cordifolia* Gouan, *Draba frigida* Saut. (*dubia* Sut.), *Festuca alpina* Sut., *Gnaphalium supinum*, *Phaca frigida* Jacq., *Rumex arifolius* All. — In pascuis Tomalay: *Achillea macrophylla*, *Draba ciliaris*?? (citante b. FAVROD), *Geranium lividum* L'Her., *Gnaphalium pusillum* Haenke, *Myrrhis odorata* Scop. (*Chaerophyllum* L.). — Ad pedem scopuli Cap-au-moine: *Achillea atrata*; *Arabis bellidifolia* Jacq., *Artemisia Mutellina* Vill., *Carex frigida* All.

Servan. V. Salvan.

Servoz, oppidulum Sabaudiae, in Arvae ripa dextra, inter Sallenche et vallem Chamouny, quae per fauces perangustas rupibusque pulcherrimo Lichenum tapete decoratis constantes, aditur, situm. Regio vicina fodinis metalliferis, fossilibus plantisque raris abundat. — Ibi observatae fuerunt: *Eriophorum gracile* Koch (*triquetrum* Hoppe), *Hieracium murorum* I *vulgatum* ζ *ramosum*, *Isopyrum thalictroides*, (inter Sallenche et Maglans; rarissimum).

Séverin (Saint-). V. Ardon, Sedunum.

Sewersee. V. Feuerstein.

Sex (La porte du), faucium rupestrium angustiae, in Valesia ima, haud procul Lemano sitae. Eo loco inveniuntur: *Convallaria Polygonatum*, *Iuncus bulbosus*, *Lepidium petraeum*, *Lunaria rediviva*, *Malva Alcea*, *Potentilla caulescens*, *Taxus baccata*, *Tilia platyphyllos* Vent., *Typha minima* Hoppe (*minor* Sm.; au Bouveret).

Saxamniensis vallis, das Schamserthal, regio Rhaetiae, a Rheno posteriori percursa, tres fere

leucas longa, ab austro septem triones versus, inter Rhenivaldiam vallesque Ferreram et Domesticam (Domleschg) extenditur. Incolae lingua romanica utuntur et fidei evangelicae addicti sunt. Plantae rariores: *Carex iuncifolia* All. (in Alpibus editissimis; rara), *Circaea alpina* (secus Viam Malam, abunde), *Linnaea borealis* (ibidem nuper a Cl. Coquebert visa; saltem parcissime), *Luzula spadicea* Dec. (*Iuncus* All.; in Alpibus), *Polemonium coeruleum* (in pratis pone Ferrera), *Primula minima* Roesch (*rhaetica* N.; prope Bärenburg, ad ingressum angustiarum die Rofflen). — In M. Sursees v. Suretta: *Avena versicolor* Vill., *Carex curvula* All., *C. ericetorum* Poll. (*globularis* Sut.), *Orchis nigra* Scop. (*Satyrium* L.). — In M. Piz Beverin: *Aquilegia alpina*, *Centaurea phrygia*. — In Alpe Arosa: *Achilea nana*, *Artemisia glacialis*, *Ranunculus glacialis*. V. Andeer, Cerá, Via mala Rofflen.

Sidera (Siders, gall. Sierre), oppidulum Valesiae superioris, inter Leucam et Sedunum, fertili colli, ripae dextrae Rhodani imminenti insidens. Ibi Valesiae magnates villas cum vastis hortis possident, et vicus, propter altas turres aliaque antiqua aedificia, eminus speciem vere pictoriam oculis offert. Ceterum omnis regio vicina, absque controversia, ad totius Helvetiae partes pulcherrimas pertinet. — Supra Sideram via regia praelongi pontis ope flumen traiicit, ac in celebrem sylvam, bois de Finges dictam penetrat. — Ad iugi australis basin, e regione oppidi, vallis lateralis Annivier aperitur: eius ingressum arx quaedam, cuius etiamnum exstant rudera, olim defendebat.

Sidera sub coelo mitissimo iacet: vineae vicinae potum generosum (v. gr. vinum moschatum et malvasiense) suppeditant. Eius ager, iampridem a multis botanicis percursus, magnam stirpium egregiarum et Europae australiori propriarum copiam profert. Botanophilorum attentionem praesertim meretur notissimus collis ille gypsaceus les Plâtrières, inter oppi-

dum et Sedunum viae et Rhodano imminens. — Plantae insigniores: *Astragalus Onobrychis* (Leucam versus), *Chenopodium Botrys* (ibidem), *Chondrilla iuncea*, *Erysimum helveticum* Dec. (*Cheiranthus* Jacq.), *Euphorbia segetalis* (rarissima), *Filago gallica*, *Gnaphalium luteo-album*, *Medicago falcata γ minor* (in collibus gypseis proxime vicum), *Micropus erectus* (praerarus), *Ononis Columnae* All. (*minutissima* Sut.), *Oxytropis pilosa* Dec. (*Astragalus* L.; inter Sdunum et Sideram), *Poa Eragrostis* (ibidem), *Populus alba* (ibidem; integra dumeta efficiens), *Ribes petraeum* Jacq., *Scabiosa Columbaria δ tenuisecta* (Sedunum versus), *Stellera Passerina* (Lens versus), *Tragopogon maior* Hoffm., *Tragus racemosus* Desf. (*Cenchrus* L.; ad viam Sedunensem). — In sylva Finges, ad Rhodani ripam sinistram sita: *Achillea setacea* W. et K., *Chenopodium Botrys*, *Ch. glaucum*, *Euphrasia viscosa* (rarissima), *Hieracium florentinum* All. I (*H. praealtum* Vill.), *Onobrychis supina* Dec. (*Hedysarum* Chaix; rarissima vixque in Helvetia alibi occurrens), *Pyrola chlorantha* Sw. (rara), *Scirpus maritimus*. — V. Plâtrières.

Sierenz, locus Alsatiae superioris, inter Basileam et Mülhusiam situs. Ibi a Cl. Labram lecta est *Potentilla supina*, hucusque intra nostros fines nusquam rite observata.

Sidlinen-Alp, summa editissimi scopuli Galenstock pascua fertilia; ibi ultimae eius casae boviles sitae sunt, ad altitudinem 6384 p. s. m. In istis pascuis occurunt: *Iuncus filiformis*, *Hieracium albidum* Vill. (*intybaceum* Sut.), *Phyteuma betonicaefolium*.

Sierne. V. Geneva.

Sierre. V. Sidera.

Signy, pagulus agri Nevidunensis, inter oppidum et vicum Grens situs. — Plantae rariores: *Campanula patula*, *Mentha hirsuta ββ villosissima*, *δ spicata*, *δ allionana*, *Physalis Alkekengi*, *Scilla bifolia*, *Viola odorata β leucantha*.

Sila (die Sihl), amnis pagorum Suitensis et Tigu-

rini. Apud Suitenses, ad M. Pragel pedem, in valle nempe Sihlthal, cui nomen indidit, fontes habet. Huiusce pagi partem orientalem, occidenti-boream petens, inrigat; tunc prope Hütten ditionem Tigurinam nacta eamque per brevem tractum a pago Tugeno dividens, fere semper eamdem directionem sequitur et tandem in amoenissimam regionem sylvosam Sihlwald dictam penetrat: qua relicta lucum gratissimum Sihlhölzlein Turico proximum ut et magnam pulcherrimi ambulacri urbani (der Schützenplatz, der Platz) partem circumfluit, atque ad eius extremitatem in Limagum effunditur. Sila quidem sese nusquam navibus submittit, sed ligna, quae in littoralibus sylvis caeduntur, veluti rates secundo amni Turicum perveniunt. Aquae eius frigidiusculae lotioni per aestatem vulgo inserviunt, ac multum ad iuvenum corroborandas vires conferre dicuntur. Secus amnis placidissimas ripas aliquot pulchellae plantae proveniunt, quarum hactenus pleraeque prope Turicum observatae fuere. V. Tigurum.

Sils (roman. Salgias), vicus Rhaeticus vallis Domesticae, inter Rhenum et Albulam, e regione oppiduli Thusis situs.

Sils (romanice Seigl), altissimus totius Oeni vallis vicus, 5770 p. s. m. elatus, ac prope locum, ubi flumen lacum Siliensem deserit, situs. Iste lacus sesquileucam longus, et $^3/_4$ l. latus, multas delicatissimas alit tructas, quarum maximae usque ad viginti librarum pondus pervenire dicuntur. Ex vico Sils occidentem versus per montem Maloiam in Praegalliam, ad austrum autem, brevi asperrimae molis glacialis, qua riget vallis Vecta, tractu superato, per alpestrem valliculam Malengo, Sondrium, provinciae Tellinae oppidum, pervenitur. In valle Vecta ollarius effoditur lapis; sic et prope ipsum vicum Sils pulchri gypsi fodina exstat. Plantae rariores prope lacum occurentes: *Arenaria laricifolia*, *Herniaria glabra* (an fortasse *alpina*? Vill.), *Potentilla grandiflora*, *Saxifraga aspera* Dec. I *elongata (S. aspera* L.), *Vicia Cracca* var. alpina floribus odoratis.

Simmenthal v. Siebenthal, Simmiae vallis, notissima Oberlandiae Bernensis regio, in vicinia summae vallis Sanensis ad montem Reulissen incipit. Totam eius longitudinem 12 fere leucis constantem Simmia (die Simme), cuius pulchri mirabilesque fontes supra pagum an der Lenk scaturientes viatorum attentione dignissimi sunt, percurrit. Inter Stockhornii iugum ad occidentem, et Nessi montes eurum versus plerumque valde coarctata, haecce vallis primum septem triones petit; sed prope Oberwyl subito ad eurum convertitur, et eadem fere directione continuata, per fauces angustissimas satisque asperas prope Thun aperitur. Ceterum ad amoenissimas Helvetiae interioris partes pertinet, et ubique scenas bucolicas aut pictorias oculis offert. Prata, pascua et alpes, nec minus pulcherrimum, quod ibi educatur armentorum genus, praecipuas regionis divitias efficiunt. Incolae, magis quam vicini alpigenae, laboris et industriae amici, optimum spiritum e cerasis sylvestribus eliciunt, bonumque caseum pinguem praeparant; verum propter solum plerumque nimis declive arvisque minus aptum, agrorum et arborum domesticarum culturam, multis locis omittere coguntur.

Regio Nieder-Simmenthal dicta, fere 5 l. longa, atque inter Nessi duplex iugum comprehensa, valleculam lateralem a Simmiae valle propria seu superiori penitus divisam efficit, quae seorsim ac supra eam in lacus Thunensis ripa occidentali aperitur.

Testante rev. Studero, vici Erlenbach pastore, in pratis vallis Simmiae superioris occurrunt. *Gentiana acaulis*, *Oxytropis campestris* Dec. (*Astragalus* L.), *Rosa canina β* (*R. collina* Jacq.), *R. rubrifolia* Vill., *Sonchus Plumieri* (circa Zweysimmen; Sanensium et Aquilesensium Alpibus proprius). — In iugo orientali montibus Stockhorn opposito (ad 5—7 millium p. s. m. altitudinem): *Aconitum Napellus* ϑ *albiflorum* (in Chirel pone Diemtigen), *Agrostis rupestris* Willd., *Alchemilla pentaphyllea*, *Allium Schoenoprasum β alpinum*, *Ane-*

mone vernalis, *Anthericum Liliago*, *Apargia alpina* Host (*Leontodon pyrenaicus* Stud.), *Ap. hispida* Willd., *Arabis pumila* Wulff. (*scabra* All.), *Ar. stricta* Huds., *Ar. Turrita*, *Arenaria polygonoides* Wulff., *Arnica montana*, *Astrantia minor*, *Azalea procumbens*, *Bupleurum ranunculoides*, *Campanula alpina* (rarissima, nec alibi nisi forte in Alpibus Rhaeticis et in M. Scheideck intra nostros fines inventa), *Carex atrata* γ (*C. nigra* All.), *C. foetida* All., *C. iuncifolia* All., *Chrysanthemum alpinum*, *Erigeron alpinus*, *Er. uniflorus*, *Eriophorum alpinum*, *Er. Scheuchzeri* Hoppe (*capitatum* Hoffm.), *Festuca Halleri* (rara), *F. nigrescens* Lam., *F. varia* Haenke, *Hieracium albidum* Vill. (*intybaceum* Sut.), *H. alpinum*, et III (*H. Halleri* Vill.), *H. blattarioides*, *H. glaucum* All. *H. Schraderi* Schl., *Hypochoeris uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq.), *Kobresia scirpina* Willd. (*Carex Bellardi* All.), *Pedicularis tuberosa* (in M. Trütlisberg), *Phaca astragalina* Dec. (*Astragalus alpinus* L.), *Ph. australis*, *Phyteuma hemisphaericum*, *Pyrola uniflora*, *Ranunculus aconitifolius* γ (*R. platanifolius* L.), *R. montanus* Willd. (*nivalis* Sut.), et ε *villosus* (*R. Villarsii* Dec.), *Rosa tomentosa* Sm., *Saxifraga caesia*, *Scabiosa Columbaria* ζ (*Sc. lucida* Vill.), *Sibbaldia procumbens*, *Silene acaulis*, et var. floribus albis (in M. Nesso), *S. quadrifida*, *Swertia perennis*, *Thrincia taraxacoides* N. (*hispida* Willd.), *Trifolium alpinum*, *Tr. rubens*. — In M. Männlifluh: *Alchemilla pentaphyllea*, *Apargia Taraxaci* Willd. (*Hieracium* L.), *Arabis bellidifolia* Jacq., *Ar. coerulea* Wulff., *Arenaria polygonoides* Wulff., *Azalea procumbens*, *Cardamine resedifolia*, *Cerastium latifolium*, *Gentiana brachyphylla* Vill., *Iuncus Jaquini*, *I. trifidus*, *Luzula spadicea* Dec. (*Iuncus* All.), *Linum montanum* Schl. (*alpinum* Mur.), *Poa laxa* Haenke (perrara), *P. minor* N., *Rheum digynum* Wbg. (*Rumex* L.), *Salix foetida* Schl. (*alpina* Sut.), *Saxifraga biflora* All., *S. cuneifolia*. — Prope Wimmis, ad Simmiae pontem, in glareis: *Aconitum Lycocto-*

num, *Ac. Napellus*, *Antirrhinum alpinum*, *Arabis alpina*, *Ar. pumila* Wulff., *Athamanta cretensis*, *Carduus acanthoides* Dec. γ (prope Wimmis: amiciss. EMM. THOMAS), *Draba aizoides*, *Erinus alpinus*, *Hieracium glaucum* All., *Primula Auricula* (!), *Saponaria ocymoides.* — Circa Lättenbach: *Aster alpinus*, *Globularia cordifolia*, *Gypsophila repens*, *Helianthemum oelandicum* Dec. (*Cistus* L.), *Nardus stricta*, *Thalictrum minus* (*humile* Schl.). — In pratis per totam vallem Nieder-Simmenthal: *Astrantia maior*, *Convallaria Polygonatum*, *Crocus vernus* All., *Ophrys arachnites* Hoffm., *Ophr. Monorchis*, *Ophr. myodes* Jacq., *Ornithogalum luteum* Stud. (ut putamus *Orn. sylvaticum* Pers. et fl. helv. V. app. ad vol. VI.), *Phyteuma orbiculare*, *Pimpinella magna* H. (*P. rubra* Hoppe), *Pinguicula alpina*, *Polygala Chamaebuxus*, *Rubus saxatilis*, *Trollius europaeus*, *Tussilago alpina*, *Viola biflora.* — Ceterum adhuc citantur: *Hieracium succisaefolium* All. (prope arcem Blankenburg, vallis superioris), *Salix seringiana* N. (*lanceolata* Ser. non Sm.; passim), *Vicia sylvatica* (in Alpibus).

Siselen, pagus planitiei lacustris Bernensium, ad viam Neocomensem inter Aneth et Walperschwyl situs. Ibi nascitur elegans *Carex Pseudo-Cyperus.*

Sissach, vicus pagi Basileensis inter Liestall et Läuffelfingen, in montis Sissacherfluh vicinia, situs. — Ibi occurrere dicuntur: *Hesperis matronalis* β (*H. inodora* L. rara), *Ornithogalum pyrenaicum*, *Scilla bifolia.*

Solalex, editissima Alpium Vaudensium pascua, monti Enzeindaz contigua, asperrimis Diablerets scopulis subiecta, et supra oppidum Bex sita. Ibi proveniunt: *Alnus incana* Willd. (paulo infra quam *Betula viridis* Chaix remanet; vix multo altius adscendere probabile videtur), *Arabis ciliata* R. Br. (*Turritis* Reyn.) *Corallorrhiza Halleri* Rich. (*Ophrys Corallorrhiza* L.), *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* auct.), *Delphinium intermedium* Ait. H. *alpestre*, *Dryas octo-*

petala, *Erica carnea*, *Globularia nudicaulis*, *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.), *Lapsana foetida* All. (*Hyoseris* L.), *Lonicera coerulea*, *Luzula flavescens* N. (*Iuncus* Host.), *Neottia cordata* Rich. (*Ophrys* L.) *Pinguicula alpina*, *Pyrola secunda*, *P. uniflora*, *Salix foetida* Schl. (*alpina* Sut.), *S. myrsinites*, *Tozzia alpina*, *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.), *Tussilago alba* ♀ *ramosa* (rara), *T. nivea* Vill.

Solodurensis pagus, ad boream ab agro Basileensi, ad occasum meridiemque a Bernensi ditione, et ad eurum ab Argovia terminatus. Longitudo eius, Arolae cursum fere persequens, ab austro-occidente ad borea-eurum sese extendit, 8—10 leucas, summa autem latitudo 5 l., superficies tandem fere 13 milliaria geographica quadrata metitur. Partem pagi septentrionalem obtinent iuga Iurana, in istis tractibus magis quam in ceteris Helvetiae germanicae regionibus edita. Eorum cacumina praecipua sunt montes Weissenstein (3866 p.) et Hasenmatte (4476 p. s. m.). Reliquus ager Solodurensis potissimum collibus humilibus campisque constat. Praeter Arolam, quacum Emmia maior infra Solodurum confluit, Birsa limitum partem occidentem versus irrigat. Incolarum probitas priscaque fides laudantur; sed superstitionis inscitiaeque malis laborant, etsi scholae, saltem rurales, sub mediationis regimine, insigniter reformatae fuerunt. Paucissimis exceptis vicis, evangelicae fidei addictis, religionem catholico-romanam profitentur. Agriculturae pecudumque educationi potissimum incumbunt. — Regionis pars Arolae, ac praesertim pago Basileensi proxima, fertilissima est; contra, multi tractus vallesque Iuranae boreales steriles esse perhibentur. Praeter pascua montana, quae per aestatem armenta pecoraque permulta sustentant, solum cultum praecipue arvis, pratis pomariisque constat; paucas vineas istasque valde mediocres continet. Frumentum, equi, armenta, boni casei montani, quos incolae praeparant, spiritus, quem ex cerasi fructibus extrahunt, expedi-

tionis commercium et aliquot pannorum laneorum fabricae, praecipuas pagi divitias efficere dicuntur.

Quoad rem herbariam, ager Solodurensis inter Helvetiae terras propemodum incognitas hactenus recenseri potest, utpote quem botanici vix nisi obiter peragraverint, et incolarum propriis observationibus plane careamus. Testante Cl. HEGETSCHWEILER, *Buxus vulgaris* in montibus Iuranis Solodurensibus occurit, ibique nuperrime a Cl. ROTH detecta est formosa *Iberis saxatilis*, nusquam hucusque intra nostros limites visa. V. app. ad fl. helv. vol VI., Solodurum, Dornach, Olten, Hasenmatte, Weissenstein.

Solodurum (Solothurn, gall. Soleure), pagi sui nominis caput, inter Büren et Aarburg ad Arolam, qua in duas inaequales partes a duobus pontibus ligneis rursus coniunctas, dividitur, in regione fertili amoenaque situm, 1284 p. s. m. elevatum. Ista urbs non magna, sed neutiquam inconcinna, viis quidem incurvis nec satis planis, sed iustae latitudinis, bene aedificatis, rivis fluentibus magnaque fontium copia ornatis constat. Pulcherrimum, ut putamus, totius Helvetiae aedificium possidet, templum nempe collegiale D. Urso, reipublicae patrono dicatum, ingentibus ac pro civitatis viribus sane nimiis impensis per octavum seculi praeteriti decennium exstructum. Basilicae campanilis altitudo 190 pedes adaequat. Eius magnificam faciem, cuius amplissimae ianuae per 33 gradus lapideos, totam fani latitudinem obtinentes, adeuntur, aquae duorum elegantissimorum fontium alte salientes exornant. Aedis pars interior nobili quoque simplicitate gaudet, pretiosisque tabulis pictis superbit. Cetera aedificia publica, attentione digna, sunt: curia, architectura ambitiosa potius quam elegante conspicua; armamentarium, ubi permulta priscorum bellorum veterisque gentis gloriae trophaea adservantur; orphanotrophium atque cetera civium principumque pietatis monumenta. In urbis thesauro antiquissimum evangeliorum manuscriptum, ut et non-

nulla tentoria castris Caroli Audacis, Burgundiae ducis erepta visuntur.

Mercium transitus et expeditio, atque Arolae navigatio civium industriam quadantenus sustentant.

Academiae, qua ut et tota civitate Loyolae filii etiamnunc exsulant, decem praesunt professores, ingenuam iuventutem linguas, tum veteres, tum recentiores scientiasque docentes. Per hos ultimos annos Soloduri scientiarum naturalium societas instituta est, quae ad eas utilissimas artes promovendas sedulo incumbit. Bibliotheca urbana, medio fere octodecimo seculo condita, 8 millibus voluminum constat. Canonicorum bibliotheca multorum classicorum librorum editiones principes possidet. Amplissimus Wallier de Wendelstorf pulchram ditissimamque fossilium et petrefactorum Iuranorum supellectilem collegit. Celebrium hortulanorum Vogt et Wyss speciosae areae magna florum varietate, ac, per propriam tempestatem, praesertim caryophyllorum diversissimorum insolito nitore splendent.

Intra ipsos urbis muros, propugnacula et locus Kreuzacker dictus gratissima ambulacra luculentasque prospectuum scenas offerunt. Regio quoque vicina viis amoenissimis, umbrosis ac deambulationibus aptissimis abundat.

Plantae rariores: *Alopecurus geniculatus*, *Camelina sativa* Crantz (*Myagrum* L.), *Myagrum perfoliatum* (circa Bühlbenken; perrarum), *Vicia dumetorum* (inter Petlach et Gränchen).

Sonceboz, vicus Bernensis, praefecturarum Iuranarum, in ima D. Immerii valle, ad Susam, paulo infra illam celebrem petram pertusam (Pierre-pertuis), qua via per vallem Monasteriensem (Moutier-Grandval) Basileam tendit ac fere 4 leucis ab urbe Bienna distans. Alia via sinistram petens integram D. Immerii vallem percurrit parvoque dorso, ad montis Chasseral ramos pertinente, superato, viatores in principatum Neocomensem ducit. Regio circumiecta

sylvis arduisque rupium parietibus abundat, et absque dubio pulchras variasque stirpes profert. Hactenus tamen nonnisi pauciores citantur, scilicet: *Arabis perfoliata* Lam. (*Turritis glabra* L.), *Campanula persicifolia* (ad viam Biennensem), *Thlaspi montanum.*

Sonvillers. V. Moutier-Grandval.

Sörenberg, mons Entlebuchiae, in pago Lucernensi situs, 5515 p. s. m. elatus. In eius paludibus occurrit *Menyanthes trifoliata.*

Speer (Der), mons pagi Sancto-Gallensis, inter vallem Toggicam superiorem (Thurthal) et Linthae crateram (Castra Rhaetica, die Landschaft Gaster), in montium Kuhfirsten iugo situs, et auctore Cl. Wahlenberg 5915 p. s. m. elevatus. Scena qua spectator in isto fastigio fruitur tam magnifica est, ut eam multi haud disparem montis Regii prospectui esse existiment. Plantae citatae: *Arnica scorpioides*, *Gentiana utriculosa*, *Orchis globosa*, *Pedicularis foliosa*, *Salix hastata* (*Arbuscula* Sut.), *Tozzia alpina*, *Trifolium badium* Schreb. (*spadiceum* Sut.)

Speicher, magnus pulcherque vicus Abbatiscellanorum (Ausser-Rhoden), pluribus pagulis sparsisque habitationibus constans, inter Trogen et Sancto-Gallum situs. Praeter aliquot luculenta aedificia, templum novum, in octogoni formam exstructum, viatorum attentione dignum est. — Ibi vixit Walserus V. D. M., ac suam Abbatiscellanorum historiam conscripsit.

Hunc locum etiam insignem reddidit egregia victoria, quam anno 1403, in colle vicino Vögeliseck, parva sed invicta pastorum alpinorum manus pro libertate de multoties maiore Abbatis Sancto-Gallensis exercitu primam reportavit.

Speluga, der Splügen, mons Rhaeticus notissimus, in magno iugo australi, inter Rheni posterioris vallem superiorem et comitatum Clavennensem situs. Viam antiquissimam et usitatissimam, ex Helvetia orientali Clavennam atque ad lacum Larium

ducentem, ab anno 1820 Austriae imperator Italiam versus, et Rhaetorum civitatis principes in clivo boreali, latiorem, multorum anfractuum ope, adeoque curribus ac omnium generum vehiculis accessam effecerunt. Iter a vico Splügen, in ipsa valle Rheinwald montis pedi subiecto, usque ad oppidum Chiavennam intra 7—8 horarum tempus per veterem viam perficiebatur. Ab illo vico, itineris summum punctum secundum geographorum Austriacorum mensuras trigonometricas 6393 (5928, Glutz; 6170, Ebel; 6213 J. Conr. Escher) p. s. m. elevatum, 2 fere leucis distat. In eo fastigio viatores diverticulum inveniunt. Ad occidentem mons Tambo, unus ex totius Rhaetiae scopulis altissimis supra hocce collum extollitur. Speluga (ut et Sempronius) boream versus adscensu facilis est; sed ex opposita eius parte, mox infra verticem, via fauces longas asperrimasque, Cardinell dictas, quarum horror et pericula cum illis Gotthardianis Schöllinen comparari possunt, ingreditur. Inde mitior facta, per vicos Isola et Campodolcino in imam D. Iacobi vallem et Clavennam pervenit. — Plantae rariores: *Achillea macrophylla*, *Ach. moschata* Jacq., *Agrostis rupestris* Willd., *Aira flexuosa α (A. montana* Sut.), *Alchemilla pentaphyllea*, *Androsace obtusifolia* All., *Anthericum serotinum*, *Arnica scorpioides*, *Astrantia minor*, *Atragene alpina* (perrara), *Avena versicolor* Vill., *Camelina dentata??* Pers. (*Myagrum* Willd.), *Cardamine resedifolia*, *Carduus carlinaefolius* Lam. (*transalpinus* Sut.), *Carex curta* Good. *β brunnescens (C. Gebhardii* Hoppe), *C. curvula* All., *C. foetida* All., *C. frigida* All., *C. fusca* Sut. (*C. caespitosae* var. alpina?), *Centaurea Rhapontica*, *Cerastium arvense* II (*C. strictum* auct.), *C. latifolium*, *Cerinthe glabra* Mill. (*alpina* Kit.), *Chrysanthemum alpinum*, *Cineraria cordifolia* Gouan, *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Daphne Cneorum* II (*D. striata* Tratt.), *Draba frigida* Saut. (*dubia* Sut.), *Erigeron alpinus* var. floribus albis, *Er. uniflorus*,

Gentiana purpurea, *G. utriculosa*, *Geum montanum*, *Gnaphalium alpinum*, *Gn. Leontopodium* Vill., (*Filago* L.), *Gn. supinum*, *Hieracium alpinum*, *H. angustifolium* Hoppe, *H. fuscum* Vill. (H. glaucum, stoloniferum, pauciflorum, nudicaule, angustifolium, floribus minimis. V. Vill. voy. 1819 tab. 1. fig. 2. Florum colorem tacet auctor, sed suspicatur hancce plantam, quam ipse in Speluga invenit, ad H. aurantiacum flore fusco C. B. prodr. 65 n. 17 in Alpibus Rhaeticis a BAUHINO lectam referri posse), *H. prenanthoides* Vill. I (*H. spicatum* Sut.), *H. staticefolium* Vill., *Hypochoeris uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq.), *Imperatoria Ostruthium*, *Luzula nivea* Dec. (*Iuncus* L.), *Lycopodium helveticum*, *L. Selago*, *Pedicularis recutita*, *P. rostrata*, *Phyteuma corniculatum* Clairv. I (*Ph. Scheuchzeri* All.), *Ph. hemisphaericum*, et var. floribus albis, *Pinguicula grandiflora* Lam., *Polemonium coeruleum*, *Primula integrifolia*, *Rheum digynum* Wbg. (*Rumex* L.), *Rhododendrum ferrugineum* α, et β floribus albis (var. rara), *Rh. hirsutum*, *Rumex Acetosa* γ *maxima* (ad montis pedem supra Splügen), *Salix herbacea*, *Saussurea discolor* Dec. (*Serratula* Willd.; in clivo meridionali), *Saxifraga androsacea*, *S. aspera* Dec. I *elongata*, et II (*S. bryoides* L.), *S. caesia*, *S. Cotyledon* (*pyramidalis* Lapeyr.; ad viae fauces austrum versus), *S. exarata* Vill. (*hypnoides* All.), *S. Seguieri* Spreng. (*sedoides* Wbg.), *Sedum atratum*, *Sesleria disticha* Pers. (*Poa* Jacq.; paulo infra cacumen boream versus; rarissima), *Sibbaldia procumbens*, *Spergula saginoides*, *Trifolium alpinum*, *Veronica aphylla*, *V. bellidioides*, *V. saxatilis* L. fil. — Ad montis pedem australem: *Hieracium glaucum* All. I β *latifolium* (ad petras). — V. Splügen.

Spiez, magnus vicus Oberlandiae Bernensis, ad lacum Thunensem, in ripae occidentalis promontorio situs, ac fere 2 l. ab urbe Thun distans. Arx eius loci magna est, et una cum ipso vico, cui ingens impendet Nessus (der Niessen), gratissimum adspe-

ctum ostendit. — Plantae rariores: *Allium carinatum*, *Eriophorum alpinum* (in palude torfacea), *Leersia oryzoides* Willd. (*Phalaris* L.; Weiler versus), *Rubia tinctorum* (ad littora; in Helvetia infrequens), *Scirpus acicularis*, *Viola montana* III (*V. Ruppii* All.).

Splügen, Rhaetiae vicus alpestris, in valle Rheinwald, ad Rhenum posteriorem, inter Nufenen et Andeer situs, notissimoque sui nominis monti subiectus. Incolae fidei evangelicae addicti sunt, et lingua germanica utuntur. Pulcherrima marmora, quae montium Spelugae et Bevers rupes suppeditant, in sculptorum usum excidunt, ac ipsi ad variorum fructuum formas conficiendas usurpant. Ex mercium per celebres Spelugae ac Bernardini vias frequentissimo transitu haud exiguum conquirunt quaestum. — Prope vicum occurrunt: *Aconitum Napellus ε ramosum* (*Ac. neomontanum* Scheich.; ad Spelugae radices; ibi pulcherrimum provenit), *Avena pratensis β* (*Av. bromoides* Sut.), *Epilobium Dodonaei* Vill. (*rosmarinifolium* Haenke), *Lycopodium annotinum*, *Oxytropis campestris* Dec. (*Astragalus* L.), *Phyteuma Michelii* All. (rarissimum) *Rumex Acetosa γ maxima* (ad montis pedem).

Splügen. V. Speluga.

Stafelberg, mons editus, ut suspicor, Valesiae, ubi testante Hallero leguntur: *Achillea atrata*, *Ach. moschata* Jacq., *Oxytropis foetida* Dec. (*Astragalus Halleri* All.), *Salix helvetica* Vill. (*arenaria* auct.).

Staffelberg, Angelimontanorum mons. Ibi a Cl. Wahlenberg citatae sunt: *Arbutus alpina*, *Iuncus triglumis*.

Stalden, vicus Valesiae superioris, ad locum, ubi valles Saas et D. Nicolai insigniter coarctatae, per rupestres fauces in unum coëunt, situs, atque 2 l. ab oppido Vispa distans. Huic pago pulchra montis, cui vicus Grächen insidet, pascua austrum versus imminent. Circa Stalden occurrunt: *Chenopodium Botrys*, *Daphne alpina* (ad medium iter Vispam versus),

Lactuca virosa (rarissima), *Erysimum helveticum* Dec. (*Cheiranthus* Jacq.), *Xeranthemum inapertum* Willd. (*annuum* Sut.). — Inter Stalden et Saas, ad clivos priori loco proximos: *Achillea tomentosa*, *Antirrhinum Bauhini* N. (*genistifolium* Sut.; frequentissimum ibi occurrens), *Astragalus exscapus* (inter Larices; stirps praerara). — In faucibus, trans pontem ac prope quandam crucem, ad Vispae ripam sinistram, affatim provenit elegans *Linnaea borealis*. — Superatis clivis asperrimis, undique perturbationis vastationisque vestigia prae se ferentibus, viator ad arva secalina pervenit, ad quorum margines invenitur *Hypochoeris uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq.) V. Saas. — Inter Stalden et St. Niklaus: *Antirrhinum Bauhini* N., *Astragalus monspessulanus*, *Erysimum helveticum* Dec.

Stalla, s. Bivio, pagulus Rhaeticus, in summa valle Oberhalbstein situs, ac montibus Septimio Iulioque subiectus. Ibi secedunt viae alpestres, quibus hi montes superantur. Incolae, originis italicae, religionem evangelicam et romanam promiscue profitentur. Prata vicina *Polygono Bistorta* abundant.

Stanz, pulcher vicus Subsylvaniae inferioris (Unterwalden nid dem Wald), ad montis Stanzerberg pedem, in amoenissima valle situs, laetis pratis arborumque domesticarum sylva circumdatus. Eius magnam plateam elegans templum, intus columnis ex marmore atrocinereo, quod vicinae rupes proferunt, decoratum, collique insidens, pulcher fons etiam marmoreus, magnamini Arnoldi Winkelried statua insignitus, et aliquot speciosae aedes exornant. Curia civitatis luculentam tabulam a celeberr. Volmar pictam, quae venerabilem Nicolaum von der Flüe, familiae, antequam in cellam sylvestrem prosisceceretur, valedicentem refert, possidet. In hac ipsa domo Vir sanctus olim Confoederatos discordes pietate gravissimaque eloquentia invicem reconciliavit. Etiam nunc quoque aedes, quas Winkelried habitabat

peregrinis commonstrantur. Loco vicino, Wyl dicto, gentis comitia (die Landsgemeinde) veris tempore quotannis celebrari solent.

Oppidum una fere leuca a vico Stanzstad, ad lacum Lucernensem sito, distat. Praeter hunc insignem portum, viatores, quibus otium non deficit, pulchrum montem Rotzberg et promontorium pago Buochs vicinum inviseri non pigebit.

Istius amoenissimae regionis flora nondum probe innotuit; dumtaxat enim hactenus circa Stanz citatae fuerunt: *Antirrhinum Cymbalaria*, *Gentiana Pneumonanthe* (prope Stanzstad), *Sedum hispanicum* (rarum ac Helvetiae interiori proprium).

S t e i n e n, magnus pulcherque Suitiensium vicus, ad lacum Lovertinum viamque ad oppidum Schwyz ducentem, unde vix ultra sesquileucam distat, situs. Sacellum rusticum locum designat, quem olim Werneri Stauffacheri, unius ex illis tribus libertatis patriae auctoribus aedes occupabant. — Inter Steinen et Schwyz occurrit *Asperula taurina*.

S t o c k, mons editus vallis Mattensis (Matterthal), in summa D. Nicolai valle, supra Zermatten et Z'muth situs. — Plantae insigniores: *Agrostis rupestris* Willd., *Alyssum alpestre* (perrarum), *Anthyllis Vulneraria* ε floribus coccineis (var. elegantissima raraque), *Arenaria mucronata* Dec. (*rostrata* Pers.), *Cacalia albifrons* L. fil. (*hirsuta* Vill.), *Carex bicolor* All. (ad montis pedem; rarissima), *Eritrichium nanum* Schrad. (*Myosotis* Vill.), *Festuca Halleri* Vill. (praerara), *Herniaria alpina* Vill. (perinde), *Potentilla multifida* (perinde), *Senecio uniflorus* All. (rarissimus), *Thlaspi alpestre* β *pumilum*, *Trifolium saxatile* All. (rarum).

S t o c k h o r n; hocce montium alpestrium iugum in pago Bernensi, inter Simmiae vallem superiorem et Arolae campos, a cacumine proprie Stockhorn dicto, supra lacum Thunensem exsurgente, usque ad montem glacialem Reulissen, in summae vallis Sanensis confinio, porrigitur. Ipsius Stockhornii dor-

sum ingentem molem truncatam efficit. Clivus eius australis faciliorem, quam cetera latera viatoribus adscensum suppeditat. In montis fastigio, 6767 p. s. m. elato, lacus Thunensis Brientinusque, longus sinuosusque Arolae cursus, magni Bernatum campi, undique collibus sylvosis, urbibus pagisque consiti, Alpium tandem immensus tractus pulcherrimum ostentant spectaculum. Ad iugum Stockhorn etiam pertinent scopuli, inter se vicini, Guornigel et Ganterisch. Eos montes nuper percurrerunt Cl. Trog, senator Thunensis, amiciss. Trachsel et rev. Studer, in vico Erlenbach vallis Simmiae, ad Stockhornii pedem sito, qui suas bonas observationes mecum humanissime communicaverunt. In ipso potissimum Stockhorn occurrere perhibentur: *Achillea atrata*, *Ach. macrophylla*, *Aconitum Napellus γ bicolor* (elegantissimam raramque varietatem ibi legit Cl. Seringe), *Agrostis alba* III (*Agr. patula* agr. helv.), *Allium Victorialis* (in omni iugo, passim), *Androsace alpina* N. (*Aretia* L.), *Andr. Chamaeiasme* Bieb. (*villosa* Sut.), *Andr. helvetica* N. (*Aretia* L.), *Anemone alpina*, *Anthriscus sylvestris* Hoffm. (*Chaerophyllum* L.) β *alpinus*, *Aquilegia alpina*, *Athamanta cretensis*, *Ath. Libanotis*, *Avena distichophylla* Vill., *Azalea procumbens*, *Calaminiha grandiflora* Moench. (*Melissa* L. rarissima), *Campanula valdensis* All. γ (*C. Schleicheri* Sut.), *Carex atrata*, *C. frigida*, *Cherleria sedoides*, *Chrysanthemum alpinum*, *Chr. atratum*, *Chr. Halleri* Schl. (*Pyrethrum* Willd.), *Chr. Leucanthemum* II *montanum*, *Cineraria aurantiaca* Willd., *Draba nivalis* Liljebl., *Erigeron glabratus* Hoppe, *Festuca Scheuchzeri* N. (*pulchella* Schrad.; rara), *Gnaphalium alpinum*, *Gn. Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Hedysarum obscurum* (teste Hallero), *Hieracium aurantiacum*, *H. Jacquini* Vill., *H. prenanthoides* Vill. III *cydoniaefolium* (citante Cl. Seringe), *Orchis viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Oxytropis montana* Dec. (*Astragalus* L.), *Pedicularis foliosa*, *P. versicolor* Wbg.

(*flammea* Sut.; utramque citat Hallerus), *Petrocallis pyrenaica* R. Br. (*Draba* L.), *Phaca astragalina* Dec. (*Astragalus alpinus* L.), *Poa Halleridis* R. et Sch. (*pallens* Hall. fil.; a Cl. Seringe inventa; rarum Gramen), *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Ser. Sm.), *Pyrola chlorantha* Sw., *Salix hastata* (*Arbuscula* Sut.), *α*, et *γ viburnoides* (teste Cl. Seringe), *S. herbacea*, *Scabiosa alpina*, *Thalictrum aquilegifoilium*, *Tozzia alpina* (auf der Mieschfluh et ad lacum Stockernsee), *Trifolium alpinum*, *Vicia sylvatica*, *Viola grandiflora* Vill. *V. lutea*. — In M. Thalberg, ad iugi latus meridionale pertinente: *Aconitum rostratum*? Bernh. (*Cammarum* Tr.), *Allium Schoenoprasum β alpinum* (*All. sibiricum* Tr.), *Anthericum Liliago*, *Aster alpinus*, *Astrantia maior*, *Athamanta cretensis*, *Ath. Libanotis*, *Bupleurum ranunculoides*, *Calamintha alpina* Lam. (*Thymus* L.), *Carex Scopolii* N. *α* (*C. Mielichhoferi* Schkuhr), *Cineraria cordifolia* Gouan, *Cirsium eriophorum* Scop. (*Carduus* L.), *Convallaria Polygonatum*, *Cuscuta Epithymum* Sm., *Daphne alpina*, *Dianthus sylvestris* Wulff., *Erica carnea*, *Erigeron Villarsii* Willd. (rarissimus), *Erinus alpinus*, *Eriophorum Scheuchzeri* Hoppe (*capitatum* Hoffm.), *Gentiana lutea*, *Geum montanum*, *Globularia cordifolia*, *Gl. nudicaulis*, *Helianthemum grandiflorum* Dec. *α*, (*Cistus* Scop.), *Hieracium amplexicaule*, *H. blattarioides*, *H. Jacquini* Vill., *Laserpitium latifolium*, *L. Siler*, *Ligusticum Mutellina* Crantz (*Phellandrium* L.), *Lilium Martagon*, *Linum montanum* Schl. (*narbonense* Sut.), *Myosotis alpestris* Schmidt *β elatior* (*M. suaveolens* W. et K.), *Orchis pallens*, *Pedicularis foliosa*, *Phleum Michelii* All. (*hirsutum* Sut.), *Polygala Chamaebuxus*, *Ranunculus hornschuchianus* Hoppe (mihi ignotus), *Rhinanthus Crista-galli β angustifolia*? (*Rh. pulcher* Günther), *Sedum dasyphyllum*, *Sempervivum tectorum*, *Senecio alpestris* N. (*saracenicus* Sut.), *S. viscosus*, *Thalictrum minus*, *Thesium alpinum*, *Th.*

linophyllum, *Veronica fruticulosa.* — V. Guornigel et Ganterisch.

Sträla. In hocce monte Rhaetico, vallibus Davos et Schalfik interposito, nascitur rarum *Hieracium alpestre* Jacq.

Sublin, paries rupium gypsearum Alpibus subiectus et paulo supra Bex situs. Inter eius candidum gypsum sulphuris nativi venae efflorescunt. Tum ad ipsum parietem, tum in vicinia aliquot stirpes regionibus calidioribus propriae nascuntur. Potissimum citandae sunt: *Astragalus monspessulanus*, *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* auct.), *Inula salicina*, *Ononis rotundifolia*, *Serratula tinctoria*, *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis* L.), *Trifolium rubens.* — In pratis vicinis: *Epipactis rubra* Sw. (*Serapias* L.), *Limodorum abortivum* Sw. (*Orchis* L.), *Ophrys anthropophora*, *Ophr. arachnites* Hoffm., *Ophr. myodes* Jacq., *Orchis bifolia*, *Orch. globosa*, *Orch. mascula*, *Orch. militaris*, *Orch. odoratissima*, *Orch. ustulata.* — Au Bouet, inter dumeta: *Lithospermum purpuro-coeruleum.*

Subsylvania (Unterwalden), unus e minoribus et antiquissimis Helvetiae pagis, ad eurum ab Urania, ad austrum a Bernensium Oberlandia, occasum versus a Lucernensium Entlebuchia, monteque Pilato, ad boream a Waldstettarum lacu limitata, formam subrotundam adfectat. Diametro circiter 5 leucas, superficie autem 12 milliaria geographica quadrata metitur. Omnis pagus in duas civitates proprias (Unterwalden ob dem Wald, cui oppidum Sarnen caput, et Unterwalden nid dem Wald, cui Stanz caput) dividitur. Incolae eius omnes catholicae ecclesiae addicti sunt; probitate, simplicitate ac priscorum temporum pietate commendantur; sed quamvis nativi ingenii neutiquam expertes sint, inscitiae, superstitionis desidiaeque malis graviter laborant. Frumento fere omnino carent; quin imo felix Solani tuber infrequens colitur; sed ubique prata pomariaque opti-

mis arboribus domesticis consita oculos mirifice recreant. In Alpibus pulcherrimum armentorum genus educatur, quod, ut et exquisitus caseus in incolarum casis pastoriis praeparatus, praecipuas regionis opes efficiunt.

Tota regio, undique inter altissimos montes comprehensa, duabus potissimum constat vallibus, quarum altera pagi partem occidentalem obtinens, ad montem Brünig, in Bernensis vallis Haseliae confinio incipit, a rivo Aa (boreali) irrigatur, amoenissimo, et bucolicarum naturae scenarum amicis gratissimos lacus Lungernsee et Sarnensee continet, ac semper boream petens, ad pulchra lacus Lucernensis littora, prope Alpnach aperitur. Cum eius summa parte confluit vallecula lateralis Melchthal, ad eurum sita. Altera, ad Surenensium Alpium pedem incipiens, Angelimontanorum ditionem comprehendit, ac per longum gyrum etiam usque ad Waldstettarum lacum extenditur, ubi prope Stanzstad desinit. Istius vallis amniculus nomine Aa quoque notus est. — Magnus ac pulcher sinus, quem lacus in Subsylvanorum terras penetrans, efficit, vulgo Alpnachersee nuncupatur.

Utriusque Subsylvaniae planioris stirpes hucusque parum cognitae sunt. Contra vallem Engelberg montesque eam cingentes strenue perlustravit Cl. Wahlenberg. Hactenus saltem citantur: *Carex alba* Scop., *Euonymus latifolia* Jacq. (prope lacus littora, ad illud nobilissimum Grütli, ubi prima Helveticae libertatis fundamenta, posita sunt). — V. Engelberg, Surenenses Alpes, Stanz, Titliacus.

Suchet (Le), mons Iuranus pagi Vaudensis, vicis Ballaigues et Lignerolles, prope Galliae et principatus Neocomensis limites, secundum Cl. Roger mensuras ad 4894 p. absolutam altitudinem extollitur. Non paucas profert plantas, quae iam, dum vivebat magnus Hallerus, diligenter exploratae fuerunt. Eas deinde recognoverunt Cl. Ducros et Davall, ac no-

vissime tandem amiciss. MONNARD, qui mihi earum stirpium amplam enumerationem benigniter suppeditavit. In adscensu supra Lignerolles occurrunt: *Delphinium Consolida*, *Genista Halleri* Reyn. (*prostrata* Lam.; in extrema iugi Iurani parte austro-occidentali nusquam alibi visa), *Geranium sylvaticum*, *Lychnis sylvestris* Hoppe (*L. dioica β* flore rubro Sut.), *Lysimachia nemorum* (ad sylvarum oras). — Infra primum montis planum: *Actaea spicata*, *Alchemilla vulgaris*, *Anthyllis Vulneraria*, *Convallaria verticillata*, *Cynoglossum montanum* Lam. (ad rupium parietis pedem), *Cytisus alpinus* Willd. (*Laburnum* Sut.), *Hypericum montanum*, *Oxalis Acetosella*, *Paris quadrifolia*, *Rubus caesius β grandiflorus* (pulchra raraque varietas), *Valeriana montana*. — In primo montis plano, infra cacumen: *Anemone narcissiflora*, *Ranunculus montanus* Willd. (*nivalis* Sut.), *Thesium alpinum*, *Trollius europaeus*. — In ipsius verticis adscensu: *Aconitum Lycoctonum*, *Ac. Napellus*, *Digitalis grandiflora* Lam. (*ambigua* Sut.), *D. lutea*, *Lilium Martagon*, *Lonicera alpigena*, *L. nigra*, *Ribes alpinum*, *R. petraeum* Jacq., *Rubus idaeus*, *Valeriana montana*. — In clivo australi, infra verticem: *Gentiana acaulis*, *G. cruciata*, *G. lutea*, *G. verna*. — In summo monte: *Arenaria grandiflora* (rara), *Athamanta cretensis β tomentosa*, *Bartsia alpina*, *Bupleurum longifolium*, *B. ranunculoides β elatius* (*B. angulosum* Sut.), *Carex sempervirens* Vill. (*ferruginea* Schk.), *Crocus vernus* (etiam in clivis, eurum versus), *Draba aizoides*, *Dryas octopetala*, *Hieracium blattarioides* (in clivis occidentalibus), *H. prenanthoides* Vill. III *cydoniaefolium*, *H. villosum*, *Narcissus poëticus*, *Orchis* (*Satyrium* L.) *albida* All., *Orch. nigra* Scop., *Orch. viridis* Crantz, *Ranunculus alpestris* (in Iurano iugo rarus), *R. montanus* Willd. *Saxifraga Aizoon* Jacq., *S. rotundifolia* (ad rupes ambrosas irriguasque), *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut., *Veratrum album*. — In sylvis: *Hieracium paludosum* var. latifolia, *Stachys alpina*. — Praeterea

potissimum ab HALLERO citantur: *Androsace lactea*, *Dianthus caesius* Sm. II *montanus* (à la roche Blanche; rarus), *Laserpitium latifolium*, *Thalictrum simplex* β *alpestre*.

Sugy, pagulus Friburgensis ditionis ad exitum Broiae e lacu Muratensi, in regione paludosa situs. Ibi provenit *Hydrocotyle vulgaris*.

Suitensis (Suitiensis, Canton Schwyz) pagus, boream versus usque ad lacum Tigurinum porrectus, ceterum ad orientem a pagis Sancto-Gallensi et Glaronensi, ad austrum ab Urania et lacus Waldstettarum sinu meridionali, denique ad occasum a pagis Lucernensi, Tugeno Tigurinoque limitatus est. Summa eius longitudo a borea-euro ad austro-occasum leucas 9, latitudo autem 7. l. metitur. Territorium ad trianguli truncati vel trapezi formam accedens, 22 milliaria geographica quadrata comprehendit. Praeter campos iuxta lacum Tigurinum patentes, tota Suitensis ditio montibus modicae altitudinis et infra nivalem limitem restrictis, vallibusque partim frigidis et asperis, partim autem amoenis fertilibusque constat. Quarum praecipuae sunt: 1) Silae vallis (das Sihlthal), Eremitarum agrum continens, et in pagi parte borea-occidentali sita. V. Einsiedeln et Sila. 2) Vallis Wäggi priori contingua; eas valles dividit iugum Etzel, ex Alpibus Glaronensium et monte Fluhbrig usque ad lacus Tigurini planitiem progrediens; ex altera parte hancce vallem, quae prope lacum aperitur, altissimi montes a Glaronia dissociant. 3) Vallis Goldau seu Lovertina, inter M. Regium, hinc, et montes Rufli, Sattel et Haken inde coarctata, ad quam pertinet parvus lacus Lovertinus. Denique 4) Muottae vallis, ab eiusdem nominis amne percursa; austrum versus in Glaroniae et Uraniae confinio, infra montes Scheyenstock et Pragel incipit, atque borea-occasum petens, prope Suitium cum valle Lovertina confluit et supra lacum Lucernensem aperitur.

Incolae libertatis amore, invicta virtute bellica atque ingenio acri inter minorum civitatum Helvetios clarum nomen magnamque nacti sunt celebritatem; sed animo indomito ac pervicaci plus semel communem patriam in summa pericula adduxerunt; nimius eis numorum amor exprobratur; denique liberi esse volunt, sed alios homines ad servitutem esse natos putant. Ceterum omnes religionem catholico-romanam profitentur. Scholae aliaeque utilitatis publicae institutiones in Eremitarum ditione magis quam in reliquis pagi partibus florere perhibentur. Alpes pulchraque armenta, quae in earum laetis pascuis ubique educantur, et caseis praeparatio praecipuas regionis divitias efficiunt. Nonnulli etiam cives industriae artibus incumbunt, ac praesertim bombycem lanamque nent gossypinam. — Flora Suitensis nondum satis innotuit; hancce tamen provinciam Cl. WAHLENBERG et HEGETSCHWEILER investigare coeperunt. — V. Einsiedeln, Haken, Lowerz, Regius mons, Rossberg, Sattel, Schwyz, Sila, Steinen.

Suitium. V. Schwyz.

Suleck. V. Unterseen.

Sulpy (Saint-), v. Saint-Sulpice, vicus pagi Vaudensis inter Lausannam et Morgias, ad lacum Lemanum situs, parumque a via regia distans. In eius vicinia reperiuntur: *Allium Schoenoprasum α riparium*, *All. sphaerocephalum*, *Brassica Erucastrum β ochroleuca*, *Carex intermedia* Good. (*arenaria* Sut.), *Cerastium semidecandrum*, *Delphinium Consolida*, *Foeniculum officinale* All. (*Anethum Foeniculum* L.; parcissime), *Galeopsis ochroleuca* Lam. (*latifolia* Sut.), *Helianthemum Fumana* Desf. (*Cistus* L.), *Herniaria glabra* (in agris), *Hippuris vulgaris*, *Littorella lacustris*, *Lotus corniculatus β* (*L. villosus* Thuill.), *Marrubium vulgare*, *Orchis Morio γ* floribus albis, *Polygonum dumetorum*, *Scirpus acicularis*, *Sc. Holoschoenus* (rarissimus), *Sc. supinus* (perinde; omnes ad littora), *Spiraea Filipendula*, *Trifolium scabrum*. — Ad

Venogiae ostium: *Mentha hirsuta γ capitata*, stolonibus longissimis, *Scirpus Holoschoenus*.

Summiswald, maximus pulcherque pagi Bernensis vicus, in Emmiae valle inter urbem Burgdorf, unde 2—3 l. distat et agri Lucernensis fines situs. Huius loci incolas mores urbani, omnigena publicae utilitatis instituta, ut et ingenium industriaque summopere commendant. Hospitium optime ordinatum, in cuius usum vici magistratus praefectorum pristinam sedem summis impensis adquisiverunt ac instruxerunt, trecentis pauperibus cuiusvis aetatis sexusque laborem, victum cultumque suppeditat: cuius laudabilis institutionis vicus Summiswald in Helvetiae ruribus primum exemplum praebuit. Aerarium oeconomicum (caisse d'épargnes, Ersparniss-Casse), et domum publicam ad pecuniam mutuandam (mont de piété, Leihhaus) etiam possidet. Denique in quodam tabernae (zum Bären) atrio reservato, artificus industriae suae specimina per totum annum exponere solent. Templum magnum est, et fenestrarum eius vitra picta attentionem merentur. — Circa Summiswald observata est *Gentiana asclepiadea*.

Surchamp, mons fertilis Aquileiensium, supra Bex, inter pascua Lavaraz et Bovonnaz situs. — Plantae rariores: *Achillea atrata*, *Androsace helvetica* N. (*Aretia* L.), *Arabis brassicaeformis* Wallr. (*Brassica alpina* L.; rarissima), *Ar. hirsuta* Scop. (*Turritis* L.), *Ar. pumila* Wulff., *Ar. saxatilis* All., *Artemisia Mutellina* Vill., *Aster alpinus*, *Avena versicolor* Vill., *Convallaria verticillata*, *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* auct.), *Dracocephalum Ruyschiana* (hisce alpibus proprium), *Erigeron alpinus*, *Festuca alpina* Sut., *Gnaphalium alpinum*, *Gn. Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Hedysarum obscurum*, *Hieracium angustifolium* Hopp., *H. montanum* Jacq. (*Hypochoeris pontana* L.), *H. prenanthoides* Vill. I. *multiflorum* (*H. spicatum* Sut.), *Ononis rotundifolia*, *Oxytropis montana* Dec. (*Astragalus* L.), *Pedicularis tu-*

berosa, *Potentilla grandiflora*, *Ranunculus glacialis*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *Thlaspi rotundifolium* N. (*Iberis* L.), *Valeriana montana*.

Surenenses (Alpes, Surenen-Alpen), montium editissimorum iugum, vallem Engelberg in Subsylvanorum pago ab Urania dissocians. Ad eorum extremitatem austro-occidentalem altissimus extollitur scopulus Titliacus (Titlisberg). Medium autem dorsum semita frequentatissima, qua e monasterio Angelimontano ad vicum Uraniensem Attinghausen pervenitur, traiicit. In itineris puncto summo 7029 p. s. m. (Wahlenberg; 7215 Glutz) elevato, nivalis Titliacus, multi Alpium Glaronensium et Uraniensium scopuli, vallesque Angelimontanorum Ursaeque luculentissimum ostentant spectaculum. Hocce fastigium Sureneck v. Sureneneck nomine notum, sempiternis nivibus riget, quarum tractus dimidia fere leuca infra colli culmen, ubi ultima exstant bovilia, incipit; verum Uraniam versus nives clivi maiorem adhuc partem obsident. Collum ipsum aristam exiguam vixque ultra 5 pedes latam efficit.

Hosce montes incipiente seculo praeterito I. I. Scheuchzerus, diebus nostris autem Cl. Wahlenberg perlustravit ibique multas stirpes alpinas detexit. — Potissimum citantur: *Achillea macrophylla*, *Anthericum serotinum* (in alta valli Waldnacht), *Aquilegia alpina* (supra eandem vallem), *Oxytropis campestris* Dec. (*Astragalus*), *Trifolium alpinum*, *Vicia sylvatica* (infra Surenen-Alp). — Ad colli semitam: *Delphinium intermedium* Ait., *Primula integrifolia*, *Ranunculus glacialis*. — In ipso Sureneneck culmine, 7029 p. s. m. elato: *Betonica officinalis*, *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* Dec., *Ox. montana* Dec., *Polygala amara β alpina*.

Sursee. V. Lucernensis pagus.

Sursees. V. Sexamniensis vallis.

Suscévaz. V. Mathod.

Susten. V. Vasen.

Suze (Mont de), mons, ut putamus, pagi Neocomensis. Ibi obvervatus est rarus *Alopecurus pratensis* ut et *Luzula sylvatica* N. (*Iuncus* Huds.)

Sylva plana V. Oeni vallis.

Sylvius (germ. das Matterhorn; gall. le mont Cervin; ital. il monte Silvio), scopulus Valesiae superioris, in iugo australi, ad Pedemontii confinium situs, atque excepto monte Rosa, totius Helvetiae excelsissimum cacumen. Inter D. Nicolai vallis partem superiorem (das Matterthal), et Pedemontanam Val Tornanche extollitur. Minaci statura, portentosa altitudine, atque forma pyramidem triangularem, v. potius pulcherrimum obeliscum, nivibus glacieque passim splendentem referente, undique procul cognoscitur, summamque ciet admirationem. Radices eius circumcirca molibus glacialibus rigent, quarum fragmenta in globulos grandini simillimos reducta, secus rupium praeruptarum parietes subinde pluviam argenteam vel cataractas crystallinas efficiunt. Ardua eius latera hominibus omnino inaccessa videntur. Istius stupendi scopuli altitudo absoluta 13,854 p. metitur.

Semita alpestri, nec nisi per anni menses calidissimos usitata, iuxta gigantei montis basin orientalem e Valesia in Pedemontium tenditur. Post 4 horarum iter supra vicum Zermatten, viator clivos glaciales aggreditur, iisque intra 2 horarum spatium superatis, colli punctum summum denique adtingit. Hoc fastigium secundum illustriss. DE SAUSSURE, qui ibi in casa lapidea, ad huncce usum raptim exstructa, cuius muros adhuc stantes ipsi vidimus, anno 1792 tres dies commoratus fuit, 10,416 p. s. m. elevatum *), omnium Europae frequentatorum collorum, altissimum esse putatur. Spatium vix unius iugeris exhibet planum, saltem per menses Julium et Augustum nive denudatum, irriguum, sed petrosum ac utrinque ventis obnoxium. In istis ultimis Florae regni limitibus *Ra-*

*) 10,284 p. Cl. EBEL et GLUTZ; 9948 p. Cl. VON WELDEN.

nunculus glacialis ac nostra *Androsace pennina* solitariae tristesque vegetant. Prope celebris Genevensis professoris tugurium, veteris cuiusdam propugnaculi (la redoute de Saint-Théodule), olim a vallis Praetoriae incolis contra Valesios conditi rudera etiamnum exstant. Infra collum clivi glaciales, saltem unam leucam longi denuo adhuc peragrandi sunt. Quibus traiectis viator brevi pagulum aestivalem le Breuil, et inde post sesquihoram vicum Val Tornanche consequitur. Hic locus 6—7 l. ab oppido Châtillon, in ipsa valle Praetoria sito distat.

Omnes montes, valles pascuaque Sylvio subiecta stirpibus pulcherrimis rarissimisque abundant, quas iam a 40 annis multi rei herbariae amici fere quotannis observare solent. — In colli adscensu, supra Zermatten notantur: *Arabis Halleri* (?), *Artemisia glacialis*, *Art. spicata* Jacq., *Carex approximata* Hoppe, *C. bicolor* All., *C. curvula* All. *β maior (C. mirabilis* Schl.), *C. ericetorum* Poll. (*globularis* Sut.), *C. hispidula* N. (*fimbriata* Schk.), *C. iuncifolia* All. (omnes rarissimae), *Centaurea phrygia γ ambigua*, *Cirsium rigens β laevigatum* floribus purpureis (*Cnicus Cervini* Emm. Thom.; forma splendida), *Festuca pilosa* Hall. fil. (*rhaetica* Sut.), *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* Dec., *Ox. foetida* Dec. (*Astr. Halleri* All.), *Phaca alpina* Jacq., *Phyteuma pauciflorum* (*globulariaefolium* St. et H.), *Potentilla frigida* Vill. (*norvegica* Sut.), *P. multifida*, *P. nivea*, *Ranunculus glacialis*, *Thlaspi alpestre β pumilum*, *Thl. rotundifolium* N. (*Iberis* L.) *β corymbosum*, *Thl. sylvium* N. (*alpestre* Sut.), *Salix myrsinites*, *Viola pinnata*. — Ad lacus littora, prope moles glaciales: *Saponaria lutea* et *Silene vallesia* (plantae valde rarae huicque tractui propriae). — In clivo australi secus viam: *Alyssum alpestre*, *Androsace carnea*, *Anemone baldensis*, *Artemisia spicata* Jacq., *Erysimum pumilum* N. (*Cheiranthus* Schl.), *Oxytropis foetida* Dec., *Phyteuma corniculatum* Clairv. I (*Ph. Scheuchzeri* All.),

Potentilla alpestris Hall. fil. (*aurea* Sm. Ser.) II (*P. rubens* Vill.; forma insignis ac praerara), *P. grandiflora*, *P. multifida* α et β *geranioides* (var. rarissima), *Primula viscosa*, *Ranunculus pyrenaeus*, *Saxifraga aspera* Dec. I *elongata* (*S. aspera* L.), et II (*S. bryoides* L.), *S. muscoides*, *Sempervivum globiferum* (hisce Alpibus proprium, ibique etiam infrequens), *Valeriana celtica*, *Viola calcarata* II *caulescens* (*V. grandiflora* Sut.) β flore magno flavo, et γ flore albo. — Paulo supra le Breuil iterum *Saponaria lutea*. Praeterea promiscue ad M. Sylvium citantur: *Nepeta lanceolata* Lam. (*N. Nepetella* Sut.), *Ornithogalum fistulosum* Ram., *Pedicularis rostrata*, *Phaca frigida* Jacq., *Saussurea alpina* Dec. (*Serratula* L.), *Trifolium saxatile* All. — V. Fünelen, Gallen, Räfel, Stock, Tornanche (Val-), Zermatten.

T.

Tanières, Valesiae mons, ubi, testante Hallero, nascitur elegans *Eryngium alpinum*.

Tannhorn (Das), mons alpestris ad Entlebuchiae Alpium iugum pertinens, et in confinio Oberlandiae Bernensis supra Brienz situs. Cacuminis eius altitudinem ad 6552 p. s. m. aestimat Cl. Wahlenberg, a quo ibi observatae fuerunt: *Cherleria sedoides*, *Chrysanthemum atratum*, *Erinus alpinus*, *Oxytropis montana* Dec. (*Astragalus* L.), *Pedicularis versicolor* Wbg. (*flammea* Sut.).

Taube, Taubensee. V. Gemmi.

Tavannes. V. Moutiers Grand-val.

Tavernetta, v. im Grund, diverticulum in M. Sempronii clivo boreali situm. V. Sempronius.

Tavetsch (Tavetscherthal): hoc nomine designatur pars summa magnae Rhaeticae vallis Rheni anterioris, ubi flumen scaturit. Immensis molibus glacialibus subiecta est, eique imminent duo excelsi scopuli, scilicet Crispaltus, ad boream, et mons Ba-

dus, ad austro-occasum. Istius asperrimae vallis strenui incolae perpetuo cum elementorum inclementia, longissimis hyemibus labinisque luctantur. Ex suis alpestribus arvis nonnihil frumenti percipiunt; verum praecipuae regionis opes pulcherrimis constant pratis laetisque pascuis. Via usitatissima, etsi curribus inaccessa, viatores hinc per montem Oberalp in vallem Ursariam ducit. In valle vicina Medels, austrum versus sita, occurrunt: *Anemone alpina β sulphurea*, *Campanula barbata β* floribus albis, *Cirsium heterophyllum* Dec. (*Carduus* L.).

Taveyannaz, pascua excelsa lateque patentia, inter montem Enzeindaz et vallem Ormondianam superiorem, in Aquileiensium Alpibus sita. Ad eorum fere meditullium 70 — 80 casae pastoriae, in vias latas rectasque dispositae, pulchrum efficiunt aestivalem vicum, ubi viator itinere fessus, gratissimo accipitur hospitio. Tum ipsa pascua, tum loca asperiora circumstantia botanicis amplissimam messem largiuntur. — Plantae citatae: *Aconitum Napellus δ albiflorum* (var. rara), *Androsace alpina* N. (*Arctia* L.), *Arabis ciliata* R. Br. (*Turritis* Reyn.), *Carex atrata β dubia* (*C. aterrima* Hoppe; ad excelsarum rupium pedem), *Delphinium intermedium* Ait. (*elatum* Sut.) II *alpestre*, *Draba frigida* Saut. (*dubia* Sut.), *Festuca pumila* Vill., *Gentiana brachyphylla* Vill., *G. nivalis*, *Gnaphalium alpinum*, *Gn. Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Poa nemoralis* IV *glauca* (*P. iuncea* Sut.), *Rhamnus pumilus*, *Sibbaldia procumbens*, *Thalictrum foetidum* (?) Dec.

Tellina (Vallis), Val-Tellina, germ. das Veltlin, inter Berninae iugum eam ad boream ab Engadina dividens, et Legnonis Alpes austrum versus contenta, ad M. Braulium (Umbraigl, Wormser-Joch), in vallis Rhaeticae Monasteriensis (val da Mustair, Münsterthal) confinio incipit, infra Bormium ad fauces Serra dictas insigniter coarctatur, atque inde perpetuo occidentem versus porrecta, tan-

dem ad lacus Larii littora aperitur. Haec regio, quae usque ad nostri seculi initium pars Helvetiae fuit, absque controversia ad Alpium valles maximas, pulcherrimas ditissimasque pertinet. Iugum boreale fere totum montibus niveis glacialibusque riget; australe, contra, mitius est, nec nisi uno loco moles glaciales ostendit. Ceterum vallis inferior, sub coelo mitissimo posita, climate vere Italico gaudet, ut, magis adhuc, quam nostra Valesia, regionum borealium aeque ac calidissimarum totius Europae naturam referat. Fluvius Adda totam percurrit vallem, cuius longitudo facile 26 leucas metitur; sed vix usquam planitiei eius latitudo leucam dimidiam superat. Utrinque autem per valleculas laterales innumeras amnes alpini in Addam descendunt. — Incolae linguae italicae dialectum corruptam loquuntur et religioni romanae addicti sunt.

Ditissima vallis Tellinae Flora nondum satis innotuit. Hactenus saltem citantur: *Aira caryophyllea*, *Alopecurus utriculatus* Pers. (*Phalaris* L.; pulchrum Gramen in Helvetia nondum repertum), *Arabis Halleri* (rara), *Archangelica officinalis* Hoffm. (*Angelica Archangelica* L.; inter Pocco d'Adda et Morbegno; rarissima), *Aristolochia Pistolochia* (in M. Zeze; huic stationi propria), *Calamintha Nepeta* Clairv. (*Melissa* L.; secus vias frequens), *Cicer arietinum* (inter Grossetto et Teglio; in Helvetia nusquam lectum), *Erica arborea* (imae valli ac regioni contiguae Clavennensi propria), *Ficus Carica* (ad vias spontanea), *Iasminum officinale*, *Iuniperus Sabina* (prope Sondrio), *Koeleria hirsuta* N. (*Festuca* Hall. fil.; in M. Trapal, ubi primum a Cl. Schleicher detecta fuit), *Polycarpon tetraphyllum* (in Helvetia desideratur), *Primula viscosa* Vill. *β maior* (in Alpibus), *Senecio rupestris* Willd. (in ima valle, circa Colico; Lariensibus provinciis proprius), *Serapias Lingua* (perinde rarissima), *Sida Abutilon* (perinde), *Silene Armeria* (prope Castione), *Sisymbrium strictissimum* (per totam vallem

frequens), *Zea Mays* (vulgo colitur ac saepe culmos 12—15 pedales edit), *Zollikoferia Peltidium* N. (*Hieracium stipitatum* Jacq.; in Alpibus; stirps rara). — V. Bormium, Chiavenna, Larius lacus, Umgraigl.

Teschen, vicus vallis D. Nicolai, inter Randa et Zermatten situs. Ad viam, quae ad Zermatten ducit, prope primum pontem *Agrostemma Flos-Jovis* laetissime viget. In eodem itinere occurrunt *Oxytropis lapponica* N. (*Phaca* Wbg.; rarissima), *Sisymbrium acutangulum* Dec. II *Tillieri γ augustanum.*

Tête de Ranz, Neocomensium mons inter oppidum le Locle et vicum Haut-Genevais situs. Ibi proveniunt: *Orchis albida* All. (*Satyrium* L.), *Orch. globosa*, *Potentilla aurea* (*Halleri* Ser.), *Salix retusa*? var. foliis plerisque acutis (Hall. helv. 1648 β *S. myrtilloides* Sut.).

Tête-noire. V. Trient et Valorsine.

Thalberg. V. Stokhorn.

Thiela (die Ziehl, la Thièle), amnis. V. Bernensis pagus.

Thion, Valesiae mons, ubi monente Cl. Clairville, *Scabiosa Columbaria η* (*Sc. pyrenaica* All.) reperitur. Praeterea occurrunt: *Carex atrata γ* (*C. nigra* All.), *C. curta* Good. (*canescens* Sut.), *C. dioica*, *Hieracium Schraderi* Schl., *Iuncus triglumis*, *Pinus Cembra.*

Thoiry, mons Iuranus, ditionis Gallicae, in parva provincia pays de Gex dicta, inter vicos Thoiry ad austrum, et Lelex ad septentrionem exsurgens, paucisque leucis ab urbe Geneva distans. Clivus montis australis arduus est et accessu paulo difficilior; contra, boream versus, e pagulo nempe montano Lelex, vertex eius commodissime conscenditur. Vallecula autem vix 2 l. longa, quae pone montem Dolaz in vicinia novae viae ad oppidum Gex Genevamque tendentis, et quidem prope vicum Mijoux aperitur, ad illum pagulum (Lelex) ducit.

Montis Thoiry cacumen, ab incolis vulgo Reculet, s. Reculet de Thoiry nuncupatum, totius iugi Iurani fere (V. Jura) altissimum est. Secundum observationum accuratissimarum, quas instituit Cl. Roger, longam seriem, hocce fastigium ad 5290 p. s. m. (1139 s. Lemanum lacum) elevatum est, ut altitudine absoluta montem Montendre 112 pedibus, Dolam autem 121 p. superet. In tanto culmine Alpium immensus tractus, Geneva pulcherque lacus, magna Sabaudiae pagique Vaudensis pars, ager ipse Genevensis, amoenissimo horto simillimus, Rhodani denique cursus usque ad arcem Clusiam (le fort de l'Ecluse), inter Galliam Sabaudiamque limitem efficiens, denique ex altera parte vallium montiumque Iuranorum maeandri, paulatim cum Burgundiae campis confluentes, gratissimo sunt spectaculo. Summa montis pars (le Reculet) austrum versus in magnum dorsum porrigitur, et pascuis pinguibus lateque patentibus abundat.

Omnium etiam Iuranorum montium istud cacumen stirpibus raris vereque alpinis utique ditissimum est. Iam utrique Bauhino, Rajo, Hallero et de Saussure notissimum, perinde nostris diebus quotannis a multis botanicis visitatur, neque tamen puto divitias eius penitus exhaustas fuisse.

Plantae insigniores in M. Thoiry observatae: *Aconitum Anthora* (ei et Dolae proprium), *Ac. Lycoctonum*, *Ac. Napellus*, *Agrostis alpina* Willd., *Agr. rupestris* Willd. β (*Agr. filiformis* Vill.), *Androsace lactea*, *Anemone alpina*, *An. narcissiflora*, *Anthericum Liliastrum*, *Antirrhinum alpinum*, *Arabis hirsuta* Scop. (*Turritis* L.), *Ar. stricta* Huds. (*Turritis Raji* Vill.), *Ar. liniflora* (rara), *Ar. verna α stricta*, *β diffusa*, et *γ latifolia*, *Aster alpinus*, *Cervaria Oreoselinum* N. (*Athamanta* L.), *Cochlearia saxatilis* Lam. (*Myagrum* L.), *Coronilla vaginalis* Lam. (*minima* auct.), *Corydalis solida* N. (*Fumaria* Hoffm.), *Dentaria pinnata* Lam., *Dianthus caesius* Sm. II *montanus α*, et

β nanus (in summis pascuis), *D. monspessulanus* (ad sylvulas infra bovilia; rarissimus: an alibi intra Florae nostrae limites proveniat ignoro), *D. superbus*, *Doronicum Pardalianches*, *Erinus alpinus*, *Eryngium alpinum* (olim ibi a J. Bauhino, ac nuper in montibus vicinis lectum), *Festuca pumila* Vill. (ceterum mere alpina), *Geranium phaeum*, *G. sylvaticum*, *Globularia cordifolia*, *Gnaphalium sylvaticum δ citrinum*, *Helianthemum canum* Dun. (*Cistus marifolius* Sut.), *Hieracium aurantiacum* (mere alpinum), *H. montanum* Jacq. (*Hypochoeris pontana* L.), *H. staticefolium* Vill., *H. villosum*, *Hypericum Richeri* Vill. rarissimum), *Hypochoeris maculata*, *Laserpitium Siler*, *Lepidium alpinum* (vix alibi in M. Jura visum), *Ligusticum ferulaceum* All. (in montibus vicinis et in M. Legnone, provinciae Lariensis, neque alibi occurrit), *Linum montanum* Schl. (*narbonense* Sut.), *Lunaria rediviva*, *Luzula campestris* Dec. *γ nigricans* (*Iuncus sudeticus* Willd.; mere alpina), *Meesia uliginosa* Hedw. *β minor*, *Orchis globosa*, *Orobus luteus*, *Oxytropis montana* Dec. (*Astragalus* L.), *Pinguicula alpina*, *P. longifolia* Dec. *α*, et *β* floribus albidis, *Plantago alpina* (etiam in M. Dolaz, ceterum unice alpina), *Polygonum viviparum*, *Potentilla aurea* (*Halleri* Ser.), *Ranunculus alpestris* (in Iurano jugo rarissimus), *R. montanus* Willd. (*nivalis* Sut.), *R. Thora* (in summis pascuis frequentissimus; in M. Iura perrarus), *Rhododendrum hirsutum*, *Rosa rubrifolia* Vill. (floribus pulcherrime flammeis), *Rubus saxatilis*, *Rumex scutatus*, *Saxifraga muscoides* Jacq. (huic iugi Iurani parti propria), *Scabiosa alpina* (rara), *Scrofularia canina γ nana*, *Senecio Doronicum*, *Sideritis hyssopifolia* (copiose ac fere usque ad vicum Thoiry descendens; in M. Dolaz nonnisi ad summas rupes invenitur; rarissima), Soldanella *alpina*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *Thalictrum aquilegifolium*, *Veronica alpina* (mere alpina), *V. aphylla*, *V. fruticulosa* (mere alpina), *Viola biflora*, *V. calcarata I subacaulis* (co-

piose), et II *caulescens γ* floribus albis (rarissima), *V. canina γ pygmaea*, *V. pumila* Chaix *γ (V. ericetorum* Schrad.; in summo monte.)

In planitie, prope vicum Thoiry, ad cognominis montis radices ultra St.-Genis ac supra viam regiam, qua ex oppido Gex ad arcem Clusiam itur, situm, occurrunt: *Antirrhinum bellidifolium* (ad agrorum margines; rarissimum), *Carthamus lanatus*, *Galium parisiense* III *parviflorum*, *Gladiolus communis?* (Burdigny versus, citante C. Bauhino), *Helianthemum Fumana* Desf. *(Cistus*; ad montis pedem), *Hypericum humifusum*, *Iberis amara*, *Prunella laciniata* auct. helv.!, *Stachys germanica*, *Teesdalia Iberis* Dec. *(Iberis nudicaulis* L.; rarissima), *Tragopogon pratensis β minor* (ad imas montis radices), *Verbascum pulverulentum* Vill. (in ipso vico).

Thonon, urbs Sabaudiae, provinciae Chablais caput, ad Lemani ripam et in amoenissima regione sita. Ibi lacus latissimus est, et littora eius pulcherrima in oppidi alto ambulacro gratissimum offerunt prospectum. Eurum versus, loco celebri Ripaille dicto, carthusianorum, qui sub Gallorum dominio ista sua sede pulsi sunt, ingens monasterium templumque concinnum vix ultra dimidia leuca ab urbe distant. Inde mox ad magnum torrentem Druentiam (la Dranse), quem traiicit pons lapideus quam multis arcubus superstructus, pervenitur. *Pulicaria vulgaris* Gaertn. *(Inula Pulicaria* L.) prope oppidum et *Stachys germanica* secus viam regiam usque ad vicum Dovaine vulgo occurrunt. V. Evian, Coudray, Essevenex.

Thun (lat. Thunum v. Dunum), parvum, sed dives pulchrumque Bernensis ditionis oppidum, secus Arolae littora, paulo infra eius exitum e lacu Thunensi situm, ac 4 l. ab urbe Berna distans. Vias satis latas, quae omnes fluvio proximae et parallelae sunt, aliquot elegantia aedificia, v. gr. curia et orphanotrophium, decorant. Urbi amoenus collis, cui

praefecti sedes, templum presbyteriaque insident, imminet. Ibi viatores totius regionis luculentissimum prospectum atque stupendi Alpium spectaculi proscenium commodissime contemplantur. Parvam insulam domibus instructam bini utrinque pontes ambobus littoribus iungunt.

Omnia instituta ad beneficentiam publicam atque iuventutis educationem spectantia admirabili diligentia curantur. Neque tam parvo oppido urbanae bibliothecae decus deest. Quin etiam ex eius civium ordinibus viri plures eruditissimi celebresque exierunt. Hodie senator honoratissimus Trog amabilem scientiam ac praecipue mycologiam felicissime excolit. Viri optimi benevolentiae plantarum insigniorum circa Thun et in montibus vicinis nascentium enumerationem debeo.

Regio urbi proxima gratissima ambulacra amoenasque excursiones amicis naturae pollicetur. Loca Grüsisberg, Schwäbriberg, Scherzlingen, Schadau et Bächihölzli dicta potissimum visitari solent. Im Bächihölzlein iucundissima exstat sylvula Bardorum luci (Barden-Wäldchen) poëtico nomine decorata.

Plantae rariores, 1) circa Thun occurrentes: *Allium carinatum*, *Asarum europaeum*, *Betonica officinalis γ montana*, *Calamintha Nepeta* Clairv. (*Melissa* L.; rara), *Coronilla Emerus*, *Cynoglossum officinale*, *Diplotaxis muralis* Dec. (*Sisymbrium* L., rara), *Epilobium Dodonaei* Vill. (*rosmarinifolium* Haenke), *Erica carnea*, *Geranium pyrenaicum*, *Hippophaë rhamnoides* (secus Arolam), *Ilex Aquifolium*, *Lathraea Squamaria*, *Littorella lacustris* ad ripas Belp versus), *Mespilus tomentosa* Ait., *Ophrys aranifera* Huds., *Ornithogalum nutans*, *Orn. pyrenaicum*, *Salix grandifolia* Ser. (*cinerascens?* Willd.), *S. holosericea* Willd. (rarissima nec alibi in Helvetia nisi prope Olsberg inventa), *S. incana* Schrank (*riparia* Willd.), *S. phylicifolia* H (*S. nigricans* Sm.), *S. repens*, *S. serin-*

giana N. (*lanceolata* Ser. non Sm.), *S. versifolia* Whg., *Saponaria ocymoides*, *Spiranthes autumnalis* Rich. (*Ophrys* Balb., *Ophr. spiralis* L.), *Taxus baccata*. — 2) Im Kandergrien: *Antirrhinum alpinum*, *Moehringia muscosa*, *Orchis odoratissima*, *Salix daphnoides* Vill. (*praecox* Hoppe), *S. fissa* Hoffm. (praerara), *Typha minima* Hoppe (*minor* Sm.). — 3) In valle Justithal: *Anthericum Liliago*, *Anth. Liliastrum*, *Rosa alpina*. — 4) Ad Röthenbach: *Arabis arenosa* Scop. (*Sisymbrium* L.). — 5) Prope D. Beati cavernam: *Carex humilis* Leyss. (*clandestina* Good.; rara). — 6) Ad vici Amsoldingen l. I ab urbe distantis lacunam torfaceam a Cl. Guthnick inventae fuerunt: *Carex dioica*, *C. grypos* Schkuhr (stirps hucusque intra nostros fines omnino ignota), *C. hornschuchiana* Hoppe (*fulva* agr. helv.), *C. limosa α angustifolia*, *C. pulicaris*, *C. stellulata* Good. — 7) Prope Schwarzenegg, in paludibus torfaceis: *Carex Heleonastes* Ehrh. (rarissimam plantam, botanicis helveticis prorsus ignotam, nuperrime etiam ibi detexit Cl. Guthnick). — 8) In M. Kiley: *Aiuga alpina* Trog (plantam non vidi), *Alchemilla pentaphyllea*, *Avena versicolor* Vill., *Campanula valdensis* All., *Cardamine bellidifolia*, *Cerastium latifolium*, *Festuca Halleri* Vill. (rarissima), *F. violacea* N., *Lilium bulbiferum* *Oxytropis campestris* Dec. (*Astragalus* L.), *Pedicularis recutita*, *P. tuberosa*, *Potentilla grandiflora*, *P. minima* Hall. fil. (rarissima), *Salix helvetica* Vill. (*arenaria* auct.), *S. herbacea*, *Veronica bellidioides*. — 9) In montibus proximis, passim: *Arenaria polygonoides*, *Cochlearia officinalis* (ad Hohgant; rara), *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Lonicera coerulea*, *Orchis nigra* Scop. (*Satyrium* L.), *Orchis odoratissima*.

T h u n e n s i s (Lacus), magnus notissimusque Oberlandiae Bernensis lacus, ab austro-euro ad borea-occasum porrigitur; vix usquam leucam integram latus, longitudine 1—5 l. adaequat. Speculo eius galliei

geographi altitudinem 1756 p. s. m. tribuunt, quae mensura nonnisi 4 pedibus ab accuratissimis observationibus, quas per annum 1790 instituerat Cl. TRALLES, professor in academia Bernensi, differt. Temperaturam aquarum in imo fundo 4 gradus thermometri Reaumuriani metientem invenit Cl. DE SAUSSURE. — Arola, quae totam lacus longitudinem percurrit, eum prope Neuhaus ingreditur, et ad vicum Schadau dictum rursus deserit. Praeter eam et aliquot minores rivos, Candera per alveum arte factum inter Spiez et Thun in huncce lacum effunditur.

Littora magnam situum amoenorum prospectuumque varietatem ostendunt: ad occidentem riparum colles pratis arvisque consiti, latis excelsisque montium Stockhorn et Nessi (Niesen) dorsis subiecti sunt; ripa orientalis perinde fertilissimis collibus, vineis, castanetis et arborum domesticarum sylvis luxuriat, multisque villis, arcibus pulchrisque pagis superbit. Regio tandem meridionalis, ut pote Alpibus propinquior, rupibus arduis, abrupte in imum lacus sinum sese immergentibus passim horrescit. Montes tamen vicini nusquam ad limitem nivalem exsurgunt. Collis D. Beati cum celebri eiusdem nominis caverna ad ripam orientalem pertinet, atque inter Merligen et Neuhaus situs est.

Lacum multae ac optime instructae naves adsidue frequentant; neque enim littorum viae curribus rhedisve ubique accessae sunt. Navigatio autem vix ullo laborat periculo, cum nautae locis, quo appellere possint, nusquam careant. Inter multorum piscium, quos alit lacus, genera, Salmo Muraena, quem Aalbock accolae nominant, maximi aestimatur. — Ad lacus ripas observatae fuerunt: *Athamanta Libanotis*, *Calamintha officinalis* Moench (*Melissa Calamintha* L.), *Cyclamen europaeum*, *Erica carnea* (vulgo), *Er. vulgaris* (potius rarior). — Prope Schadau: *Acorus Calamus.* — *Rhododendrum ferrugineum* ad promontorium Nase dictum, et *Rh. hirsutum* prope Der-

ligen occurrunt. — Testante amiciss. GAY, in lacus Thunensis littoribus rarae degunt *Quercus* et *Fagus; Crataegus Aria Pinusque sylvestris* haud infrequentes; *Abietes* autem vulgatissimae. *Iuglandes* parvae vicos obumbrant et *Lauro-Cerasus* hinc inde rusticorum hortulos exornat.

Thur (Die). V. Duria.

Thurgovia (Canton Thurgau), pagus in extrema euro-boreali Helvetia situs, austrum versus pago Sancto-Gallensi, ad occidentem Tigurina ditione, ad boream Rheno, qui eum a pago Scaphusiano magnoque ducatu Badensi dissociat, ut et lacu inferiori Bodamico (der Untersee), denique ad eurum magno lacu Bodamico terminatus est.

Potissimum ab occasu ad orientem porrectus, longitudine fere 12 leucas, latitudine 4—5 l. metitur. Superficies eius 16 milliariis geographicis quadratis constat. Ubique campis fertilibus gratisque collibus abundans, magnoque horto simillimus, montibus omnino caret. Arva pinguissima, colles viniferi, ac praesertim prata pomariaque arborum fructiferarum ingentibus sylvis luxuriantia, praecipuas regionis opes efficiunt. Magnam incolae musti egregii copiam quotannis ex arborum suarum pomis conficere solent. Frumentum a proprio solo productum eorum necessitudini sufficit. Nonnullis quoque locis, vitis culturae aptioribus, vinum satis generosum obtinent. Armenta etiam magnae pulchraeque stirpis multa educant. Cannabim ac linum, quae adsidue colunt, ad linteorum telarumque fabricationem adhibent, et industriae artibus omnigenis excellunt. Plerique evangelicae fidei addicti sunt, nec nisi fere quinta pars eorum romano-catholicam religionem profitentur. Verum tamen, quod valde lugendum! tam pulchrae locupletisque regionis decem utriusque sexus monasteria praecipuas divitias possident, ut ingenuae civium dotes bona inventutis institutione ob aerarii publici penuriam hactenus rite excoli nequeant.

Praeter Duriam, cuius iam supra mentio facta fuit, amnis die Murg dictus pagi partem occidenti-australem inrigat. Oppidum Frauenfeld, totius regionis caput, ad eius ripas situm est.

Flora Thurgoviensis parum cognita est, adeo ut paucissimae eius plantae a nostris auctoribus usque ad hunc diem citatae fuerint. Dumtaxat enim indicantur: *Poa aquatica* (in fossis maioribus frequens), *Ranunculus hederaceus*? (Helvetiae adhuc suspecta civis), *Scrofularia vernalis* (circa Bischoffzell; rara).

Thusis, oppidulum Rhaeticum, in summa valle Domestica (Domleschg), ad pulchri fertilisque montis Heinzenberg pedem, et in ripa dextra Rheni posterioris, paulo supra eius cum Albula iunctionem situm, et 2500 p. s. m. elevatum. Etiam prope oppidum torrens Nolla, diris saepe vastationibus furiens, in Rhenum sese effundit, nec procul ab eorum confluente, fauces illae rupestres, Viae malae nomine celebres, aperiuntur. Cives evangelicae fidei addicti sunt et germanice loquuntur. Multae officinae coriariae, nundinae frequentatissimae et mercium transitus expeditioque multum ad loci opulentiam conferunt. Regio vicina, non obstante soli elevatione, coelo mitiori subiecta est: quin etiam oppidi ager primam vineam, ad Rheni ripas sitam, possidere dicitur. Valde optandum est ut tandem horrendis Nollae inundationibus efficax adferri possit medela. Nam eius aquae teterrimae lutoque densissimo scatentes, non tantum cunctae regioni vastationem, sed ipsi urbi excidium saepius minantur. — Plantae rariores: *Artemisia pontica* (in M. Beverin), *Astragalus monspessulanus* (inter Th. et Curiam), *Colutea arborescens*, *Echinospermum deflexum?* Sw. (*Myosotis* Wbg.; ad viam Tamins versus; rarissimum, sed plantam non vidi), *Geranium palustre*, *Imperatoria verticillaris* Dec. (*Angelica* L.; secus viam Curia ad M. Septimium tendentem ex oppidi regione, ac supra Thusis Schweiningen versus; stirps huic tractui propria), *Lycopo-*

dium helveticum (prope Viam malam), *Oxytropis pilosa* Dec. (*Astragalus* L.; inter Th. et Curiam). — Inter Thusis et Kätzis, secus viam: *Adonis aestivalis* (inter segetes), *Allium carinatum*, *Astragalus Cicer*, *Atsr. glycyphyllos*, *Crataegus Amelanchier* Desf. (Mespilus L.), *Herniaria glabra* (in arvis), *Stachys germanica*, *Thalictrum angustifolium*, *Thesium linophyllum α minus* (rarum) — Per vallem Domesticam *Sambuci nigrae* varietas fructus albos edens et prope Rotels ac Fürstenau *Datura Stramonium* occurrere dicuntur. Monente Cl. Ebel, incolae ex *Saponariae officinalis* herba, in ea regione vulgatissima, saponem conficiunt. — V. Via mala.

Ticinensis pagus, trans Alpes ad Italiae limites situs, ex magna parte ab amne Ticino, unde nomen, percursus est. Eum boream versus montes Nufenen a Valesia, Gotthardus autem ab Uraniensi pago, Lucumonius et Avicula (Vogelberg) a Rhaetia separant. Ad eurum a valle Rhaetica Calanca agroque Lariensi, ad meridiem usque ad lacum Verbanum a territorio Austro-Mediolanensi, trans istum lacum vero, ut et occidentem versus ab illa Mediolanensis ducatus parte, quae Pedemontio coniuncta est, limitatur. Summa eius longitudo ab occidenti-borea ad euro-austrum 12—15 leucis, latitudo 10—12 l., superficies autem, cuius forma valde irregularis est, circiter 55 milliariis geographicis quadratis constat. Pagi Ticinensis cunctum fere territorium permultae valles montesque innumeri, quorum nonnulli, praesertim septentrionales, ultra limitem nivalem extolluntur, obtinent. Pleraeque valles a septentrione ad austrum porriguntur. Earum praecipuae sunt Brennia (val Blegno), ab eiusdem nominis amne, qui prope Poleggio cum Ticino confluit, percursa; Lepontia (val Leventina), omnium longe maxima, quam a montibus Nufenen et Gotthardo usque ad lacum Verbanum Ticinus irrigat; denique valles Verzasca, Maggia, Onsernone et Centovalli, quae omnes ad

Verbani ripam borea-orientalem prope Locarnum aperiuntur. Agrum Luganensem et Mendrisium regiones campestres aut valles minores mitioresque, ut plurimum occidentem petentes, occupant. Praeter Ticinum praecipui fluvii sunt: 1) Maggia, cuius duo rami in summis vallibus Campo et Lavizzara scaturiunt; infra eorum iunctionem ad vicum Cevio, pulchram irrigat vallem Maggiam, et prope Locarnum in lacum effunditur; 2) Tresa, cuius cursus vix ultra 2 l. longus lacum Luganensem cum Verbano coniungit. Hos pulchros lacus, quibus partem pagi meridionalem exornavit natura, proprio loco descripsimus.

Incolae omnes religioni romano-catholicae addicti sunt, et dialectum linguae italicae corruptissimam loquuntur. Vici tamen Bosco, in summa valle Bosco siti, cives inter se nonnisi germanice communicant. Ante bellum Gallicum civilesque motus, quibus Helvetiorum civitas penitus immutata est, singulae pagi partes, aliae uni, aliae tribus, reliquae tandem duodecim Helvetiorum pagis parebant, et omnibus malis, quae magistratuum venalium rapacitas, causidicorum malorumque rabularum astutia, et monacorum pravitas perpetuo secum trahunt, laborabant. Haec mala hucusque tristia vestigia in incolarum moribus ac indole reliquerunt. Eos quidem natura dotibus raris, geniali scilicet sagacitate ingenioque scientiis et artibus omnibus aptissimo ditavit, sed laboris haud satis patientes, munditiae negligentes et dirae vindictae cupidi sunt; divitias solo suo proprias parum curantes, plerique viri extra patriam victum incertum saepeque inhonestum quaeritant. Denique scholas cunctamque iuventutis institutionem clerici et monachi moderantur: inde apud populum inscitia, pravae superstitiones, ac verae pietatis virtutisque oblivio. Quorum gravissimorum incommodorum aurea libertas, leges sapientes, iustumque earum imperium absque dubio serius ociusve sanationem adferent. Istae regiones Italiae permultos egregios artifices, pictores,

sculptores, architectos et mechanicos praebuerunt. Terrae fructus et pecorum armentorumque educatio, cuius haud secus ac agriculturae curae feminis plerumque committuntur, industria et commercium, quae potissimum in pagi parte australi florent, praecipuas regionis opes efficiunt. In tanta climatis solique elevationis diversitate, diversissimos terra gignit fructus: sic in Alpibus magna casei vis paratur; immensa castaneta, quorum mitissimae nuces pauperibus etiam potius quam Solani tuber alimento sunt, ubique montium clivos obumbrant. Imarum vallium solum, ac fertilissima planitiei australioris arva felicis Insubriae arbores, Ficus, Amygdalus, Persica, Olea, Laurus certatim exornant. Ibi quoque sericum passim colitur et industriosis Luganensibus Locarnensibusque civibus largum opulentiae fontem aperit.

Flora Ticinensis, utique ditissima, iam Halleri tempore cisalpinorum botanicorum attentionem summopere excitavit. Alpibus superatis Cl. Lachenal, Dick, Abr. Thomas aliique pulchras illas plagas sollicite exploraverunt, ac inde dulcissimos retulerunt thesauros, quos Vir summus in immortali stirpium historia fideliter consignavit. Nostris diebus Cl. Schleicher, optimi fratres Ludovicus, Emmanuel et Philippus Thomas, illius nostri dilecti Abrahae filii, ac inprimis rev. Verda, Luganensis, hancce provinciam diligentissime perscrutati sunt, ibique multam insignium rarissimarumque plantarum supellectilem collegerunt. Inter innumeras pulchras stirpes in hocce pago nascentes hic sequentes indicasse nobis sufficiet: *Aira caryophyllea*, *Anchusa officinalis*, *Apargia tenuiflora* N. (V. fl. helv. 6. in suppl.), *Carex limosa β irrigua* Wbg. (in Alpibus), *C. mucronata* All. (in montibus variae altitudinis frequens), *C. punctata* N., *Celtis australis*, *Centaurea splendens*, *Cervaria alsatica* N. (*Peucedanum* L.) II *albiflora* (*Selinum venetum* Spreng.), *Cyperus longus*, *C. Monti*, *Elatine Hydropiper β* (*El. hexandra* Dec.; ni fallor in valle

Brennia reperta), *Euonymus europaea β intermedia*, *Galium aristatum (linifolium* Heg.), *G. purpureum*, *G. rubrum*, *Ligusticum peloponnensiacum* (in Alpibus), *Ostrya carpinifolia* Willd. (*Carpinus Ostrya* L.), *Panicum undulatifolium* Ard., *Parietaria diffusa* M. et K. (*iudaica* auct.; ad murorum pedem et in vicis frequentissima), *Phytolacca decandra* (secus vias), *Potentilla micrantha* Ram., *P. supina* (??), *Salvia officinalis* (passim), *Teucrium montanum*, *Vallisneria spiralis* (in lacu Luganensi). — V. Bellinzona, Capo di Lago, Cenere, Generosus, Lepontia vallis, Locarnum, Luganum, Maggia (Val.), Mendrisium, Salvadore (San).

Ticinus, magnus amnis, cuius alter ramus in summa valle Bedretto ad montis Nufenen pedem, alter vero in altissimo Gotthardi collo oritur. Tota Lepontiorum valle planitieque Ticinensis pagi, austrum semper petendo, percursis, prope Magadinum ad lacum Verbanum pervenit eique coniungitur. Eius integram longitudinem traiicit eoque ad vicum Sextias Calendas (Sesto Calende) relicto, per paucas leucas Pedemontium a provinciis Austro-Italicis separat, et tandem Papiae in Eridanum effunditur. — V. Alpes, Gotthardus, Ticinensis pagus.

Tiefenkasten (romanice Caste), pagulus Rhaeticus, in ima valle Oberhalbstein, secus Albulae ripam sinistram, et ad viam, qua mons Septimius petitur, situs. Incolae dialecto romanica utuntur et religioni catholicae addicti sunt. Prope pagulum vicinum Alvaschein, pons quidam elatissimus, quem Solis pontem nuncupant, ob miram structurae audaciam stupendamque altitudinem (360 pedes gallicos metiri dicitur) a viatoribus curiosis visitari meretur. — Inter Caste et Sils, loco dicto im Schein, unde ad Fürstenau itur, occurrunt *Carduus crispus* var. flore albo et *Onopordon Acanthium* perinde flores albos proferens.

Tigurinus lacus (der Zürcher-See, Zürich-See), prope vicum Schmerikon incipit, et usque ad urbem Rapperschwyl inter Sancto-Gallensem pagum et Suitensium ditionem limites statuit. Prope illam urbem angusta longaque terrae lingua ex sinistra ripa tam prope ad dextram accedit, ut ibi pons ligneus, 4800 pedes longus, duodecimque pedes latus, utrumque littus coniungat. Haecce lacus pars vulgo lacus Superior (der Ober-See) dicitur; longitudine vix 2 leucas, latitudine $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ l. adaequat. Orae eius campis frigidioribus, plus minusve paludosis constantes, paucos ostendunt vicos, adspectumque subingratum tristemque praebent. Infra magnum pontem iuxta territorium Suitense in ripa sinistra s. occidentali per unius leucae tractum usque ad pulchrum oppidum Richtenschwyl, in ditione Tigurina situm, producitur. Ulterius autem, ut et per omnem oppositam ripam usque ad urbem Turicum, ubi desinit et eius aquae in Limagi alveum coactae per latam vallem fluere incipiunt, undique in Tigurinorum agro continetur. Ille est lacus Inferior (der Unter-See) et proprie Tigurinus, cui ceteri totius Helvetiae lacus iucundissimi amoenissimique adspectus palmam facile concedunt. A Schmerikon usque ad Richtenschwyl occidentem fere recta lacus petit; sed ibi per lentum sinum usque ad urbem potius boream versus progreditur. Montes utrique ripae imminentes mitissimi atque, ex maxima parte, fertilissimi sunt, nec nisi summos vertices obumbrant sylvae fagineae et abietinae. Eorum clivi in laetissimos desinunt colles, undique permultis arboribus pomiferis, pratis vineisque luxuriantes. Ab urbe usque ad pagi limites, in utraque ripa innumerae inveniuntur habitationes et villae, adeo ut seriem haud interruptam vicorum fere contiguorum efficiant. Paene ubique semita mundissima ac praecipue in peditis usum strata, lacus oram sequitur, viatorique fesso commodissimum ambulacrum potius quam viam suppeditat. Frequentissima

navigatio tot pulchris scenis novam vitam motumque addit: permultae enim naves velis quadrangulis, saepeque tentoriis tectisve instructae, super lacus aequore perpetuo volitant. Inter triginta piscium, quos alit lacus, genera, Salmo, Anguilla, Tructa lacustris, Lucius et quidam communissimus piscis vulgo Bratfisch dictus, Salmoni Lemanico Ferae similis, exquisitiores esse existimantur.

Littora urbi proxima, ac praesertim pulcherrimum amphitheatrum, cuius angulo locupletissimum emporium Stäfa, incolarum urbanitate, ingenio divitiisque superbiens insidet, maximam viatorum admirationem excitat. Lacus Inferior 7—8 leucas longus est; summa eius latitudo, scilicet paulo infra pontem unius est leucae. Gallici geographi superficiem eius 1300 p. s. m. elevatam esse testantur. Ripae occidentalis montes, iugum Uetliacum et Albium efficientes, paulo asperiores sunt; orientalis vero colles ex fertilissimo monte Zürichberg exeuntes, ubique laeti rident. Austrum versus, Glaroniae Rhaetiaeque scopuli, perennibus nivibus obruti, longa serie horizontem gloriose terminant. Paulo infra Rapperschwyl ac prope Pfäffikon, duae parvae insulae, in totius lacus pulcherríma parte, ex undarum sinu extolluntur, eiusque speculum exornant. Quarum maximam, ab incolis Ufenau dictam, Cl. 'Ebel Huldrici Hutteni (Huttensgrab) nomine insignivit, quia istius acerrimi humanitatis et ecclesiae reformationis defensoris ossa in insulae sacello condita quiescunt. Inter Wädenschweil et Horgen, pulchrum ripae occidentalis promontorium, rupibus praeruptis cinctum, umbrosisque sylvis obtectum (die Au), viatorum perinde attentionem ciet.

Secus omnem Inferiorem lacum optima ac diligentissima vinearum, pomariorum pratorumque cultura summam accolarum industriam ac laboris indefessi patientiam testatur. Praeter divitum ornatissimas villas rusticorum domus elegantes ipsam lacus oram

adtingunt: moles ei superstructas simplices hortuli exornant; quin etiam vitis, pulchris latisque clathris innixa, aureas super unda maturat uvas. Longae perticae, mucronibus catenisque ferreis armatae, fulminis ictus passim irritos reddere conantur, et mechanicorum agrestium artificia, in hortis pomariisque exposita, viatori mirabundo hinc inde occurrunt. In plerisque oppidulis et vicis musices concentus, fidium tibiarumque harmonia, hymnorum cantus, libri cuiuscunque generis, quorum publicas privatasque adservant supellectiles, aliaque vitae ornamenta, alibi dumtaxat urbium civibus nota, accolis lacus Tigurini vulgo deliciis sunt.

Propter soli diligentissimam culturam, quae plerasque paludes exsiccavit, aspera pascua steriliaque ericeta in arva pinguiaque prata convertit, ac indesinenter cunctas inutiles herbas exstirpat, lacus ripae collesque vicini paucas tantum plantas insigniores proferunt. Potissimum huius loci esse dicuntur: *Antirrhinum Cymbalaria* (ad muros ubique), *Galium uliginosum* (prope Wollishofen ad littora; rarissimum), *Ceratophyllum demersum*, *Hemerocallis fulva* (prope Schirmensee inter Rapperschwyl et Stäfa, etiam circa Wädenschwyl), *Myriophyllum spicatum* (ut *Ceratophyllum* in lacus aquis vulgatissimum), *Senecio paludosus* (in arundinetis lacustribus secus littora, copiose), *Trapa natans* (in ipso lacu). V. Tigurum.

Tigurinus pagus. Eum ad septentrionem, praeter Eglisoviam, cum suo parvo agro trans fluvium sitam, a Germania ditioneque Scaphusiana Rhenus dividit. Orientem versus a Thurgovia pagoque Sancto-Gallensi, ad meridiem a Castris Rhaeticis (die Landschaft Gaster) urbeque Rapperschwyl etiam ad civitatem Sangallensem pertinentibus, atque Suitensium Tugenorumque agro, denique ad occasum ab Argovia terminatur. Summa eius longitudo a borea ad austrum 11—12 l., latitudo autem 9—10 l. constat; superficies istius pagi, formam ovalem satisque ac-

qualem adfectans, 45 milliaria geographica quadrata metiri dicitur. Pauca, nec nisi humiliorum montium iuga Tigurinos campos percurrunt. Ad euro-austrum, in confinio scilicet Toggicae vallis incipit iugum Allmann dictum, totius quidem regionis altissimum, atque omnia eius alpestria pascua, aliquot bovilibus aestivalibus instructa comprehendens, nusquam tamen ultra arborum limitem elevatum. Summum iugi cacumen vulgo das Hörnli nuncupatur: cuius altitudinem 3589 pedum s. m. esse perhibent. Hocce iugum septentrionem versus progreditur, ac semper semperque deprimitur, ut campi radicibus eius ad euro-boream subiecti, secus Rhenum ac prope Thurgoviam patentes, totius Tigurinae ditionis fertilissimi ditissimique sint. Ultimus collis, quem ad iugum Allmann referunt, est parvus mons Irchel, inter Rorbas et Berg prope Rhenum situs, et torrenti impetuoso die Töss dicto, in montibus Toggicis scaturienti, atque valles Allmannicas planitiemque fertiliorem, quas saepe diris afficit vastationibus, percurrenti, imminens. Paucis leucis ac Irchelio distans, occidentem versus, exsurgit Legerius mons (der Lägerberg, die Lägern), 3029 p. s. m. elevatus: in ultimis magni Iurani iugi borea-orientalibus limitibus situs est, ac eius clivus summopere arduus Limago minax impendet. Ad occidentem, secus lacum Tigurinum, ex aquilone ad austrum procurrit iugum Albium, cuius praecipui montes sunt Uetliacus, prope Turicum sese ad elevationem 2928 p. s. m. extollens, et vertex Schnabelberg dictus, collo, quod via Turico Tugium ducens traiicit, superpositus, ac 2613 p. s. m. elatus. E regione istius iugi, montium minorum et quoad maximam partem cultorum series, quorum notissimi Zürichberg et Pfannenstiel vulgo dicuntur, amoenissima lacus et Limagi littora, a lata dissociat valle, quam placida Glattia ad Allmannicorum montium pedem perfluit. Ceterae pagi regiones collibus campisque constant. Praecipui eius fluvii, quos paulo

supra, aut proprio loco, iam memoravimus, sunt Rhenus, Duria, Limagus, Tössia et Glattia. Praeter lacum Tigurinum, attentione praesertim digni sunt, qui lingua vernacula Greifen-See et Pfäffiker-See nominantur; ad Glattiae vallem pertinent, atque inter montes Allmannicos et Turicenses siti, ac inter se fere paralleli ab euro-austro ad occidenti-boream extenduntur. Parvi Felini lacus prope M. Legerii radices siti, vixque nisi a botanicis noti descriptioni proprium articulum destinavimus. V. Katzensee.

Nulla sane totius Helvetiae regio maiore excolitur diligentia quam singulae Tigurinae ditionis partes. Iam a multis annis viri summis laudibus digni, tum in ipsa urbe, tum in ignotissimis vicis ac inter obscuros rusticos nati, utilissimae omnium artium, scilicet agriculturae totis viribus incumbentes, de patria optime meriti sunt. Sic factum est ut istius pagi solum cunctorum fructuum, quos nostrae cisalpinae gignunt terrae, copiam ingentem et incolarum necessitudinibus plus quam sufficientem proferat. Praeterea non tantum in urbibus Turico et Vitoduro, sed in omnibus fere pagi partibus, industria mercatoria, pannorum laneorum sericeorumque, ut et praesertim telarum omnis generis fabricatio, summopere, et magis adhuc quam ipsa agricultura ad regionis divitias opulentiamque conferunt.

Pro modica superficiei portione, pagus Tigurinus maximum incolarum alit numerum, ut, eo respectu, vix nisi ab Abbatiscellanorum exteriorum agro, et parte ditionis Neocomensis orientali vincatur. Incolas sagacitas propria, patientia laboris indefessa, artium scientiarumque, ac inprimis libertatis invictus amor haud parum commendant. Praeter monasterium Rheinau, inter Eglisoviam Scaphusiamque situm, et catholicum vicum Dietikon, Argoviae proximum, evangelicae fidei, quam magnanimus Zwinglius apud ipsos eorum patres primus vindicavit, addicti sunt. Dialectus tigurino-germanica inter cor-

ruptiores merito recenseri potest, quod eo magis mirandum videtur, quo facilius istius civitatis viri litterati ceteros Helvetios quoad solidiorem germanicae linguae cognitionem stylique elegantiam superent. Scholae in praecipuis urbibus et locupletioribus vicis optime institutae sunt; sed in reliquis partibus, vitiis adhuc variis laborant: cui malo tamen medela sensim adfertur. Per omnem fere pagum pleraque templa, saltem recenter condita, pulchritudine, maiestate, quin etiam splendore singulari superbiunt.

Inter fossilia Tigurina praesertim laudari meretur fodina ditissima, loco Käpfnach dicto, prope vicum Horgen sito, quae iam a multis annis magnam optimi lithanthracis copiam suppeditat. Ceterum bona torfa, qua aliquot ingentes paludes et lacuum littora hinc inde abundant, omnes fere incolarum focos fornacesque sustentat.

Haud obstante soli diligentissima cultura, quae sine dubio multas ei proprias stirpes enecavit, ditio Tigurina Floram haud spernendam, nec adhuc omnino rite cognitam possidet. Viri enim eruditissimi, qui in eo pago scientiae nostrae incubuerunt, hucusque libros et herbaria, aut plantas alpinas, exoticas hortensesve magis quam herbas a terra patria prolatas curavisse videntur. Hodie autem nonnulli botanices amici istam Florae nostrae provinciam sedulo investigare coeperunt, atque iam aliquot plantas haud tantum in agro Tigurino, sed etiam intra totius Helvetiae limites nondum visas iis detegere contigit. Huius loci sunt *Nuphar minimum* Sm., et *Monotropa hypophegea* Wallr., quas invenit Cl. Schulthess, atque *Utricularia intermedia* Hayne, a Cl. Bremi primum observata. Ceterum inter plantas Tigurinas rariores potissimum citantur: *Agrostis Spica-venti*, *Bromus velutinus* Schrad. α, et β spiculis glabris (in planitiei arvis), *Cardamine hirsuta*, β *micrantha (tetrandra* Heg.), *C. Impatiens* (prope Stäfa), *Carex ampullacea* Good. (ad lacum Türlersee), *C. flava* δ *polystachya (C. uetliaca* Sut.; in sylvis M. Uetliacis

a I. SCHEUCHZERO lecta), *C. humilis* Leyss. (*clandestina* Good.; in eodem monte; stirps rara), *C. pilosa* All. (ibidem in sylvis; rarissima), *C. Pseudo-Cyperus* (ad lacum Türlersee), *C. tomentosa* (in sylvis ad M. Uetliberg radices), *Digitalis purpurea* (prope Kloten in sylva Wald im Weiher dicta, et supra pagum Dietlikon trans Glattiam, inter Kloten et Pfäffikon situm), *Gladiolus communis* (olim in M. Zürichberg agris visus), *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.; prope Wald), *Lathyrus heterophyllus* (prope Herrliberg), *Littorella lacustris* (ad lacus littora, v. gr. ad promontorium Horn), *Lysimachia punctata* (inter Helvetiae limites nonnisi ad idem promontorium observata), *L. thyrsiflora* (prope Hegnau; etiam perrara*), *Nigella arvensis* (in planitie Rhenana), *Physalis Alkekengi* (circa Kloten), *Potentilla recta* (ad vicum Höngg; rarissima), *Ranunculus Philonotis* Retz (ad vias, haud infrequens), *Triticum monococcon* (hinc inde colitur), etc. Ceterum V. Albius, Andelfingen, Dübendorf, Felinus lacus, Hohen Rhone, Horn, Irchel, Legerius, Kempten, Schipfe, Tigurinus lacus, Tigurum, Uetliacus, Vitodurum.

Tigurum, Thuregum, aut forsan rectius Turicum, Zürich, Tigurini pagi caput, urbs magna et inter totius Helvetiae principes nobilissimasque omni certe respectu recensenda. Ad locum, ubi Limagus, qui eam in duas partes inaequales, ac per 3 pontes coniunctas dividit, lacu Tigurino relicto, pulchram sui nominis vallem ingreditur, sita, et 1279 p. s. m. elevata est. Praeter Limagum et lacus aquas, hanc urbem duorum canalium undae perennes placideque fluentes, irrigant: alterum sustentat lacus, alterum Sila, quae paulo infra urbem ad amoenissimi ambulacri, Platz v. Schützenplatz dicti, terminum in Limagum effunditur.

Tigurum ad maiores Helvetiae urbes pertinet.

*) Nuper eam prope Dübendorf invenit Cl. BREMI.

Situs eius ad lacum pulcherrimum, et in duorum amnium regionem paradiso simillimam irrigantium proximitate, omnium viatorum summam excitat admirationem. Ad eurum concinni montis Tigurini vineae, pomaria et sylvulae fastigium eius coronantes in lentos clivos extolluntur; ad meridiem lacus et eius deliciosae ripae procul a sublimi Alpium Glaronensium ac Rhaeticarum serie limitantur; occidentem versus, Uetliacus mons, Tigurino multo altior pauloque asperior, supra colles viniferos et vallem optime excultam, quam Limagus, Argoviam petens percurrit, superbe extollitur. Multa ambulacra, pleraque prospectibus aut amoenissimis, aut longe lateque patentibus egregia, ipsam urbem regionemque ei proximam decorant. Intra muros nempe exstant area antiquissimis tiliis consita, Limagoque imminens, orphanotrophii hortus, cuius situs fere ac prioris idem est, et viae ad Ranarum Cervorumque fossas; in urbis propagnaculis scenae incomparabilis istius regionis oculos animumque potissimum recreant. Huius loci sunt novum ambulacrum, der Baugarten et de Bauschanze, unde lacus prospicitur; praeterea vallum auf der Katze dictum, et inprimis locus intra portam inferiorem (das Niederdorf-Thor) in summis munimentis situs. — Extra urbem frequentantur 1) sclopetariorum area (der Platz) elegantissima, inter Limagum et Silam usque ad amborum fluminum iunctionem, utrinque arboribus eorum ripas obumbrantibus circumsepta, lucis amoenissimis consita, duobusque monumentis in Gesneri, dulcissimi poëtae, honorem erectis exornata; 2) sylvula solitaria, umbrosa pulchrisque canalibus irrigata, prope Silam, Sihlhölzlein dicta; 3) das Bürgli, collis ex vineis exsurgens, lacui, Silae et urbi imminens, ubi ille terrestris paradisus laetissime adparet. Neque desunt optimae stationes in montibus Tigurino et Uetliaco viatoribus enixe commendandae. Quarum pulcherrima fortasse est villa Höckler ad M. Uetliberg radi-

ces sita, una fere leuca ab urbe distans, et amoenis hortis sylvulisque eleganter ornata. Nihil dulcius splendidiusve spectaculo, quo superbit ille locus. Huc per viam gratissimam, secus Silae ripas umbrosas facili negotio pervenitur.

Tiguri suburbia vias rectas latasque, et pulchras plateas arboribus consitas, domibusque elegantibus ac hortis circumdatas continent; sed in reliquis partibus multae sunt viae declives, nimis angustae, tortuosae maleque stratae. Aedificia publica attentione digniora sunt: 1) ingens et antiquissimum templum cathedrale (der Gross-Münster), colli supra Limagi pontem superiorem sito insidens; duae eius campaniles turres recentioribus temporibus conditae fuerunt. 2) Templum Frauen-Münster dictum, olim ad foeminarum perillustre monasterium pertinens. Pulchram eiusdem nominis plateam exornant aedes olim pictorum collegii politici (die Meisezunft) sessionibus consecratae, nunc autem comitiorum Helveticorum sedes. 3) Curia ad Limagi ripam dextram exstans, et magno latissimoque ponti inferiori, ubi mercatus habentur, ac permulti cuiusvis ordinis quotidie obambulant, contigua. 4) Orphanotrophium, amplum nobileque aedificium, colli fluvio imminenti, et ambulacro arboribus consito superstructum. Disciplina totiusque instituti cultus summas merentur laudes. 5) Hospitium, totius pagi usui ac necessitudinibus accommodatum: ibi per annum 1820 aegrorum fere mille curas et solamen acceperunt. Homines mente capti in domo separata, ad hospitium pertinente, humanissime etiam excipiuntur. 6) Turris antiquissima, Wellenberg dicta, ex medio amne lacum ibi deserente exsurgens. In eius carceribus comes Hans de Habsburg-Rapperschwyl, strenuus consul Waldmann et infelix pastor Waserus quondam detenti fuerunt. 7) Pulchrum sic dictum casinum (das Casino, auf dem obern Hirschengraben), in cuius aulis cives honoratiores et utrius-

que sexus iuventus ad saltationem symphoniasque conveniunt.

Domus privatae structura simplicissima, sed commoda gaudent; earum penetralia summa commendat mundities. Aliquot etiam maiores aedes elegantia exquisitiori splendoreque conspicuae sunt.

Tigurum utique inter praecipua totius Helvetiae emporia recensendum est. Eius fabricas commerciumque mirifice auxerunt illi nobiles Itali, qui per seculum XVI, patria relicta, in hac hospitali civitate asylum gratissimum novosque penates invenerunt. Omnigenae manufacturae, variis artificiis mechanicis instructae, ingentem pannorum sericeorum, laneorum xylinorumque copiam indesinenter praeparant. Aliae praeterea fabricae omnia fere ad victum cultumque necessaria conficiunt. Neque celeberrimi desunt argentarii aut cives mercium expeditioni curam impendentes. Duae magnae nundinae, quae singulis annis per duas integras hebdomades celebrantur, civium quoque industriam sustentant.

Iam a reformationis tempore usque ad nostros dies, Tigurum merito Athenarum Helveticarum cognomine insignitum fuit; nam in eius muris litterae omnesque bonae artes ac disciplinae semper floruerunt; unde factum est tam parvam civitatem eruditissimorum virorum copiam fere incredibilem genuisse. Omnia, quae ad iuventutem recte instituendam spectant, rei publicae principes diligentissime curant, ut parentes, qui liberos suos doctrinis cuiusvis generis liberalibus imbuere avent, Tiguri ad tam utile inceptum omnigena inveniant adiumenta. Pueros adhuc teneriores in civium schola decem erudiunt ludimagistri. Iuvenes mercaturae artificiisve mechanicis destinati, in artium schola septem praeceptorum curis ad omne officii genus instruuntur. In litterarum schola inferiori quinque, in humaniorum collegio totidem docent professores. Gymnasium illustre s. carolinum frequentant philologiae, philosophiae et theologiae

studiosi, tredecim professorum curae institutionique commissi. Institutum medicum celeberrimum sedecim, politicum autem, in usum iuvenum, qui sese ad rem publicam gerendam destinant, tres magistri dirigunt. Cl. G. Nägeli scholae musicae, quam ipse condidit, dignissime praeest. Denique Tiguri solertia artibusque mirabilibus puerorum coecorum surdomutorumque educatio curatur.

Quammultas societates ad religionem, litteras bonumque publicum magis magisque promovendum cives Tigurini instituerunt. Huc spectant biblica, ascetica, cui per longos annos praefuit venerandus antistes J. J. Hess, physica, quae pomeridianis lunae diei horis in pictorum aedibus (zur Meise) congregatur, puerorum (Knaben-Gesellschaft), quae iuventutis ludos et exercitia gymnastica moderatur, historiae patriae, artium, militaris, musica, medica, bibliographica aliaeque, ac praesertim societas utilitatis publicae, anno 1799 condita, cuius fertiles rami iam cunctam Helvetiam obumbrant.

Bibliotheca urbana, in templo ponti superiori adiacente (die Wasserkirche) conservata, classicorum romanorum graecorumque operibus librisque tum theologicis, tum ad historiam veterem pertinentibus ditissima, saltem 55,000 voluminum possidet. Inter manuscriptos codices attentionem potissimum merentur Quintiliani reliquiae, immensi reformationis opus historiamque patriam illustrantes adparatus, quos Simmler, Waser et Leu collegerunt, epistolae latinae a misserrima Ioanna Gray ad Bullingerum scriptae. Accedunt multae tabulae pictae omnium Tigurinorum consulum optimique Zwinglii imagines referentes, Lavateri et Heideggeri statuae dimidiae, antiquitates romanae, ampla veterum monetarum collectio pulchraque mappa anaglyptica, magnam Helvetiae partem sistens, a Cl. Müller Angelimontano elaborata. Haec pulchra bibliotheca quovis lunae et iovis die a secunda usque ad quartem horam pomeridianam

omnibus patet. Canonicorum, s. carolina bibliotheca libros antiquissimos per quindecimum sedecimumque seculum typis expressos, et epistolas reformatorum autographas continet. Societas physica, quam supra memoravimus, magnam librorum ad cunctas naturalium scientiarum et oeconomiae provincias pertinentium copiam comparavit. Sic medica societas opera suis studiis inservientia. Tres adhunc privatae exstant bibliothecae, quarum libri modica mercede commodantur.

Pretiosissimas collectiones botanicas, pulcherrimam instrumentorum ad experimenta aptorum supellectilem et duas astronomicas speculas praeterea possideat illa celebris societas physica. Apud doctorem Schinzium iuniorem omnia fere Helvetiae mammalia avesque a Viro clarissimo diligentissime collecta praeparataque visuntur. Magnus Escherus Linthianus divitem mineralium thesaurum reliquit. Huc accedit, quem adservat cl. D. Lavaterus, Med. Doctor, multa praesertim petrefacta continens. Tabularum pictarum, iconum delineatarum aut aere expressarum, mapparum geographicarum, aliasque eiusmodi collectiones locupletissimas multi possident privati.

Tiguri fere quinquaginta pictores, aut sculpturae vulgo cuprariae dictae periti artifices degunt. Artem musicam perinde multi, tum cives, tum hospites, felicissime exercent, quos inter amiciss. G. Nägeli qui de pulchra arte optime meritus est ac meretur, et Cl. Hardmeyer potissimum memorandi sunt.

Typographi celeberrimi ac bibliopolae sunt Orell, Fusli et socii; eorum certe officinae optimis, quas Helvetia imoque Germania possidet, accenseri meretur. Ceteros librarios, ut et iconum tabularumque pictarum mercatores brevitatis gratia omittimus.

Botanicos egregios Tigurum a sedecimo seculo usque ad nostros dies haud paucos protulit. Quis revera summum illum C. Gesnerum, patriae, quin etiam totius eruditae Europae ornamentum ac decus

ignorat? „Humaniorum litterarum peritissimus, primus inter nuperos, qui thesauros naturales collegerit ac servaverit. Sed in plantis potissimum Viri industria eminuit"*). JOANNES MURALTUS, nobili familia Locarnensi oriundus, sed ni fallor cum suis civibus Tiguri civitate donatus, plantarum Helveticarum catalogum anno 1710 edidit. In Alpibus Abbatiscellanis, Toggicis Rhaeticisque pulchras stirpes, v. gr., *Dentariam bulbiferam* (V. Forsteck), *Paeoniam* et *Uvulariam* detexerat. Tum nobilissimi fratres IOANNES IACOBUS et IOANNES SCHEUCHZERUS, ille stirpium alpinorum montium, quos per multos annos indefessus peragravit notitia, hic Graminum, antequam hancce familiam diligentissima cura illustravisset, perobscurorum ac pene inextricabilium scientia celeberrimus, sub seculi proxime praeteriti initiis florebant. Eos secuti sunt I. GESNERUS, ex magni CONRADI fratris sanguine ortus, venerandus meus magister, LINNAEO acceptissimus, sed praesertim HALLERO, cui plurimas rariores plantas et potissimum Muscos suppeditavit, coniunctissimus SAL. SCHINZIUS, eius nepos, cui introductionem in botanices studium germanice conscriptam cum centum selectarum stirpium descriptionibus, totidem pulchris fuchsianis tabulis, quas orphanotrophii alumni coloribus propriis instruxerunt illustratis, debemus, FILIUS eius honoratissimus, nunc in gymnasio physices professor, qui magni avunculi J. GESNERI pretiosas icones, quibus illa per multos annos generum characteres aere exprimendos curavit, paulatim evulgat, ampliss. USTERI, qui antequam totus rei publicae gerendae incumberet, sibi magnum

*) „In eas (plantas) se insanire Vir summus (epist. Wolfian. p. 117. 118. b.)" Hall. hist. stirp. praef. p. X. — „C. GESNERUS princeps omnino auctor est stirpium helveticarum, neque multa posteris addenda reliquisset, neque CLUSIUS unquam tot alpinarum stirpium detectarum gloria inclaruisset, nisi GESNERI codices intercidissent." Hall. l. c. p. XII.

inter amabilis scientiae cultores nomen conquisivit, Cl. Roemerus, rei herbariae amantissimus, ac multis quos edidit libris de ea bene meritus, Cl. Hegetschweiler, Stäfensis, florae Suterianae editione posteriori, itineribus alpinis, quibus haud communi sagacitate genera nonnulla difficiliora insigniter illustravit, ac iconum stirpium Helveticarum a Cl. Labram delineatarum descriptionibus honorifice notus, Cl. Schulthess (im Lindengarten), herbariorum Scheuchzerianorum Roemerianique liberalissimus possessor et horti botanici diligentissimus praeses, eius tandem cognominis, medicinae doctor, cuius iam mentionem fecimus.

Hortus botanicus vix leucae quadrante ab urbe distat, et in Silae ripa sinistra situs est. Eum ante diras bellorum ultimorum vastationes magni C. Gesneri statua decorabat. Post tantas clades mox restauratus fuit, eique tam fideliter et adsidue praefuerunt Cl. Roemer et Schulthess, ut tum areae tum caldaria frigidariaque ac egregia plantarum cultura, de honoratissimorum Virorum in eius instituti utilitatem cura singulari, luculentissimum proferant testimonium.

Haud obstante summa diligentia, qua regio urbi proxima colitur, ager eius multas rariores plantas botanophilis suppeditare potest. Occurrunt enim 1) circa Tigurum, passim: *Alopecurus agrestis*, *Al. geniculatus* (in Helvetia austro-occidentali desideratus), *Amaranthus Blitum*, *Antirrhinum Cymbalaria* (ad muros, ubique), *Ant. maius* (ibidem, infrequentior), *Ant. Orontium*, *Aster Amellus* (supra Wipkingen), *Betonica officinalis α*, et *γ montana (stricta* Whg.), *Bromus arvensis*, *Br. secalinus*, *Br. velutinus* Schrad., *Cardamine amara* (ad urbis minoris fossas), *Carex alba* Scop. (im Käferholz), *C. digitata* (in sylvis), *C. ericetorum* Poll. (*globularis* Sut.; in montibus Zürichberg et Wipkingerberg; stirps, praesertim in Helvetia campestri, rarissima), *C. ornithopoda* Willd. (*pedata* Sut.), *C. pilosa* All. (in M. Zürichberg et Uetli-

berg; rara), *Caucalis daucoides* (auf dem Sihlfeld), *Coratophyllum demersum* (in lacu vulgatissimum), *Cirsium bulbosum* Dec. (*Cnicus tuberosus* Sut.; inter Wiedikon et Uetliaci montis pedem; planta rarissima), *Colchicum autumnale β vernum*, *Corydalis cava* Wbg. (*Fumaria* Hoffm.; im Bleicherweg, copiosissime), *Cynodon Dactylon* Rich. (*Panicum* L.), *Cypripedium Calceolus*) ad villam Höckler; in horto botanico saepe flores edit), *Danthonia decumbens* Dec. (Festuca L.), *Diplotaxis tenuifolia* Dec. (*Sisymbrium* L.), *Festuca rubra*, *Helianthemum vulgare* Desf. (*Cistus Helianthemum* L.; quo caret Helvetia austro-occidentalis), *Helleborus viridis* (a C. Gesnero citatus), *Herniaria glabra*, *Holosteum umbellatum* (inter Turicum et Scaphusiam), *Iris sibirica* (stirps rarissima, ab Hallero in Nomenclatore indicata), *Lathraea Squamaria* (im Käferhölzchen, et ad villam Höckler), *Lemna trisulca*, *Lolium temulentum* (in satis frequens; eius loco in pagis occidentalibus *L. arvense* With. segetes infestat), *Luzula sylvatica* N. (*Iuncus* Huds.), *Lysimachia nemorum*, *Milium effusum* (in sylvis), *Muscari racemosum* Mill. (*Hyacinthus* L.), *Nuphar luteum* Sm. (*Nymphaea* L.), *Nymphaea alba* (cum priori ad magnas fossas prope suburbium Bleicherweg), *Orobanche maior*? (in sylvula Burghölzlein; plantam ibi lectam pro genuina *maiore* habuerunt nonnulli botanici; eam nos non vidimus), *Parietaria erecta* M. et K. (*officinalis* auct.), *Phleum phalaroides* Koel. (*Phalaris phleoides* L.), *Poa airoides* Koel. (*Aira aquatica* L.), *P. aquatica*? (saltem parcissime), *P. serotina* Ehrh. (non Schrad. *palustris* Sut.; ad fossas urbis minoris etc.), *Polygala Chamaebuxus* (in sylvis, vulgo), *Polygonum amphibium*, *Potamogeton densus*, *P. pectinatus*, *Pulmonaria angustifolia? δ maculata* (fortasse olim a Muralto visa), *Ranunculus sceleratus β hirsutus* (ad fossas), *Ribes nigrum*, *Salix fissa* Hoffm., *S. fragilis*, *S. triandra α β villarsiana*, et *β stipularis* (*amygdalina* Heg.), *S. viminalis* (ad rivulum Stampfenbach;

ceterum in pago Tigurino, stirps apud nos rarissima, non infrequens colitur), *Scandix Pecten* (auf dem Sihlfeld), *Staphylea pinnata* (?), *Symphytum officinale* β floribus rubris, *Thalictrum aquilegifolium* (in sylvis), *Vicia dumetorum* (ad villam Höckler), *V. sylvatica* (im Käferhölzlein). — 2) Secus Silam et quidem, a) ad ripam dextram: *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Cynanchum Vincetoxicum* Pers. (*Asclepias* L.), *Lilium Martagon*, *Melittis Melissophyllum*, *Ophrys arachnites* Hoffm., *Ophr. myodes* Jacq., *Viola mirabilis*; — b) ad ripam sinistram: *Carex tomentosa*, *Festuca arundinacea* Schreb., *Gentiana Amarella* (*germanica* auct.). Praeterea ad Silam citantur: *Carex alba* Scop., *Polygala Chamaebuxus*, *Teucrium montanum*, *Thalictrum flavum* (??). — 3) In palude Heuried, Uetliaci radicibus subiecta: *Gentiana verna*, *Pinguicula alpina* (in planitie rarissime occurrens), *Primula farinosa*, *Triglochin palustre*. — V. Horn, Uetliacus.

Tine (Le pas de la), via per fauces rupestres iuxta Sarinam e valle Castrodunensi in conterminum pagum Friburgensem ducens. In sylvis opacis ibi occurrentibus vulgo nascuntur: *Elymus europaeus*, *Sambucus racemosa*, *Senecio alpestris* N. (*saracenicus* Sut.).

Titliacus (Der Titlisberg), Uraniae mons, in Alpium Angelimontanarum centro situs est. Summum eius culmen, Nollen dictum, sese ad 10,117 p. s. m. et 8749 p. s. Waldstettarum lacum sese extollit. Ex eo fastigio, quod thorax glacialis fere 180 p. crassus cingit, coelo nempe serenissimo, atque boni telescopii ope, ut perhibent auctores nostri, turris excelsissima templi Argentoratensis percipi potest. Clivo lento sensim a borea mons erigitur, sed austrum versus in abruptos parietes desinit. Ad Titliaci radices leguntur: *Arbutus alpina*, *Artemisia Mutellina* Vill., *Hedysarum obscurum*, *Rubus saxatilis*, *Salix hastata* (*Arbuscula* Sut.).

Tobinium, Zofingen, Argoviae nobile municipium, ad rivum Wiggeram, proxime pagum Lucernensem, in regione montibus humilibus sylvisque cincta, pulchris pratis et arvis optime cultis constante, amoenissime situm. Hanc parvam urbem, quae eruditissimum nostrum Suterum, omnibus artibus virtutibusque ornatum, et patriae, musarum, litterarum graecarum ac botanices amicis carum genuit, multae elegantes domus et aliquot publica aedificia, ut templum cathedrale, nova curia et adhuc recentiores sclopetariorum aedes, quarum anticae faciei elegantia laudatur, decorant. Bibliotheca urbana multos veteres classicos, nonnullas reformatorum epistolas et numorum antiquorum collectionem possidet. In scholis optime institutis iuventus utriusque sexus eruditur. Cives singularis commendat industria, quippe qui pannos pulcherrimos optimosque xylinos ac sericeos, ut et lintea conficiant. Fabri cuprarii et cultrarii egregia quoque opera fabricantur. Denique via qua Lucernam itur expeditionis commercium quadantenus sustentat.

Regionem vicinam pulchra ambulacra amoenique horti laetificant. In sclopetariorum area duarum antiquissimarum tiliarum rami, varie mireque intertexti duas suspensas efficiunt aubas. — Plantae rariores: *Alopecurus agrestis*, *Anemone Pulsatilla*, *Betonica officinalis β* floribus albis, *Carex brizoides*, *C. digitata*, *Carpinus Betulus*, *Crepis globifera* Hall. fil. (*Dioscoridis* Lachen.), *Digitalis lutea* (in vicino monte Engelberg), *Epipogium Gmelini* Rich. (*Satyrium Epipogium* L.; in fageto der Bahn dicto; stirps praerara), *Galium rotundifolium* (in pulcherrima sylva abietina Boowald), *G. uliginosum*, *Gentiana asclepiadea*, *Geranium sylvaticum*, *Hypericum montanum*, *Leucoium vernum*, *Ornithogalum umbellatum*, *Papaver dubium*, *Sagina apetala* (rara), *Salix fissa* Hoffm., *S. viminalis* (utraque in Helvetia infrequens), *Teu-*

crium Scordium, *T. Scorodonia*, *Thalictrum aquilegifolium*, *Veronica Teucrium* II *Vahlii*.

Tödi. V. Dödi.

Toggica vallis, das Tockenburg v. Toggenburg, in pago Sangallensi inter Abbatiscellanorum ditionem, et pagum Tigurinum Castraque Rhaetica (die Landschaft Gaster) sita est. Plerumque intra limites angustos contenta, longitudine decem ferme leucas metitur. In eius summa parte, das Thurthal dicta, Duriae, quae vallem integram ab euroaustro nempe boream versus decurrens irrigat, fontes scaturiunt; multi etiam alii rivi in valleculis lateralibus oriuntur ac sese cum Duria coniungunt. Ad occidentem a Tigurinorum Allmannico iugo, montibus Speer atque Leistkamm et reliqua Alpium catena, quam vulgo Kuhfirsten nominant, ad euro-austrum a tenui iugo ex ista secedente eamque cum Abbatiscellanorum Alpibus coniungente, ad eurum ab eis Alpibus ac speciatim a M. Hohen-Sentis limitatur. Regiones superiores omnino alpestres sunt, pulchrisque constant pascuis, altorum montium dorso subiectis amoenisque sylvis circumdatis: earum cultores ex pecorum educatione praecipuum suum victum conquirunt. Mitiores autem partes boream versus cum fertilissimo Sangallensium agro confluentes, arva prataque diligentissime culta continent. Ceterum plerique totius vallis incolae potissimum industriae commerciique artibus, quae eorum numerum mirifice auxerunt, acriter incumbere solent. Sic praesertim quammulta lintea telasque xylinas conficiunt. Vallis summus vicus (Wildhaus) optimum Huldricum Zwinglium genuit, et plerique totius regionis cives fidei, quam vindicavit, evangelicae addicti sunt. Cl. Wahlenberg aliique partes vallis Toggicae nonnullus adierunt; sed hucusque nondum sufficienter explorata est, ut eius Flora fere omnino incognita sit. In Alpibus saltem occurrere dicuntur: *Ligusticum Meum* Crantz (*Athamanta* L.), *Ophrys*

myodes Jacq. (in M. Schnabelhorn), *Orobus luteus*, *Pedicularis foliosa.*

Tomaley v. Thommaley. V. Seron.

Tombey (Le), collis apricus, pulchris stirpibus dives, prope Ollon in pago Vaudensi situs, et viae qua ex vico Bex Aquileiam itur imminens. Ibi potissimum leguntur: *Aiuga Chamaepitys* Schreb. (optime monente Cl. Hegetschweiler denuo cum Teucriis coniungenda), *Allium carinatum*, *Camelina sativa* Crantz (*Myagrum* L.), *Euphrasia lutea*, *Hieracium sabaudum*, *Ononis Columnae* All. (*minutissima* Sut.), *On. Natrix*, *Onosma echioides* Sm. (*On. echioides* β L.; rarum), *Scorzonera austriaca* Willd. (*humilis* Sut.).

Tompey (in flora helvetica passim Tombey), mons, ni fallor, Aquileiensium, in pago Vaudensi situs. Ibi, testante Hallero, occurrunt: *Anthericum Liliago*, *Orchis viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Pedicularis foliosa*, *Spergula saginoides*, *Viola palustris.*

Tornanche (Val-), Pedemontii vallis, boream versus Valesiae, quam ab ea Sylvii montis iugum dividit, contermina, ad austro-occidentem cum magna valle Praetoria prope Châtillon aperitur. Vicus, cui nomen suum indidit, infra pagulum alpestrem le Breuil situs est, vixque 2 l. ab eo distat. Haecce regio ubique rarissimis stirpibus, superior scilicet alpinis, inferior autem australibus, quales generant terrae sub coelo calidiori positae, abundat. — Infra vicum Val-Tornanche ad fauces occurrunt: *Phyteuma corniculatum* Clairv. I (*Ph. Scheuchzeri* All.), *Sempervivum globiferum* (pulchra stirps, in ea statione non infrequens). — Infra fauces: *Salix viminalis*, *Statice plantaginea* All. — Porro ad viam Châtillon versus: *Alyssum alpestre* β (*Al. argenteum* Willd.), *Nepeta lanceolata* Lam. (*Nepetella* All. Sut.), *Thymus vulgaris.* — V. Breuil, Sylvius.

Torrent, mons alpinus Valesiae, prope thermas Leucenses situs. Per semitam arduam, intra

fauces Wolfspfad s. Pas-du-loup dictas, ubi laete viget elegans *Aquilegia alpina*, coarctatam, aditur. Inde cuncta Rhodani vallis usque ad oppidum Octodurum et pulcherrima Alpium australium series scenam incomparabilem oculis offerunt. Istius montis pascua clivo lento gramineo, rarissimisque stirpibus exornato constant. Eiusdem generis est mons Tzermenonaz, huic proximus ac continguus. In eius tractu stabulis imminente et ab eis vix ultra ½ l. distante, leguntur: *Achillea nana*, *Alchemilla pentaphyllea*, *Alch. vulgaris* δ (*Alch. hybrida* L. amoen.), *Androsace carnea*, *Anemone baldensis*, *An. vernalis*, *Anthericum serotinum*, *Aretia Vitaliana* N. (*Primula* L.), *Carex atrata* γ (*C. nigra* All.), *C. foetida* All., *C. iuncifolia* All., *Chrysanthemum alpinum*, GENTIANA GLACIALIS Abr. Thom., *Helianthemum oelandicum* Dec. β *glabrum* (*Cistus oelandicus* verior linneanus, varietate α multo rarior), *Iuncus Iacquini*, *I. trifidus*, *Luzula lutea* Dec. (*Iuncus* All.), *Lychnis alpina*, *Pedicularis rostrata*, *Potentilla frigida* Vill. (*norvegica* Sut.), *P. grandiflora*, *P. nivea* (in iugo boreali rarissima), *Ranunculus pyrenaeus* α foliis linearibus (var. in nostris Alpibus rara). — In vicini montis Calon pascuis perinde inveniuntur: *Anemone vernalis* (ad lacunam supra cuiusdam veteris stabuli muros), *Arnica scorpioides* (ad molem glacialem huic lacui subiectam), *Geum reptans*, *Ranunculus pyrenaeus* β *bupleurifolius*, et γ (*R. plantagineus* All.), *Saxifraga petraea* Vahl (ad stabuli rudera). — In transitu glaciali ad M. Letscherberg: *Arabis coerulea* Wulff., *Saxifraga biflora* All., *S. oppositifolia*. — V. Tzermenonaz.

Torrent, mons Valesiae mediae, in iugo australi inter valles Anniviers et Herens situs. Ibi passim occurrunt: *Anemone baldensis*, *Carex atrata* γ (*C. nigra* All.), *Herniaria alpina* Vill., *Lychnis alpina*. — In paludibus infra M. Châtelard lectae fuerunt: *Carex bicolor* All., *C. microglochin* Wbg., *Iun-*

cus triglumis. — In M. Prazlet: *Potentilla nivea.* — In descensu a vico Forclaz ad Audeires: *Rosa montana* Vill. (*rubrifolia* ε et ζ Ser.), *R. villosa.* — V. montis Senliennaz plantas sub Annivier enumeratas.

Tosa v. Toccia. V. Formazza et Gries.

Tourne (La), Neocomensium mons, oppidulo Boudry imminens; lacus et Alpium prospectus luculentissimus, quem spectatoribus ostentat, inter totius pagi pulcherrimos merito recensetur. Per hunc montem via optime strata ab urbe in valles des Ponts et Travers ducit. *Hieracium succisaefolium* All., *Ligusticum Meum* Crantz (*Athamanta* L.), *Viola canina* γ *pygmaea*, *V. pumila* Chaix γ (*V. ericetorum* Schrad.).

Tourtemage, germ. Turtmann, vicus Valesiae superioris, in Rhodani ripa sinistra, inter Vispam et Leucam situs. Prope hunc locum vallis cognominis, vallibus D. Nicolai ad orientem, et Annivier occasum versus contigua aperitur. — Circa Turtmann occurrunt: *Astragalus Onobrychis*, *Cicuta virosa*, *Clematis recta*, *Inula Britannica* et ipsa *Linnaea borealis.* — V. Finges et Grueben.

Trapal. mons vallis Tellinae, cuius specialem situm ignoro. In eo certe primum *Koeleria hirsuta* N. (*Festuca* Hall. fil.) a Cl. Schleicher detecta fuit.

Travers, celebris Neocomensium vallis, paulo supra St.-Sulpice, nec procul a vico Bayard incipit, atque potissimum orientem petens, prope Boudry in planitiem aperitur. Hancce vallem, ad 3 l. longam, percurrit pulchra Reusa, aquarum limpiditate ac optimis, quas alit, tructis nota. Infra vicum Noiraigues, loco la Clusette dicto, amnis inter praerupta saxa summopere coarctatus, per angustissimas fauces in imam vallem festinat. Eo loco pulchra via, quae Neocomo in Galliam ducit, mira audacia ac arte in rupibus vivis excisa est. Populus frequentissimus, industria laborisque patientia insignis hancce

vallem incolit. Horologiorum et reticulorum denticulatorum (Spitzen, dentelles) fabricatio ibi praecipuas suas habet sedes, neque tamen agrorum cultura, pecorumve curae ab incolis negliguntur. Inde fit, ut per totam vallem urbanae domus agrestesque casae, sylvae, arva, prata pascuaque subalpina gratissime alternent.

Supra sylvam Croix petra reperitur quaedam oolithifera ac bitumine praegnans; prope fauces Clusette pyritae aurigerae pulchraque spatha radiantia occurrunt. Vallis Travers plantas etiam raras gignit; area saxosa, quae vulgo Creux-du-van dicitur, vix una leuca a pago Noiraigues distat, unde facillimo negotio visitari potest. Iugum Iuranum nonnisi paucissimos montes stirpibus ista area uberiores in suo vasto tractu continet. V. Creux-du-van. Ceterum in ipsa valle observatae fuerunt: *Angelica montana* Schl., *Carex acuta* (circa Noiraigues; rarissima), *Cirsium erucagineum* Dec. (*Carduus* Lam.), *Iberis amara*, *Phellandrium aquaticum*, *Polemonium coeruleum*. — Circa Motier: *Artemisia pontica*, *Colchicum autumnale* β *vernum*, *Narcissus poëticus*, *Rubus saxatilis*.

Trecken, pagulus Valesiae inferioris in regione horrifica, rupium fragmentis ingentibus undique obruta, atque torrentibus praecipitibus in cataractas innumeras ruentibus resonante, inter Salvant et Finshauts situs. In sylva vicina (loco sane alieno) provenire dicitur *Spergula arvensis*, quae in Valesia nusquam alibi observata est, — V. Finshauts, Salvan.

Trêlex, pulcher vicus, in amoena regione montibus Iuranis subiecta, ad viam regiam, qua Neviduno Parisios itur, atque parva leuca ab illo oppido distans. Circa Trêlex 1) in ipsa planitie occurrunt: *Anagallis phoenicea* Lam. var. floribus delicate carneis, *Avena pratensis* (à la Colline), *Carex dioica* (in palude supra vicum), *Castanea vulgaris* Lam. (omnino spontanea), *Chlora perfoliata* α, et β *pusilla* sero

autumno florens (supra Assis molendinem), *Cynanchum Vincetoxicum* Pers. (*Asclepias* L.; à la Colline), *Daucus Carota ε nana* (in ericetis), *Galanthus nivalis*, *Iberis amara*, *Ib. pinnata* (in arvis Gingins versus; rara), *Leucoium vernum*, *Mentha hirsuta δ spicata* (infra vicum, ad viam; rara pulchraque varietas), *Mylinum Carvifolia* N. (*Selinum* L.; ibidem), *Ophrys anthropophora*, *Ophr. myodes* Jacq. (cum priori à la Colline), *Orchis fusca* Jacq. (ad Assem, prope moleudinum), *Orobanche ramosa*, *Rumex conglomeratus* Schreb. (*Nemolapathum* auct.), *Scilla bifolia*, *Scirpus Baeothryon* Ehrh. (in Chlorae perfoliatae pusillae consortio), *Stellaria pentagyna* N. (*Cerastium aquaticum* L.), *Teucrium montanum* (in ericetis), *T. Scorodonia* (in dumetis), *Trifolium scabrum*, *Tulipa sylvestris* (in agris), *Vinca minor α*, *β* floribus albis, *γ* purpureis, et *γβ* purpureis plenis. — 2) In clivo sylvoso les Côtes dicto, supra vicum: *Buphthalmum salicifolium Bupleurum falcatum β latifolium*, *Campanula persicifolia* (ad clivi pedem), *Chrysanthemum corymbosum*, *Peucedanum Chabraei* N. (*Selinum* L.), *Rosa alpina α*, *β pyrenaica* et II *lagenaria*, *Vicia dumetorum*. — 3) In sylvis Iuranis, prope viam regiam, qua ad vicum Saint-Cergues itur: *Acer platanoides*, *Ac. opulifolium* Vill., *Anemone Hepatica* floribus tum cœruleis, tum carneis (aux Allevais), *Calamintha Acinos* Clairv. (*Thymus* L.) *β villosa* (ad veterem viam), *Campanula Cervicaria ?* (ni fallor in eo tractu a rev. Ducros lecta), *Cypripedium Calceolus*, *Dentaria digitata* Lam., *D. pinnata* Lam., *Epipactis rubra* Sw., (*Serapias* L.), *Gentiana ciliata*, *Laserpitium latifolium α glabrum*, et *β asperum*, *Polygala Chamaebuxus* (parcissime), *Rosa spinosissima*, *Rubus hybridus* Chaix (*glandulosus* Bell.), *R. saxatilis*, *R. tomentosus* Wild., *Sambucus racemosa*, *Tilia platyphyllos* Vent., *Veronica Teucrium* I *latifolia* et II *Vahlii*, *V. urticaefolia* Jacq. — V. Bonmont, Cergues (Saint-), Duillier, Gingins.

Treschen, mons alpinus Abbatiscellanorum a Cl. Custore perlustratus. In eius pascuis occurrunt: *Epilobium alpestre* Schmidt, *Hieracium aurantiacum ε bicolor*, *H. valde-pilosum* Vill.

Treschen, mons ditionis austriacae Vorarlberg. V. Rheinthal.

Treycovagnes, vicus pagi Vaudensis, una leuca ab urbe Ebroduno distans, ad viam, qua Urbam itur, situs. Plantae rariores: *Anthriscus vulgaris* Pers. (*Scandix Anthriscus* L.), *Carthamus lanatus*, *Verbascum Blattaria*, *Vicia Cracca* III (*V. tenuifolia* Roth; forma in Helvetia valde infrequens.)

Trient, vallis asperrima Valesiae inferioris, Sabaudiae contermina, altoque Alpium iugo, Col de Balme dicto subiecta, ex austro ad septem triones, per clivum satis arduum descendit. Eam montes superne editissimi, sed boream versus sensim humiliores ad orientem a valle Entremont separant; ex opposita parte Sabaudae valli Ursinae (Val-Orsine), quacum etsi tantum in horrendas arctissimasque fauces rupestres subito coarctata coit, contigua est. Eam integram percurrit eiusdem nominis torrens (le Trient) in molibus glacialibus austrum versus ortus; inde, per illas horrendas saxorum angustias elapsus in imam Rhodani vallem festinat, atque, cursu inter praeruptarum rupium anfractus diu celato, demum paulo infra Octodurum per altissimi parietis rimam angustam erumpens, subito in conspectum venit ac statim in Rhodanum effunditur.

Vallis Trientina, ubique valde angusta, longitudine leucam vix integram metitur. Potissimum pratis alpinis eximiisque pascuis constat. Incolae nonnisi avenam aliaque aestivalia cerealia serunt, praecipuum victum ex educatione pecorum quaerentes. Tuguria alpestria pagulumque unicum perinde Trient nominatum habitant. Utraque via, qua ex Arvae valle (vallée de Chamouny), scilicet hinc per jugum Col de Balme, atque ex altera parte per vallem Ursinam et

collum Tête-noire Octodurum itur, vallecularn Trient traiicit, qua brevi relicta, orientale dorsum conscendit, et in eius summitate, 4120 p. s. m. elata, pylas rupestres la Forclaz dictas subit, unde per clivos sylvosos in imam Veragrorum vallem penetrat.

Vallis Trientina montesque ei imminentes pulchras rarasque stirpes alpinas proferunt. Praesertim citantur: *Achillea macrophylla*, *Agrostis vulgaris* With. γ (*Agr. pumila* L.), *Avena subspicata* Clairv. (*Aira* L.), *Bromus erectus* Huds. β foliis glabris, *Cerinthe glabra* Mill. (*alpina* Kit.), *Circaea intermedia* Ehrh. (rara), *Convallaria verticillata*, *Erigeron Villarsii* Willd. δ *albus* (au pont de Trient), *Geranium lividum* L'Hér., *Laserpitium Halleri* All. (*hirsutum* Sut.), *L. latifolium*, *L. Siler*, *Linnaea borealis* (ad torrentem Trient, infra Trouléroz, quae statio, ut videtur, pulchrae stirpis in Alpibus, imoque Europa australi limitem ultimum occidentalem efficit), *Lonicera coerulea*, *Myrrhis odorata* Scop. (*Scandix* L.), *Orchis albida* All. (*Satyrium* L.), *Oxytropis campestris* Dec. (*Astragalus* L.), *Phaca alpina* Jacq., *Ph. astragalina* Dec. (*Astragalus alpinus* L.), *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Ser.) II (*P. rubens* Vill.; forma rarissima), *Rosa rubrifolia* Vill. I *genuina* (ex rubro pulcherrime glaucescens), *Saxifraga cuneifolia*, *Sonchus montanus* Lam. (*alpinus* Sut.), *Tamarix germanica*, *Tanacetum vulgare*, *Trifolium spadiceum* (genuinum). — Prope moles glaciales, meridiem versus: *Achillea macrophylla*, *Veronica aphylla.* — In Alpibus: *Chrysanthemum alpinum*, *Hieracium alpinum* III (*H. Halleri* Vill.). — A la Forclaz, qua ex valle Octodurum descenditur: *Anemone alpina* β *sulphurea*, *Arnica montana*, *Botrychium Lunaria* Sw. (*Osmunda* L.), *Cytisus alpinus* Willd. (*Laburnum* Sut.), *Digitalis lutea*, *Gentiana acaulis*, *G. alpina Vill.*, *Prenanthes muralis*, *Pteris crispa* Sw. (*Osmunda* L.), *Silene rupestris*, *Tussilago alpina.* — Infra pagulum Chanton: *Pimpinella magna* II (*P.

rubra Hoppe), *Potentilla rupestris*, *Ribes alpinum*, *R. rubrum*, *Viola biflora.* — V. Finshauts.

Triftier v. Triftig, pascuae summae vallis Mattensis (Matterthal), supra Zermatten sita, ac undique molibus glacialibus circumdata, ubi per aestatem oves aluntur. Totus iste tractus pulchris plantis abundat. 1) In vallecula perangusta prope Zermatten proveniunt: *Antirrhinum alpinum*, *Carex capillaris*, *C. rupestris All.*, *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Empetrum nigrum*, *Festuca rubra* VI trichophylla, *F. varia* Haenke β *flavescens* (*F. acuminata* N.), *Gentiana glacialis* Abr. Thom., *Grimmia nigrita* W. et M. (*Weissia* Hedw.), *Hieracium flexuosum* Willd., *H. staticefolium* Vill., *Luzula* (*Iuncus* L.) *campestris* Dec. γ *nigricans* N. (*sudetica* Willd.), *Lycopodium selaginoides*, *Meesia uliginosa* Hedw., *Myosotis alpestris* Schmidt, *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* Dec., *Ox. lapponica* N. (*Phaca* Whg.), *Phyteuma hemisphaericum* var. maior, *Pinguicula alpina*, *Salix reticulata*, *Sempervivum arachnoideum.* — 2) In pascuis ovinis, occidentem versus prope Zermatten, inter valeculam Triftthal et vallis Zmuth fundum sitis: *Androsace* (*Aretia* L.) *helvetica* N., *Andr. pennina* N., *Arenaria serpyllifolia* β (*Ar. viscida* Hall. fil.), *Aretia Vitaliana* N. (*Primula* L.), *Avena versicolor* Vill., *Bartramia fontana* Sw. (*Mnium* L.), *Cacalia leucophylla* Willd. (*tomentosa* Vill.), *Cerastium latifolium* δ *subacaule* Heg. (*C. glaciale* N.), *C. pedunculatum* N., *Draba frigida* Saut. (*stellata* Mur.), *Erigeron Villarsii* Willd., *Eritrichium nanum* Schrad. (*Myosotis* Vill.), *Euphrasia officinalis* var. floribus luteis, *Gentiana nivalis*, *Geum montanum*, *Gnaphalium supinum*, *Poa laxa* Haenke, *Potentilla frigida* (*norvegica* Sut.), *Ranunculus glacialis*, *Salix herbacea*, *Saxifraga Seguieri* (*sedoides* Mur.), *Sedum repens* Schl., *Sempervivum montanum*, *Trifolium saxatile* All., *Veronica bellidioides.* — 3) Ad viam inter M. Räfel et moles glaciales Triftig: *Anthericum serotinum*, *Are-*

tia Vitaliana N., *Bupleurum ranunculoides*, *Chrysanthemum alpinum* α et β *minimum* (*Chr. tomentosum* Clairv.), *Lychnis alpina*. — 4) Circa moles glaciales: *Androsace tomentosa* N. (*Aretia* Schl.), *Anemone baldensis*, *Eritrichium nanum* Schrad., *Ranunculus glacialis*, *R. rutaefolius*, *Rhodiola rosea*, *Senecio incanus*, *S. uniflorus* All.

Trons, magnus vicus Rhaetiae superioris, ad Rheni anterioris ripam sinistram, inter Disentis et Ilanz situs. Incolae religioni romano-catholicae addicti sunt et dialecto romanico utuntur. Locus in gentis historia clarissimus; nam in sylva vicina Rhaeticae libertatis prima fundamenta fuerunt posita, foedusque sanctum a civibus sacramento confirmatum, quod solemne usque ad annum 1778 totius Rhaetiae legati, singulis decenniis ad sacellum ibi in rei memoriam conditum, fideliter renovare solebant.

Trübsee. V. Engelberg.

Tryphon (Saint-). V. Escharpigny.

Tschangnau, pagi Bernensis vicus, in Emmiae superioris valle, ad dextram amnis ripam et in Entlebuchiae Lucernensis confinio situs. Trans Emmiam haud procul ab eo loco extollitur mons Hohgant. In tractu montano inter Tschangnau vallemque Habcheren contento occurrunt: *Rhododendrum hirsutum*, *Rubus saxatilis*, *Swertia perennis*. — V. Habcheren.

Tschera. V. Cera.

Tugenus lacus (der Zugersee, gall. lac de Zoug) 4 l. longus unamque latus, ab austro ad boream patet, atque ex maxima parte intra cognominis pagi fines continetur; extremitas tamen meridionalis ad Suitensium ditionem pertinet, pagique Lucernensis exiguam oram adtingit. Supra mare 1301 p. elevatus est. Amnium, quorum aquis augetur, praecipuus est Lorza (die Lorze, v. Loretz), quae ex parvo lacu Egerio orta, maximam agri Tugiensis partem irrigat, prope Cham in lacum effunditur, eoque mox rursus deserto, ad Lucernensis Tigurinique pagi con-

finium Tugenos relinquit ac sese cum Ursa commiscet. Lacus Tugenus amoenissimus est: ripae enim eius magnam pulchrarum scenarum varietatem exhibent. Australis nempe rupestris satisque ardua, M. Regii praeruptis scopulis subiicitur: Lucernam versus littora sub magnis nemoribus delitescunt. Ad boream, contra, ut et ad eurum, vineis, fertilissimis arvis, pratis, innumeris pomariis et antiquis castanetis superbiunt. Undique tandem oppida vicique, ut Tugium, Cham, Art etc. istam pulcherrimam regionem exornant.

Lacus incredibilem piscium copiam alit: quos inter maximi aestimantur eius tructae, cyprini, lucii et salvelini, quos vulgo Rötheli nominant. — Plantae citatae: *Antirrhinum Cymbalaria*, *Potamogeton pectinatus*.

Tugenus (Tugiensis) pagus, minimus quidem totius Helvetiae, sed inter amoenissimas ac fertilissimas, quas complectitur regiones, recensendus, in eius fere meditullio situs, ad borea-eurum a Tigurinis ac Suitensibus, austrum versus perinde aSuitensi agro, et ad occidentem a pago Lucernensi et Argovia terminatur. Forma ad ovalem accedit, et superficie fere 5 milliaria geographica quadrata continet; 6—7 l. longus ac 4—5 l. latus est. Agri Tugeni pars austro-orientalis a montium Rossberg, Sattel et Hohen-Rhone verticibus (quorum altissimi sese nusquam ultra 5000 p. s. m. extollunt) in lenes clivos usque ad urbem Tugium camposque Baarenses extenditur; reliquae partes ad borea-occidentem sitae, fertilissimam planitiem, inter lacum, Lorzam Ursamque contentam efficiunt. Praeter eos amnes, Sila quoque per brevem tractum inter Tugenos et Tigurinos limitem statuit. Parvum lacum Egerium mons Rossberg s. Ruffi a Suitensium separat agro.

Incolae religionem catholicam profitentur; eos labor improbus et industria ditaverunt. Fabricas nempe coriarias, molendina chartaria et officinas ubi seri-

cum netur texiturque possident. Supra Menzigen et Egeri oeconomiae alpestri incumbunt, ac praecipue magnam butyri vim praeparant. Armenta eorum, magnitudine ac forma aeque insignia, multum ad regionis opulentiam conferre dicuntur. In terris sub coelo mitiori iacentibus vitis et castanea (potissimum circa Walchwyl) laetissimae vegetant. Sed omnes fere pagi partes optimum foenum arborumque domesticarum fructus uberrimos proferunt, ut, praeter iuniora pecora, poma exsiccata, et spiritus, quem ex cerasis vulgo eliciunt, affatim in pagos vicinos exportentur. Iam a seculi nostri initio scholae totius pagi, sed praesertim urbanae insigniter restauratae fuerunt, sicque in ea regione superstitionis pravae et inscitiae malis, quae apud ceteras Helvetiae minores civitates passim grassantur, efficacissima adlata est medela.

Flora Tugiensis hucusque vix ac ne vix investigata fuit, et adhuc scrutatores exspectat.

Tugium (Zug), pagi Tugeni caput. Haecce parva, sed concinna urbs, ad lacus eiusdem nominis ripam orientalem, boream versus, iacet. Vias habet rectas, satis latas et munditie conspicuas; eam exornant tria pulchra templa, quorum cathedrale extra muros situm est: coemeterii ei adiacentis omnia fere sepulchra floribus herbisque coronariis ornata sunt, ac magna cura a superstitibus coluntur. Ceterum aliquot magni pretii tabulae pictae templorum parietes decorant. In curia urbana optima adservatur totius pagi mappa geographica; ibi etiam fenestrarum vitra a Mich. Müllero, cive Tugeno, picta visuntur. — Armamentarium nonnulla maiorum fortitudinis trophaea possidet.

In gymnasio academico professores quinque iuventutem patriam eruditorum linguas scientiasque docent. Scholae inferiores, ac praesertim puellarum, quam insigni diligentia monachae curant, optime institutae sunt. Bibliotheca publica iam per seculum quindecimum condita est; praeter hanc in capucinorum monasterio librorum collectio perinde conservatur.

Regio urbi proxima amoenitate singulari ac fere incomparabili sese commendat. Colles lacus ripis inminentes, arborum pomiferarum sylvis, vineis, villis pagisque superbiunt. Ultra littus meridionale Regii montis minaces exsurgunt scopuli; tum ater Pilatus, et procul nivosa Bernensium Alpium cacumina. Undique gratissima ambulacra, arte sed magis adhuc ab ipsius naturae manu decorata, oblectationem scenasque iucundas oculis offerunt. Praecipue laudantur mons Tugiensis (Zugerberg), antiquissima arx Buonas et vicus Cham, quae loca omnia ad lacus ripam borealem sita sunt, ac nonnisi una leuca ab urbe distant.

Prope Tugium occurrere dicuntur: *Carex maxima* Scop., *Convallaria verticillata* (Art versus), *Cypripedium Calceolus* (am Walchwylerberg).

Turicum. V. **Tigurum.**

Türlersee. V. **Tigurinus pagus.**

Turtig, parvus vicus Valesiae, ad Rhodani ripam sinistram, qua Vispa ad pagum Tourtemagne itur, situs. Inter Turtig et Vispam occurrit *Crepis tectorum δ integrifolia*, species intra nostros limites rarissima; ibi quoque nascitur pulcherrimus *Dictamnus albus*, altis nempe praeruptisque petris inhaerens.

Tusis. V. **Thusis.**

Tzermenonaz (**Cherbenon**), mons Valesiae superioris in iugo boreali, ad eurum ultra thermas Leucenses, a quibus M. Torrent eum separat, situs, et saltem 6000 p. s. m. elevatus. Huc a thermis intra 2 horarum tempus facile pervenitur. In utroque monte prospectus incomparabilis scenarumque diversissimarum contemplatio viatorem summopere delectant. Atra profundaque Dalae praecipitia, horrendae eius angustiae rupestres, longus per totam vallem principem usque ad oppidum Octodurum Rhodani cursus, ingens denique iugum australe ibi pulcherrime adparent. Huncce tractum alpestrem amoenissimi clivi, omnigenis floribus rarisque stirpibus exornati botanophilis

etiam singulariter commendant. Sic in M. Tzermenonaz supra casas pastorias occurrunt: *Achillea nana*, *Alchemilla pentaphyllea*, *Alch. vulgaris δ subsericea* (*Alch. montana* Willd.), *Androsace carnea*, *Anemone baldensis*, *An. vernalis*, *Anthericum serotinum*, *Arenaria biflora* var. caespitosa neque sarmentosa, *Aretia Vitaliana* N. (*Primula* L.), *Carex atrata γ* (*C. nigra* All.), *C. foetida* All., *C. juncifolia* All., *Chrysanthemum alpinum*, *Gentiana bavarica*, *G. nivalis*, *Gnaphalium supinum*, *Helianthemum oelandicum* Dec. *β glabrum* (*Cistus oelandicus* Whg.; forma rarior), *Juncus Jacquini*, *I. trifidus*, *Luzula lutea* Dec. (*Iuncus* All.), *Lychnis alpina*, *Pedicularis rostrata*, *Potentilla frigida* Vill. (*norvegica* Sut.), *P. grandiflora*, *P. nivea* (praesertim in iugo boreali rarissima), *Ranunculus pyrenaeus α* foliis linearibus (in Alpibus Helveticis rarus), *Trifolium badium* Schreb., *Tr. ochroleucum*. — In vicino monte Calon: *Ranunculus pyrenaeus β bupleurifolius*, et *γ* (*Ranunculus plantagineus* All.), *Saxifraga petraea Vahl*. — Ad lacunam supra tugurium dirutum sitam: *Anemone vernalis*. — Infra huncce lacum, ad moles glaciales: *Arnica scorpioides*, *Geum reptans*.

Tzermotanaz, mons Valesiae inferioris, cum fertilibus pascuis, casis pastoriis tuguriisque sparsis, in summa valle Bagnes situs. Ibi magnae patent moles glaciales, quarum effluvium lacunam alpestrem efficit. Altius autem mare glaciale, 8—10 leucas longum, meridiem versus porrigitur: ex cuius oris exsurgunt, hinc montis Combin altissimi scopuli, pedes nempe 13,252 s. m. elevati, atque inde paulo propius ad occidentem mons Velan ad Pennini focum pertinens, ac inter eius vertices altissimus, quippe cuius altitudo absoluta 10327 p. metiri dicatur. Deinde in vallis Pellinae, ad provinciam Praetoriam referendae, vicinia collum extollitur fere novem millia pedum s. m. elatum, quod incolae vulgo Col de la Fenêtre nuncupant. Per huncce glacialem tractum, tantis cacuminibus subiectum, semita alpestris periculosa difficilli-

maque, nec nisi per paucissimas hebdomades aestivales viatoribus accessa, e Valesia in vallem Pellinam, supra Augustam cum planitie Praetoria confluentem, ducit. Hanc arduam viam olim secutus esse perhibetur CALVINUS ex valle Augustana inimicorumque veritatis manibus elapsus. — V. Fenêtre (Col de la).

Pascua glacialia M. Tzermenonae stirpibus pulcherrimis rarissimisque abundant. Potissimum ibi leguntur: *Agrostis rupestris* Willd. γ *aurata* (Gramen splendidum!), *Androsace carnea*, *Andr. obtusifolia* All., *Arabis coerulea* Wulff., *Ar. serpyllifolia* Vill., *Avena distichophylla* Vill., *Av. subspicata* Clairv. (*Aira* L.), *Carex approximata* Hoppe (*leporina* Willd.), *C. bicolor* (species perrarae!), *Festuca Halleri* Vill., *Linum montanum* (*narbonense* Sut.), *Poa aspera* N. (*caesia* Sm.), *P. laxa* Haenke, *P. minor* N., *P. nemoralis* IV *glauca* (*P. iuncea* Sut.), *Ranunculus glacialis*, *Sisymbrium pinnatifidum* Dec. (*bursifolium* Sut.), *S. tanacetifolium*. — Infra imas Tzermotanae casas: *Herniaria alpina* Vill., *Oxytropis foetida* Dec. (*Astragalus Halleri* All.). — In excelsis pascuis Champ-rion v. Zanrion, undique glaciali cingulo circumdatis: *Anthericum serotinum*, aliquot *Arenariae*, *Artemisia spicata* Jacq., *Hedysarum obscurum*, *Lychnis alpina*, *Potentilla multifida*, *Salix glauca* β (*S. Lapponum* L.), *S. myrsinites* α, et δ *lanata*. — In summo clivo: *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Potentilla nivea*. — Ultra moles glaciales et Druentiam (la Dranse) ibi scaturientem: *Achillea nana*, *Anthericum serotinum*, *Artemisia glacialis*, *Gnaphalium alpinum*, *Potentilla minima* Hall. fil., *Saxifraga oppositifolia*, *S. petraea* Vahl., *Senecio incanus*, *Soldanella alpina*. — Inter ambas moles glaciales: *Cerastium alpinum*, *Gentiana punctata*.

Tzmut. V. Z'muth.

U.

Uetliacus v. Uto (der Uetliberg s. Hütliberg), summum iugi Albii (Albis) dorsum, in pago

Tigurino situm, ipsiqui urbi, occasum versus imminens. Montis vertex 2790 p. s. m. s. 1490 p. s. lacum elatus est. Scenam vere stupendam et incomparabilem, quae ibi sese oculis offert, peritissimus artifex H. KELLER, Tigurinus civis, mappa istius generis quod vulgo panorama dicitur, fidelissime expressit. — Intra 2 horarum tempus summus mons facile conscendi potest. — Plantae rariores: *Acer platanoides*, *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea*), *Buphthalmum salicifolium*, *Carex emarcida* Sut. (supra amoenisimam villam Höckler: species scheuchzeriana dubia, ibi non amplius visa, et, ut opinor, ad *C. sylvaticam* Huds. referenda). *C. humilis* Leyss. (*clandestina* Good.; ad villam Friessenberg), *C. maxima* Scop. (supra v. Höckler), *C. muricata*, *C. tomentosa* (in imis sylvis), *Carpinus Betulus*, *Cervaria glauca* N. (*Athamanta Cervaria* L.), *Cirsium bulbosum* Dec. (*Cnicus tuberosus* Sut., stirps rarissima, in Uetliaci pratis passim occurrens), *Cypripedium Calceolus* (circa villam Höckler), *Dentaria digitata* Lam. (*pentaphyllos* Sut.), *Digitalis grandiflora* Lam. (*ambigua* Sut.), *Epipactis grandiflora* N. (*Serapias* L., *S. lancifolia* Ehrh.), *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.), *Impatiens Noli-tangere*, *Lathraea Squamaria* (ad v. Höckler), *Luzula albida* Dec. (*Juncus* Hoffm.), *Melittis Melissophyllum*, *Narcissus Pseudo-Narcissus*, *Ophrys arachnites* Hoffm., *Ophr. myodes* Jacq., *Pinguicula alpina*, *Prenanthes purpurea*, *Saxifraga mutata*, *Sesleria coerulea* Ard. (*Cynosurus* L.), *Stachys alpina*, *Stellera Passerina*, *Taxus baccata*, *Teucrium Scorodonia*, *Thalictrum aquilegifolium*, *Vicia dumetorum*.

Umbraigl, s. Brauglio (germ. Wormser-Joch), mons excelsus celebrisque, Rhaetorum valli Monasteriensi (Münsterthal, val da Mustair), et regioni Bormiensi, quae summam vallis Tellinae partem efficit, inter positus. Via alpestris, olim magis quam nostris diebus frequentata, ceterum ardua, licet neutiquam

periculosa, a vico Rhaetico Sta. Maria intra 8—9 horarum spatium per hunc montem Bormium ducit. In latere occidentali, ac quidem procul ab ea via, locus 3 l. Bormio distans visitari meretur, ubi pulchrum mirumque fontem habet amnis Adda. Cuius unda limpidissima e medio rupium pariete, quasi per urnam circularem scaturiens, saltum 50 pedes altum efficit, moxque aliquot rivorum incremento invalescit. Fere ad ipsas montis radices sitae sunt D. Martini thermae. — Totum iter Braulianum Florae amicis largam pulchrarum insigniumque stirpium messem suppeditat. Iam C. Gesnero et I. Bauhino notus, hic dives mons Braulius ab Halleri amicis perlustratus fuit; eum postea Rev. Pol, optimus Abb. Thomas, ac deinde Cl. Schleicher aliique percurrerunt; sed etiam post eas investigationes, nullus dubito, quin eius lata dorsa multas adhuc plantas, ibi mondum observatas, proferant. Hucusque citari possunt: *Achillea moschata*, *Aethionema saxatile* R. Br. (*Thlaspi* L.; in M. *Nombre*, *teste* I. Bauhino), *Anemone alpina β sulphurea*, *Asperugo procumbens* (ad D. Martini balneum), *Campanula barbata γ pusilla*, *Cherleria sedoides*, *Cineraria tenuifolia* N. (*longifolia* Schleich.; rarissima), *Cirsium Erisithales* Scop. (*Cnicus* L.) I *glutinosum*, *Coronopus Ruellii??* All. (*Cochlearia Coronopus* L.), *Dianthus alpinus* Pol (an potius D. *glacialis* Haenke? uterque certe rarissimus), *Gratiola officinalis β minor*, *Horminum pyrenaicum* (Alpibus Rhaeticis Lariensibusque proprium; in medio montis, supra Bormium, descensu frequens), *Nasturtium pyrenaicum* R. Br. (*Sisymbrium* L.) γ (*S. stylosum* Pers.; var. perrara), *Oxytropis uralensis* Dec. (*Astragalus* L.), *Polemonium coeruleum*, *Potentilla grandiflora*, *Primula minima* Roesch (*rhaetica?* N.), *Ranunculus pyrenaeus*, *Saxifraga Aizoon* Jacq. *β longifolia* (ad montis radices, saxis innixa), *S. Vandelli* Sternb. (*burseriana* Sut.; ad cuiusdam diruti sacelli rudera; stirps formosissima, adeoque rara, ut quantum comperimus, nusquam

nisi in eo monte et in scopulis Corni di Canzo hucusque reperiri potuerit), *Selinum rablense* N. (*Ferula* Wullf.; ut opinor, mere Insubricum), *Senecio Doronicum* α, et γ cauli multifloro (var. pulcherrima), *Valeriana saxatilis* Jacq. (ad montis pedem, supra Bormium), *Viola pinnata.*

Unterseen, oppidulum Oberlandiae Bernensis, paulo infra Interlaken ad Arolam, inter Brientinum Thunensemque lacus, situm. Regio vicina, coelo mitissimo, ac valetudini corroborandae aptissimo subiecta, naturae amicis mirum in modum adridet, unde factum est, ut, per hos ultimos annos, hospitum ex diversis Europae partibus, sed praesertim Britannorum, qui in isto terrarum angulo ibi aestatem autumnumve consumunt, numerus omnem fere fidem superet. Ea mobilis colonia incolis quidem multam adfert pecuniam, sed quod valde lugendum, fama est mores publicos inde magnum detrimentum cepisse.

Oppidi situs in amoena planitie, antiquis et immensae staturae arboribus consita, iucundissimus est; undique pulchra ambulacra, scenae pictoriae variique prospectus hospitum animum et oculos oblectant. Ibi degit Cl. Kasthofer Oberlandiae sylvis praefectus, Vir sane omni respectu dignus, qui cum nobilissimis patriae hominumque amicis, cum eius optimo cive Fellenberg, cum illo bonis diu flebili Eschero Linthiano, cum venerando P. Girard paucissimisque aliis eiusdem meriti viris, qui summis Helvetiam adfecerunt beneficiis eique summum conquisiverunt honorem, recenseatur.

In eius hortis coluntur: *Acer Negundo* (procerum), *Ailanthus glandulosa* Desf., *Bignonia Catalpa*, *Crataegus glabra* Haw., *Cupressus sempervirens* (parva), *Gleditsia triacanthos* (perinde), *Iuniperus virginiana* (rustica), *Kerria iaponica* Dec. (*Rubus* L.; rustica), *Laurus nobilis*, *Liriodendrum Tulipifera* (laete florens, procera, qualiscunque frigoris patiens), *Magnolia grandiflora* (1829 iam sub dio tribus hiemibus resti-

terat), *Morus alba* (arbores 24, quarum foliis bombyces vescuntur), *M. nigra*, *Phillyrea angustifolia*, *Ph. media* (robustae), *Pinus balsamea*, *P. Laricio* Poir., *P. Strobus* (laete vigentes), *Prunus Lauro-Cerasus* (fructus maturos edit), *Pr. lusitanica* (parva), *Sophora iaponica* (duae plantae adhuc tenerae), *Sterculia platanifolia* L. fil. (delicatula), *Syringa persica*, *Taxodium distichum* Rich. (*Cupressus* L.; rusticum), *Thuia sphaeroidalis* Rich. (*Cupressus thuioides* L.; parva).

Praeterea Vir honoratissimus in alto montis Harder clivo australi, paulo infra verticem ad 4900 p. s. m. elatum, iam ante 18 annos sylvulam integram ex *Pino Strobo (Pin de Weimouth)* constantem plantavit. Quae arbores, iam procerae ac fructus edentes hucusque omnes hiemes impune tulerunt. Quin etiam solo facilius ac ipsa *Pinus Cembra* adsuescunt. Sed nuperrime Kasthoferus felicissimo eventu *Cembram Strobo* inseruit, sicque optimum modum detexit, quo in regionibus campestribus vel submontanis ista nostrarum Alpium nobilissima utilissimaque arbor prospere colatur.

In eo monte (Harder), ad collem Hohbühl pulcher patet prospectus. Circa Unspunnen, ubi iam bis in hocce seculo pastores alpini dies festivos ludis gymnasticis coram innumeris spectatoribus celebraverunt, veteris arcis rudera etiamnum visuntur. In alto montis Suleck, ad vallis Lauterbrunnen ingressum siti cacumine, alpestres Oberlandiae regiones scenam quoque amoenissimam ostendunt. Sed potissimum in pascuis Gemmenalp, quae boni ducis auxilio intra 4 horas conscendi possunt, immensa Alpium iuga incomparabili sunt spectaculo.

In der Goldey, prope Unterseen citantur: *Carpesium cernuum* (rarum), *Hieracium amplexicaule*, *Teucrium montanum*. — In alpe Suleck nostra *Draba sclerophylla β laxior* lecta est. — In monte Faulhorn, inter lacum Brientinum et vallem Grindeliam exsurgente (v. Grindelwald) ad altitudinem 4—5 mil-

lium p. s. m. nuper a Cl. Guthnick observatae fuerunt: *Carex limosa β irrigua* Wbg. (*C. irrigua* Sm.), *Draba nivalis* Liljebl., *Dr. stellata??* Jacq. (planta austriaca hucusque intra nostros limites nusquam visa est), *Dr. stenophylla* Guthn. (sic: an fortasse nostra *Dr. sclerophylla?*), *Dr. tomentosa* Wbg. V. Habkeren.

Untervatz. V. Vatz.

Unterwalden. V. Subsylvania.

Unterwasser. V. Gombs.

Urania, seu pagus Uraniensis (der Canton Uri), ad austrum a Ticinensi pago, ad orientem a Rheni anterioris valle Rhaetica pagoque Glaronensi, boream versus a Suitensium ditione denique ad occasum a Subsylvania, Oberlandia Bernensi summaque Valesia limitatur. Leucas fere 13 longus, a magno Gotthardi foco secus Ursam, quae maximam eius longitudinem traiicit, boream versus extenditur et in parte septentrionali, quae omnium latissima est, ab occidente ad eurum leucas 8—9 metitur. Ceterum superficie quadrata 24 milliaria geographica complecti putatur, eoque respectu omnes ceteras, quae dicuntur minores Helvetiorum civitates facile superat; sed propter Alpium excelsarum iuga, quae eum undequaque percurrunt, incolarum numerum, pro tanti ambitus portione, exiguum continet. In aliquot eius partibus, montes ultra limitem nivalem extolluntur, molibusque glacialibus rigent. Ad occasum M. Titliacus et Susten, ad meridiem plerique Gotthardi scopuli, ad eurum tandem montes Scheerhorn, Dödi, Crispalt et Badus Uraniam muro pene impenetrabili circumsepire videntur. Praeter hos montium ingentes tractus, praecipuae eius valles, longae quidem, sed valde coarctatae, quibus constat, sunt: 1) magna Gotthardiana, quae cum Ursa a montis summo collo usque ad Waldstettarum lacum porrigitur, et maximam totius pagi partem efficit. Altissima eius regio vallis Ursaria nuncupatur. V. Ursaria vallis. 2)

Schächensis (das Schächenthal), ex euro occidentem petens, quam Alpes Claridae a Linthae Glaronensi valle dissociant; paulo supra Altorf, nec procul a lacu sese aperit. 3) Vallis lateralis Meyenthal, ad occidentem iacens; per montem Susten, viae bonae alpestris ope cum Haselia Bernensi communicat, et prope Wasen cum magna Ursae valle coniungitur. Pars ima vallis principis in lacus Waldstettarum vicinia sita, totius Uraniae fertilissima est. Parvam planitiem Reussthal dictam, inter Amsteg ac lacum contentam efficit. Frumentum ibi vulgo, in reliquis autem tractibus rarius colitur. Multae tamen arbores pomiferae in mitioribus vallibus laete proveniunt, et iuglandes pulcherrimae vicos septentrionales undique obumbrant. Ceterum etiam per hiemis menses frigidiores Favonii (der Föhn, Föhnwind) tepidus halitus saepe nivium immensas moles brevissimo tempore resolvit, vernosque dies reducere solet. Praecipuum quaestum incolae ex pascuis, Alpibus et armentorum educatione conquirunt, exquisitorum caseorum ingentem vim adsidue praeparantes. Mercium quoque transitus et expeditio gentis industriam sustentant. Religionem catholicam profitentur, neque superstitionis labe omnino expertes sunt, quanquam clerus Uraniensis, cui iuventutis institutio curaque omnis incumbit, scientiae virtutisque laude pollet.

Uraniam pulchra divesque Flora, iam a priscis temporibus multoties investigata scientiae amicis insigniter commendat. Nuper fertilissimos pagi tractus Cl. Wahlenberg et Emm. Thomas, a quibus ibi multae rarae stirpes ibi observatae traduntur, sollicite peragraverunt. Praeter plantas in Gotthardi vallisque Ursariae descriptione indicatas *) V. adhuc Altorf, Achsenberg, Schöllenen, Wasen.

---

*) *Tozziam alpinam* in Uraniae Alpibus provenire testatur I. I. Scheuchzer.

Urba (Orbe), parva sed antiquissima urbs pagi Vaudensis, forsan veterum Urbigenarum caput, ad cognominem fluvium sita, duabusque leucis austro-occasum versus a lacu Neocomensi et Ebroduno distans. Pulcherrima immensaque vetustissimae arcis rudera, quae nullis antiquae Helvetiae reliquiis cedebant, sub seculi initio penitus diruta ac solo aequata fuerunt; etiam nunc tamen duae altae turres, ad angulos magni ambulacri, quod iam eorum spatium obtinet, sitae, tantam adhuc molem quodam modo in memoriam revocant. Urba excelso insidet colli, quem amnis quasi peninsulam longo gyro circumfluit. Pons excelsus, audacis ac pulchrae structurae, per annos 1826—1829 aedificatus, altas Urbae ripas coniungens praecipuum urbis ornamentum efficit. Ceterum viae plus minus declives sunt, sed excepto occidentali suburbio, rectae nec inelegantes. Domus aliquot pulchros hortos rupibus altis superstructos exhibent; sic aedes, quas sub praeteriti seculi finem habitaverunt Cl. Venel, qui puerorum membra contorta arte magna mirificaque sanabat, et celeberr. Davall, Anglus, Ed. Smithio amicissimus optimoque nostro Ducros coniunctissimus. Plantas in diversis regionibus, praesertim Helveticis collectas, singulari cura colebat, et ni fallor earum nonnullae superstites in isto horto, quam nunc eius digni possident filii, etiamnum Viri egregii solertiam testari, memoriamque tueri videntur. Urba reformatorem Viretum, Farelli fidum socium, et recentioribus temporibus Eliam Bertrand, theologum, oratorem facundum, scientiarum naturalium peritissimum ac praecipuarum Europae academiarum sodalem genuit.

Iuventus urbana in bonis scholis eruditur; primariae praesertim, ad mutuae methodi normam institutae, cui probatissimus praeest ludimagister, summae laudes tribuuntur.

Oppidum in amoenissima regione, qua pictoria Urbae vallis dilatatur, ac supra magnas Ebrodunen-

ses paludes situm est. Prospectus iucundissimus, fluvii cursum, fertiles campos, prata laete virentia lateque patentia, et procul lacum Neocomensem amplectens, ambulacra eius laetificat. Prope urbem magna caverna rupestris, ad vicum Montcherand sita, et amni Urbae quasi impendens, pulchra vallis quam hicce fluvius totam irrigat, et ubi supra Vallorbes ex praerupti montis radicibus, subito largus limpidissimusque scaturit, mirabilis, quam inter hunc vicum et Ballaigues efficit, cataracta, denique vicini montes Suchet, dent de Vaulion etc., cives hospitesque ad excursiones geniales invitant. Neque hic ridens terrarum angulus stirpibus raris caret. Eas iam HALLERUS indicavit, ac nuper amiciss. MONNARD, dum ibi scholarum rector erat, magna cura collegit, imoque plurimas delineavit coloribusque propriis illuminavit. — Potissimum citari merentur 1) circa urbem, passim: *Acer opulifolium* Vill. (secus fluvium), *Achillea Ptarmica*, *Antirrhinum Cymbalaria* (ad urbis muros), *Arabis perfoliata* Lam. (*Turritis glabra* L.), *Bunias Erucago* (ad sagittariorum stadium), *Cheiranthus Cheiri* (ad moenia rupesque prope amnem), *Coriandrum sativum* (cum *Buniade*; rarum), *Coronilla varia*, *Corydalis lutea* Dec. (*Fumaria capnoides* Sut.; ad urbis muros), *Cytisus alpinus* Willd. (*Laburnum* Sut.), *Festuca loliacea* Huds., *Hordeum secalinum* Schreb. (Mathod versus; rarissimum, nec alibi in Helvetia rite recognitum), *Lepidium latifolium* (perrarum), *Melampyrum cristatum*, *Nasturtium sylvestre* R. Br. (*Sisymbrium* L.; parcissime), *Polycnemum arvensi*, *Potentilla opaca* (a Cl. DAVALL lecta), *Verbascum Blattaria* (circa pavimentum musivum), *Vicia lutea* (in agris; rara). — 2) Prope Arnex: *Alopecurus fulvus* Sm. (*geniculatus* agr. helv.), *Althaea hirsuta*, *Lathyrus sativus* (rarus), *Sparganium natans*, *Utricularia vulgaris* (cum priori in stagno viae regiae contiguo), *Vaccinium Vitis-idaea*, *Veronica scutellata*. — 3) Inter Arnex et Lassaraz: *Anemone Pulsatilla* I *praecox*

(propi Pompaples), *Corydalis cava* Wbg. (*Fumaria* Hoffm.; ad molendina inter Pompaples et Lassaraz), *Leucoium vernum* (infra vici Pompaples coemeterium). — 4) Ad rupes circa Saint-Loup: *Andropogon Ischaemum*, *Anemone Pulsatilla* I., *Gypsophila Saxifraga*, *Mespilus Cotoneaster*, *Trinia glaberrima* Hoffm. (*Henningii* fl. helv.; *Pimpinella dioica* L.). — 5) Ad veterem viam stratam (chemin de l'Etraz), Mathod versus: *Allium ursinum*, *Carex Buxbaumii* Wbg. (in paludibus infra Valeires, neque alibi intra limites Helvetiae visa), *Geranium columbinum*, *G. dissectum*, *Muscari comosum* Mill. (*Hyacinthus* L.), *Primula farinosa* (ad viam populis consitam, prope alnetum), *Ranunculus aconitifolius* (in ipso alneto), *Senecio paludosus* (in paludibus infra Valeires). — 6) Entreroches versus, per villam Vaux-Vully paludesque: *Adoxa Moschatellina*, *Allium angulosum* δ *tunicatum* fl. helv. 2. p. 606 (infra viam prope la Vaux-Vully; var. perinsignis, alibi nusquam visa), *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Astragalus Cicer* (au chemin de l'Etraz), *Carex intermedia* Good. (*arenaria* Sut.; ibidem), *Dianthus superbus*, *Geranium palustre*, *Lathyrus sylvestris*, *L. tuberosus* (uterque ad villam Vaux-Vully), *Menyanthes trifoliata*, *Nuphar luteum* Sm. (*Nymphaea* L.), *Nymphaea alba*, *Ornithogalum pyrenaicum* (infra villam V.-V.), *Rosa cinnamomea* (au chemin de Collian; rara), *Sanguisorba officinalis*, *Symphytum officinale*. — 7) Secus canalem: *Hyoscyamus niger*, *Ranunculus Flammula*, *Scutellaria galericulata*. — 8) In canali fossisque, et in rivis Urba, Thiela et Tallent: *Potamogeton crispus*, *P. densus*, *P. lucens*, *P. natans* I. *vulgaris*, et III *fluitans*, *P. pectinatus*. — 9) Eundo ab urbe per Echallens et Assens ad vicum Étanières: *Achillea Ptarmica* (prope canalem ac Thielae Tallentique pontes), *Angelica montana* Schl., *Bidens cernua* (in vico Chavornay), *Malva moschata*, *Mespilus germanica* (cum priori inter urbem canalemque), *Parietaria erecta* M. et K.

(*officinalis* auct.), *Ranunculus Lingua* (in *Ptarmicae* consortio), *Scilla bifolia*, *Tussilago Petasites* (secus canalem). — 10) Circa Bavois: *Circaea intermedia* Ehrh. (ad viam inter Assens et Étanières; rara), *Cynoglossum officinale*, *Geranium molle*, *Orchis hircina* Crantz (*Satyrium* L.; rara). — 11) Essert et Ependes versus: *Arabis brassicaeformis* Wallr. (*Brassica alpina* L.; stirps praerara, ibi semel visa), *Callitriche sessilis* α *verna* Dec., *Euphorbia palustris* (in pratis ad Urbae ripam dextram, infra eius cum canali iunctionem; rara), *Geum rivale*, *Gratiola officinalis*, *Hippuris vulgaris*, *Hottonia palustris* (ad fossam prope canalis pontem), *Polygonum Bistorta*. — 12) Inter Urbam et Valeires: *Conium maculatum* (extra urbis portas, ad dextram), *Delphinium Consolida* (in agris inter Montchoisi et Valeires), *Dianthus prolifer*, *Iris germanica* (locis rupestribus prope speculam signiferam), *Lotus siliquosus*, *Melica ciliata* (in *Iridis* consortio), *Prenanthes purpurea* (in sylvis), *Saponaria Vaccaria*. — 13) Eundo ad vicum Montcherand: *Cerastium arvense*, *Chlora perfoliata*, *Crocus vernus*, *Geranium lucidum* (ad viam arcis horto subiectam; praerarum), *G. sanguineum* (copiose), *Holosteum umbellatum*, *Menyanthes trifoliata*, *Ornithogalum umbellatum* (in pratis uliginosis, cum priori), *Vinca maior* (ad turris quadratae pedem; rara). — 14) In itinere ad montem dent de Vaulion: *Acer opulifolium* Vill., *Anemone ranunculoides*, *Anthericum ramosum*, *Arenaria fasciculata* Jacq. (*Alsine mucronata* Sut.), *Asarum europaeum*, *Astrantia maior*, *Calamintha officinalis* Moench. (*Melissa Calamintha* L.), *Carex digitata*, *Epilobium angustifolium*, *Euphrasia lutea* (rara), *Gentiana Amarella* (*germanica* Auct.), *Hieracium fallax* Willd. (inter Bretonnières et Premier), *H. Jacquini* Vill. (ad Urbam prope les Clées), *H. paludosum*, *Iasione montana* (ultra Agiez), *Laserpitium latifolium* (ad philosophorum semitam), *Moehringia muscosa*, *Paris quadrifolia*, *Pyrola rotundifolia*, *Salvia pratensis*

var. floribus rubris, *Saxifraga rotundifolia*, *Spiranthes autumnalis* Rich. (*Ophrys* Balb.; *Ophr. spiralis* L.; prope Agier), *Stellaria graminea*, *Taxus baccata* (ad Urbae ripas), *Teucrium montanum*, *Thesium linophyllum*, *Trollius europaeus*, *Vaccinium Myrtillus*, *Veronica officinalis*, *V. spicata*, *V. Teucrium* II *Vahlii.* — Praeterea circa Urbam citantur: *Acorus Calamus*, *Seseli montanum*, *Tordylium maximum*, quas tamen stirpes Cl. Monnard ibi nunquam invenit. V. Mathod et praesertim Montchérand, ubi rarissima occurrit *Asperula tinctoria.*

Urba, (L'Orbe, germ. der Orbach), pulcher pagi Vaudensis rivus, in Galliae parvo lacu des Rousses dicto oritur; eo relicto valleculaque du bois d'Amont traiecta, Helvetiam simul ac vallem Iugensem ingreditur; mox in eiusdem lacum defluit; prope vicum le Pont rursus in alveum coarctata, lacum maiorem cum minori (lac Brenet) consociat, atque ad officinas Bonport, quarum molas subterraneas agit, in ipso littore, per saxorum strata verticalia eorumque profundas rimas penitus subducitur. In amoenissima sui nominis convalle (Vallorbes) iterum in conspectum venit: ibi nempe ad ardui montis pedem denuo scaturiens, fontis veri, quique cum illo celeberrimo, quem cecinit vates Petrarca, merito comparari queat, speciem refert. Ridentis vallis prata eiusque pulchrum vicum inrigat; deinde in fauces rupestres penetrans, prope Ballaigues infra viam regiam, speciosam efficit cataractam. Urbis cognominis collem ambit, et planitiem consecuta, rivuli Nozon, qui prope Pompaples bifariam dividitur, ramum orientalem, la Thièle dictum, colligit. Tunc ipsa, amisso nomine proprio, Thiela nuncupatur. Supra vicum Ependes canalis, qui eam cum Venovia (la Venoge) coniungit, in eius alveum effunditur sicque eum efficit navigabilem. Denique per planitiem Ebrodunum pervenit, ac ibi sese cum lacu Neocomensi coniungit. Videatur in Bernensis pagi articulo ulterioris Thielae cursus descriptio.

Urba, praesertim in vallibus suis montanis, multos pisces, et quidem delicatissimas tructas alit, quarum ingens copia, inprimis in pago Vallorbes quotidie mensis exquisitas dapes suppeditat. — V. Urba (urbs), Vallorbes.

Urbani (Divi) monasterium celeberrimum in pago Lucernensi, prope Argoviae fines, nec procul a vico Morgenthal situm est. Patres, Cistertiensium regulae subditi, musas et artes excolunt, ac pulchram ditissimamque bibliothecam possident. Prope St. Urban provenire dicitur *Geranium pratense*, in Helvetia nonnisi rarissime occurrens. Praeterea ibi a Cl. Kravero citantur: *Centaurea nigra* (perinde, praerara), *Lathyrus latifolius* (circa Alt-Büren; rarus), *Malva moschata*, *Nasturtium sylvestre* R. Br. (*Sisymbrium* L.; etiam rarum), *Oenanthe fistulosa*, *Portulaca oleracea*, *Scirpus acicularis*, *Trapa natans* (Roggwyl versus; rarissima), *Veronica montana*.

Urhan, sylva nobis ignota (an prope Mulhusiam sita?) ubi a Cl. Hofero *Limosella aquatica*, *Montia fontana Scirpusque setaceus* observatae fuerunt.

Urnen, vicus pagi Glaronensis, in Linthae ripa sinistra, supra Bilten et infra Näfels situs. Ibi occurrunt: *Erica carnea*, *Leersia oryzoides* Willd. (*Phalaris* L.), *Rhododendrum hirsutum* (in *Ericae* consortio, scilicet ad rupes secus viam, loco quidem vix 1600 p. s. m. elevato), *Sedum hispanicum* (rarum).

Ursa. V. Gotthardus, Lucerna, Lucernensis pagus, Urania, vallis Ursaria.

Ursanne (Sainte-), oppidulum Bernense, praefecturarum Iuranarum, ad amnem Dubim, in regione aspera situm, ac fere 2. l. ab urbe Pruntruto (Porentruy) situm. In eius vicinia *Thlaspi alpestre* occurrere dicitur.

Ursaria vallis (das Urserenthal), insignissima pagi Uraniensis regio, partem eius australem editissimamque efficit. Ad ipsius montis Gotthardi, et supra longas asperrimasque fauces Schöllenen di-

etas sita est. Ad occidentem a Valesia mons Furca, ad orientem vero pascua Oberalp eam a Rhaetorum Rheni anterioris valle dissociant. Longitudine 3—4 l., latitudine autem vix ultra leucae quadrantem metitur. Ex austro et austro-occasu septem triones petit, ac paulo infra Andermatt intra limites adeo angustos subito coarctatur, ut fluvius Ursa, qui eam inrigat, inter altissimos rupium parietes exitum vix invenire possit, nec vallis incolae cum ceteris pagi partibus ullo pacto nisi longi ope cuniculi, per ipsum montem excisi, communionem habeant. Montes plerique vallem Ursariam circumdantes, collibus modicae altitudinis similes videntur, nec usquam molibus glacialibus horrent. Ipsa pascuis laetissimis, pratisque herba pulchra densissimaque luxuriantibus constat. Gratam hanc regionem lenta placidaque perfluit Ursa, et viatores, qui superatis Schöllinarum angustiis, horrendo diaboli ponte obscuroque montis cuniculo traiectis, torrentis undas furentes et in vaporis nubes solutas modo reliquere, tranquillum eius cursum vix satis demirari possunt. Vallis Ursaria arborum ornamento caret; salices tamen aliquot amnis littora obumbrant. Sed per dira gentium exterarum bella, quae sub nostri seculi initio huncce pacis antiquissimum asylum profanaverunt, illa sylvula abietina clivo orientali insidens, olim vici Andermatt incolis tutum adversus nivalium globorum lapsus propugnaculum, fere penitus exstirpata est. Magna soli elevatio (in summa parte vallis nempe ultra 4700 p. et in ima eius ora, vix minus 4500 p. s. m. elatum esse dicitur), et longissimarum hiemum frigora arborum incrementis obstant, ut propter ligni penuriam Erica, Rhododendri et aliorum montanorum suffruticum rami focos omnes sustentent. Incolae lingua germanica utuntur, pecorum et armentorum curae incumbunt, caseum deliciosum, sed tam mollem delicatumque, ut in regiones longinquas haud facile exportari possit, fabricantur, et nonnihil lucri ex mercium per Gotthardum

transitu conquirunt. Venatio quoque et pulchrorum fossilium, quibus abundant Alpes vicinae commercium eis quaestum non spernendum suppeditant. Ceterum in casis lapideis degunt, sed sub tam inclemente coelo neque agros, nec quidem hortos colere possunt.

Flora Ursaria locupletissima est, et quamvis iam diversis temporibus a multis scientiae amicis explorata fuerit, divitiae eius, ut videtur, hucusque neutiquam exhaustae fuerunt. Vallem innumeri botanici, recentioribus autem diebus potissimum Cl. Wahlenberg et amiciss. Emm. Thomas plus semel peragraverunt.

Plantae insigniores: *Achillea moschata* Jacq., *Agrostis alpina* Willd., *Anthericum Liliastrum*, *Apargia alpina?* Host (*pyrenaica* Sut.), *Ap. Taraxaci* Willd. (*Hieracium* L.), *Arenaria biflora*, *Arnica montana*, *Arundo halleriana* (?) N., *Astrantia minor*, *Betula viridis* Chaix, *Campanula barbata* floribus albis, *C. Trachelium* etiam floribus albis, *C. valdensis* All. *α villosa*, *Cardamine resedifolia*, *Carduus Personata* Jacq. (*Arctium* L.), *Carex frigida* All., *Centaurea phrygia*, *Cerastium arvense*, *Cherleria sedoides*, *Cirsium heterophyllum* Dec. *α*, et *β* (*Carduus helenioides* et *C. heterophyllus* Sut.), *C. purpureum* All. (prope Hospital; huic loco proprium), *Draba frigida* Saut. (*dubia* Sut.), *Gentiana purpurea*, *G. utriculosa*, *Geranium sylvaticum*, *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.), *Hieracium blattarioides*, *H. Jacquini* Vill., *H. prenanthoides* Vill. I *multiflorum* (*H. spicatum* Sut.), *H. succisaefolium* All. (*molle* Sut.), *Hypochoeris uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq.), *Imperatoria Ostruthium*, *Laserpitium Halleri* All. (*hirsutum* Sut.), *Lycopodium alpinum*, *Pedicularis recutita*, *Phyteuma Halleri* All. (*ovata* Willd.; spicis obesis, saturate violaceis conspicuum), *Polygonum alpinum* All. (frequens ad Ursam; pulcherrima stirps), *Potentilla grandiflora*, *Salix daphnoides* Vill. (ad Ursam), *S. pentandra* (inter Realp et zum Dorf, copiose; rara), *S. repens*, *Sonchus montanus* Lam. (*al-*

pinus Sut.; circa Andermatt), *Tozzia alpina*, *Trientalis europaea* (a Cl. VULPIO ibi detecta; an alibi intra limites nostros sponte proveniat, nondum rite compertum fuit), *Uvularia amplexifolia* (supra Andermatt), *Viola grandiflora* Vill. I *lutea*, *V. montana* I *stricta* (?? planta ab HALLERO citata multo probabilius ad priorem referenda est). — *Alnum incanam* Willd. in valle Ursaria nusquam occurrere testatur Cl. WAHLENBERG.

Ursina vallis. V. Valorsine.

Usogna. V. Osogna.

V.

Valangin, oppidulum pagi Neocomensis, ad torrentem Seyon et in ima valle Ruz situm, una leuca boream versus ab urbe principe distans. Vicus quidem parvus est, sed bonis domibus viisque satis regularibus constat. Antiquissima priscorum eiusdem nominis comitum sedes, rupis aristae tenui innixa et optime conservata, oppido minaciter impendet. Proxime infra Valangin vallis in fauces rupestres, quas torrens et via regia simul intrant, subito coarctatur. — Plantae citatae: *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.), *Hieracium praemorsum* I *racemosum* (rarum), *Taxus baccata*, *Teucrium montanum*.

Valanvron, Neocomensium parvus vicus, in extremo pagi limite boreali situs, et fere 2. l. ad septentrionem ab oppido Chaux-de-Fonds distans. In valleculis collibusque vicinis quondam lectae fuerunt: *Campanula latifolia* (praerara), *Cineraria spathulaefolia* Gmel., *Dentaria digitata* Lam., *D. pinnata* Lam., *Elymus europaeus*, *Fragaria vesca β crepitans* (var. rarissima vixque apud nos alibi visa), *Laserpitium latifolium*, *Lonicera nigra*, *Malva moschata*, *Ribes rubrum*, *Rumex scutatus*, *Tussilago alba*, *Uvularia amplexifolia*.

Valeires, Valleyres, magnus vicus Vaudensis, inter Lignerolles et Rances, ad montis Suchet

radices situs, et una leuca boream versus ab oppido Urba distans. Prope hunc locum proveniunt: *Aiuga Chamaepitys* Schreb. (utique melius praeeunte Linnaeo ad *Teucrium* genus referenda), *Lotus siliquosus*, *Stellera Passerina*, *Teucrium montanum*. — V. Urba.

Valeria, arx Sedunensis. V. Sedunum.

Valesia (Le Valais, Wallis), vallis celeberrima, totiusque Helvetiae maxima, olim civitas eius foederata, anno 1815 in pagorum numerum recepta. Inter Pedemontium austrum versus, atque pagum Bernensem, et parvam agri Vaudensis portionem ad boream contenta, ex oriente occidentem potissimum petit, hancque perpetuo directionem adfectans, longitudine 35 leucas metitur; superficies autem, ut perhibent geographi, 92 milliariis germanicis quadratis constat, sicque, quoad territorii ambitum, pagorum ceterorum nulli, nisi Bernensi ac Rhaetico cedit. In Uraniae confinio atque ad montium Grimsulae, Galenstock et Furcae radices, ubi nempe maxima duo Alpium iuga coëunt, incipit, et ab immensis tractibus glacialibus, unde quasi ex templo crystallino Rhodanus scaturit, clausa est. Fluvius iste, austro-eurum petens, integram vallem usque ad oppidum Octodurum percurrit; sed ibi subito cursu mutato, angulum fere rectum formát, ac inde semper occidenti-boream versus progrediens, prope Agaunum inter scopulorum dent de Morcles et dent de Midi radices summopere coarctatur; ex quibus angustiis elapsus, fere per 4 l. Valesia a pago Vaudensi divisa, tandem inter Pennilucum et St. Gingoulph haud procul a Sabaudiae limitibus in lacum Lemanum sese effundit.

Valesiaca planities nusquam lata reperitur: sed utrinque valleculae laterales innumerae, ex iugo tum boreali, tum australi exeuntes, in magnam Rhodani vallem, et quidem ad angulos fere rectos aperiuntur. In utroque Alpium Valesiacarum dorso totius Helvetiae altissimi scopuli siti sunt. Ad boreale nempe iugum pertinent montes Diablerets, Gemmius, Altels,

Iungfrau, Mönch, Finster-Aarhorn, Sidel, Grimsula et Galenstock; in australi autem exsurgunt Furca, Gries, Mäderhorn, Breithorn, Fletschhorn, Moro, Fee, Rosa, Sylvius, Combin, Velan, Penninus et Dronaz. Ceterum utriusque iugi montes altiores aeternis nivibus obruti sunt ac undique molium glacialium immensis cingulis rigent. Inde quasi ex urnis inexhaustis sexcenti rivi torrentesque per valles transversas in vallem principem indesinenter descendunt, et aquis suis Rhodanum adaugent. Praecipuae istae valles sunt: 1) das Lötscherthal, ad boreale iugum pertinens, inter altissimos montes undique glacie nivibusque perennibus horrentes contenta; eam amnis Lonza, in Rhodanum inter Raron et Leucam sese effundens, perfluit; 2) magna vallis Vispensis, quae, ut sequentes, in iugo australi sita est; eius duos praecipuos ramos, scilicet valles Saas et D. Nicolai, uterque Vispensis torrens irrigat (V. Saas, D. Nicolai vallis, Zermatten, Stalden etc.); 3)—6) valles tandem Turtmann Annivier, Hérens et Bagnes, quarum ultimam Druentiae (la Dranse) duo rami percurrunt (V. Annivier, Bagnes etc.)

Praecipua colla, quibus Valesia cum pago Bernensi communicat, sunt Grimsula, Gemmius et Sanetsch. Iugi australis viae alpinae in Pedemontium ac inde in Italiam superiorem per montes Sempronium Penninumque ducentes, iampridem inclaruerunt. Per montem Furcam in Ursariam vallem, per viam Nufenen in pagum Ticinensem, per montes Gries, Moro, Sylvium, Col de la Fenêtre, Col Ferret aliosque minus notos in Pedemontii valles, sed nonnisi super molibus glacialibus, ac tantum per aestatis menses calidissimos et probatorum ductorum ope penetrari potest.

Vicus Obergestelen, in summa valle 4100 p., Briga ad Sempronii radices circiter 2000 p., Sedunum in Valesia media 1746 p., Octodurum M. Pennino subiectum 1480 p., lacus denique Lemanus ad 1151 p.

s. m. extollitur. Idcirco Valesiae planities, undique montibus excelsissimis cincta, et inter eos valde depressa, climate calidissimo gaudet, eoque respectu ceteras omnes Helvetiae cisalpinae regiones longe superat. Alpium etiam murus frigidorum ventorum infaustos flatus coërcet, ut iam summo vere, vixque nivibus solutis terra favonii almo halitu refocillata, undique virides herbas floresque varios spargat. Sic per totum vallis tractum ab ipsius iugi borealis tegmine protectum, tempore aestivali thermometrum reaumurianum locis umbrosis observatum, vulgo 24 gradus indicare solet. Hinc per plurimas Valesiae partes soli singularis fertilitas mirabilisque terrae fructuum varietas. Hinc in una eademque regione omnium anni tempestatum praesentia, ut singulae simul dona sua incolis largiri ament. Dum enim perpetuae hiemis horror montium vertices insidet, diversae soli elevationes ceteras tempestates adfectant, ut Seduni, Siderae aut Brigae flores vernales, aestivos et autumnales videre, ac fragariae rubive idaei baccas cum cerasis, prunis, ficubus, malis uvisque simul in plagae vicinae variis partibus lectas, sub sero autumno comedere possis. Planitiei ac plerarumque vallium vegetatio pulcherrima est: vitis tam exquisitos fructus profert, ut vinum malvasiense (malvoisie), quod in nonnullis calidioribus terris provenit, inter generosissimos potus recenseri mereatur. Sed fatendum est Valesios vitis meliorem culturam rectamque vini rite conficiendi artem hactenus omnino ignorare. In iisdem fertilibus plagis crocus rubiaque felici successu coluntur. Castanea, ficus, amygdalus, morus omnesque vulgatiores domesticae arbores per totam planitiem laete vigent; sed nobiliores, quas hortulanorum solertia producit, varietates in Valesia nonnisi rarissime inveniuntur. Cerealia quaevis optimi generis arva producunt; etiam in Alpibus agri hordei, secalis ipsiusque tritici culturae destinati, vulgo montium altorum clivos arduos ac fere praeruptos obsident. Ce-

terum in vallibus tum principe, tum lateralibus, Rhodani ceterorumque amnium ac torrentium dirae et nimis frequentes vastationes agriculturae tractus immensos eripiunt, et hucusque tanto malo efficax nulla medela adferri potuit. Valles montanae et subalpestres ubique pratis optimis pascuisque pinguissimis superbiunt. Hos tractus habitant permultae ferae, ut incolae non raro sese venationi dedant; quin etiam praedam suam per vicinas regiones divendere solent. Denique ipsa terrae viscera, scopulis illis altissimis subdita, ferrum, cuprum, plumbum, imoque argentum et aurum, atque larga optimi lithanthracis strata, velut totidem thesauros neglectos, recelant. Verum aliquot lapicidinae pulchra marmora, gypsum et lapidem ollarium, qui aëri expositus indies durescit, affatim suppeditant. Thermas salutiferas Leucenses nemo ignorat; Briga etiam bona, quamvis minus nota, balnea possidet.

Cuncta gens religioni romano-catholicae addicta est; Valesiae superioris incolae lingua germanica, inferioris autem gallica utuntur. Hos illi numero paulisper superant; moribus vero parum differunt: omnibus animi impavidi, hospitalitatis, probitatis priscaeque fidei laudes merito tribuuntur; sed vulgus obstinationis, inscitiae superstitionisque malis laborat. Cui labi Loyolae discipuli, quibus ex maxima parte denuo iuventutis institutio commissa fuit, obstare aut nolunt, aut non possunt. Brigae ac Seduni eis praecipuae sunt sedes. Ceterum jesuitae Friburgenses multo clariori fama quam Valesiaci gaudere videntur, eosque tum frequentia, tum discipulorum exterorum numero absque omni dubio vincunt. Patres quoque augustini abbatiae Agaunensis in collegio magno beneque instituto invenum nobiliorum studia temperant. Sed scholae rurales passim turpe et miserabiliter negliguntur. Incolae quidem agriculturae artium haud satis periti, pratorum tamen irrigationem optime intelligunt, et ut iam diximus, cerealia fere omnigena in

stupenda soli elevatione cura patientiaque admiratione digna ab alpestribus rusticis vulgo coluntur. Ex pascuis potissimum alpinis, pecorum armentorumque educatione, et caseorum fabricatione, haud parvum percipiunt fructum. Pulcherrima tandem via Semproniana, quae magnam vallis praecipuae partem percurrit, mercium meatu eis quaestum non parvi momenti suppeditat.

Quoad regni vegetabilis thesauros, Valesia extra omnem controversiam cunctarum Helvetiae regionum longe ditissima dici potest. Nec mirum, quippe quae diversissimarum Europae plagarum climata intra tam arctos limites coniungat. Ibi Lapponiae et Sibiriae, ibi Italiae imoque Hispaniae stirpes in stationibus nonnisi ab exiguo spatio separatis sponte sua proveniunt. Has pulchras rarasque plantas iam veteres, iam noster immortalis Hallerus aliique post eum descripscere; iam per dimidium seculum proxime praeteritum ab innumeris botanicis indesinenter investigatae fuerunt, nihiloque secius fere quotannis in ista opulentissima Florae nostrae provincia novae cives deteguntur. Rev. Murith, olim D. Bernardi canonicus, locupletissimum patriarum stirpium, qnas tum ipse collegerat, tum ab Abr. et Lud. Thomas acceperat, catalogum edidit, quem aliquot epistolis ad totius regionis cognitionem topographicam botanicamque spectantibus illustravit. Hodie rev. Samon, eidem meritissimo ordini addictus, et Cl. Venetz floram Valesiacam magis magisque promovere conantur. Plerasque plantas rariores nobis cognitas, in hac fertilissima regione provenientes, singulas sub sua propria sede, noster libellus enumerat. Hic itaque nobis sufficiet stirpes mero Valesiacas, aut saltem quae per alios pagos paucissimis locis, vel nonnisi rarissime occurrant, quantum fieri potest, botanophilis indicare.

Achillea nobilis, *Ach. setacea*, *Ach. tomentosa*, *Ach. valesiaca* Sut., *Aconitum hebegynum* Dec., *Adonis ambigua* N. I *flammea*, *Aegilops cylindrica* Host (vallis

vicinae Praetoriae civis, nec valesiaca), *Agrostis interrupta*, *Agr. purpurea* N., *Agrostemma Coronaria*, *Aira praecox*, (*Alnus incana* Willd. per totam Rhodani vallem, a Vispa usque ad Lemanum frequens, *Aln. glutinosa* testante rev. Murith locis tantum subalpinis occurrit), *Alyssum alpestre*, *Al. campestre* (?), *Amygdalus communis*, *Androsace maxima*, *Andr. obtusifolia* All. β *aretioides*, *Andr. septentrionalis*, *Andr. tomentosa* N. (*Aretia* Schl.), *Anemone Halleri* All., *An. Pulsatilla* II *nutans*, *Antirrhinum Bauhini* N. (*genistifolium* Sut.), *Apargia crispa* Willd. (*Leontodon* Vill.), *Aretia Vitaliana* N. (*Primula* L.), *Artemisia Abrotanum*, *Art. Absinthium*, *Art. glacialis*, *Art. valesiaca* All., *Asparagus officinalis* (frequens ac vere spontaneus), *Astragalus exscapus*, *Astr. leontinus* Jacq., *Astr. Onobrychis*, *Avena loeflingiana* (*Betula viridis* Chaix in Valesia nondum observata est), *Biscutella laevigata* II (*B. lucida* Balb.), *B. saxatilis* Schleich., *Brassica campestris* Dec. A *oleifera*, *Br. oleracea* A *sylvestris*, *Bryonia dioica* Jacq. (vulgatissima), *Buffonia tenuifolia*, *Bulbocodium vernum* *), (*Bupleurum junceum* et *B. Odontites* a veteribus botanicis citata, non amplius in Valesia comparent), *Cacalia leucophylla* Willd. (*tomentosa* Vill.), *Calepina Corvini* Dec. (*Crambe* All.), *Campanula bononiensis* α, et β (*C. simplex* Dec.), *Carduus acuminatus* N. (*alpestris* Schl.), *C. microcephalus* N. (*tenuiflorus* Schl.), *Carex hispidula* N. (*fimbriata* Schkuhr), *C. microglochin* Wbg., *C. microstyla* Gay, (*C. pilulifera* in Valesia inferiori; hic indicatur quia in catalogo murithiano omissa est), *C. rupestris* All., *Caucalis latifolia*, *Centaurea Crupina*, *C. nigrescens* Willd. β *intermedia*, *C. seusana* Vill., *Chaerophyllum elegans* N., *Clypeola Ionthlaspi*, *Cornus mascula*, *Coronilla coronata* (*glauca* Sut.), *Crepis tectorum*, *Cynosurus echinatus*, *Diplopappus dubius* Cass.

---

*) Prope Branson pulchrae stirpis varietas floribus albis infrequens occurrit.

(*Aster annuus* L.; auctore Cl. DECANDOLLE), *Dracocephalum austriacum*, *Dr. Ruyschiana*, *Echinops sphaerocephalus*, *Echinospermum deflexum* Sw. (*Myosotis* Wbg.), *Echium italicum*, *Ephedra distachya*, *Erigeron Villarsii* Willd., *Eritrichium nanum* Schrad. (*Myosotis* All.), *Eruca sativa* Lam. (*Brassica Eruca* L.), *Erysimum diffusum* Ehrh. (teste Cl. SCHLEICHER), *Euphrasia viscosa*, *Festuca aurata* N., *F. vaginata* W. et K. (citante etiam SCHLEICHERO), *F. valesiaca* N. (per totam fere regionem frequens), *Galium cinereum* All., *G. parisiense* I (*G. litigiosum* Dec.), *G. pedemontanum* All. (*Valantia* Sut.), *Genista radiata* Lam. (*Spartium* L.), *Geranium aconitifolium* L'Hér., *G. bohemicum*, *G. Ciconium*, *Helianthemum salicifolium* Pers. (*Cistus* L.), *Herniaria alpina* Vill., *Hieracium andryaloides* Vill., *H. lanatum* Vill. (*Andryala* L.), *H. multiflorum* Schleich., *H. Schraderi* Schleich. I, et III (*H. glabratum* Willd.), *Hyssopus officinalis*, *Isatis tinctoria*, *Is. Villarsii* N., *Lactuca angustana* All. (prope Sarquenoz), *Lathyrus sphaericus* Retz (*angulatus* auct. helv.), *Lepidium subulatum*, *Linnaea borealis*, *Linum tenuifolium*, *Lonicera etrusca* *) Santi (a SCHLEICHERO inventa), *Matthiola varia* Dec. (*Cheiranthus* Sibth. *Ch. tristis* Mur.), *Mentha rubra* Sm., *Morus alba*, *Myagrum perfoliatum*, *Ononis Columnae* All. (*minutissima* Sut.), *On. hircina* Jacq., *On. minutissima* (tantum in valle Praetoria invenitur), *On. Natrix*, *Onosma montanum* Sm. (*echioides* Sut.), *Orchis sambucina* α, et β (*Orch. incarnata* L.), *Orobanche Artemisiae campestris* Vauch. (*gracilis* Schl.), *Or. coerulea* Vill. (*laevis* L.), *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *cyanea* Bieb., *Ox. foetida* Dec. (*Astr. Halleri* Sut.), *Ox. lapponica* N. (*Phaca* Wbg.), *Ox. uralensis* Dec., *Pedicularis atrorubens* Schleich., *P. gyroflexa* Vill., *P. rosea* (vallis Praetoriae), *Phleum commutatum* N. (*Gerardi* Schleich.

---

*) Pulchram stirpem ad lacum Bourget prope Camberium, in Sabaudia frequentem observavit amiciss. GAY.

cent.), *Phl. phalaroides* Koel. (*Phalaris phleoides* L.), *β* spiculis glabris, *Phyteuma ellipticum* Poir., *Ph. humile* Schl., *Ph. pauciflorum* (*globulariaefolium* Sternb. et Hoppe), *Ph. scorzonerifolium* Vill., *Pinus Cembra*, *P. Larix* (utraque Alpium potissimum Valesiae Rhaetiaeque nobilis incola), *P. uncinata* Ram., *Plantago aspera* N. (*serrata* Hall. fil.), *Pl. bidentata* Mur., *Poa concinna* N., *P. distans*, *Podospermum calcitrapifolium* Dec. (*Scorzonera resedifolia* Sut.), *P. muricatum* Dec. (*Sc. laciniata* Sut.), *Populus alba*, *P. canescens* Sm., *Potentilla alpestris* Hall. fil. (*aurea* Ser.) II *firma* (*P. rubens* Vill.), *P. ambigua* N. (*geranioides* Schl.), *P. cinerea* Chaix, *P. multifida*, *P. nivea*, *P. parviflora* N., *Ranunculus gramineus*, *R. rutaefolius*, *Rhus Cotinus*, *Salix hastata* (*Arbuscula* Sut.) *δ tenuifolia* aliaeque rariores formae, *S. myrsinites δ lanata* (*S. sericea* Mur.), *Santolina Chamaecyparissus*, *Saponaria lutea* (supra Val Tornanche), *Saxifraga caespitosa* III *leucantha*, et ceterae formae, *S. cernua*, *S. diapensioides* Bell., *S. patens* N., *Sclerochloa dura* N. (*Cynosurus* L.), *Sclerophyllum pulchrum* N. (*Crepis* L.; in valle Praetoria), *Scorzonera austriaca* Willd. (*humilis* Sut.), *Sempervivum globiferum*, *Senecio uniflorus* All., *Silene vallesia*, *Sisymbrium acutangulum* Dec. (*Sinapis pyrenaica* L.), *S. Irio*, *S. pannonicum* Jacq., *S. pinnatifidum* Dec. (*bursifolium* Sut.), *S. tanacetifolium*, *Swertia carinthiaca* Wulff., *Telephium Imperati*, *Thalictrum alpestre* N., *Th. elatum β* Dec., *Th. foetidum* Dec., *Th. pubescens* Schl., *Thlaspi alpestre β pumilum*, *Thl. rotundifolium* N. (*Iberis* L.) *β corymbosum*, *Thl. sylvium* N. (*alpestre* Sut.), *Thymus pannonicus* All., *Tragopogon maior* Jacq., *Tragus racemosus* Desf. (*Cenchrus* L.), *Tribulus terrestris* (Vallis Praetoriae), *Trifolium saxatile* All., *Trigonella monspeliaca*, *Triticum Nardus* Dec., *Trochiscanthes nodiflorus* Koch (*Smyrnium* All.), *Typha angustifolia*, *T. minima* Hoppe, *Valeriana celtica*, *V. Saliunca* All., *Verbascum crassifolium* Dec. (*montanum* Schrad.), *V. incanum* N., *Ve-*

ronica verna, *Vesicaria utriculata* Lam. (*Alyssum* L.), *Vicia lathyroides*, *V. onobrychioides*, *Viola arenaria* Dec. (*nummulariaefolia* Sut.), *Xeranthemum cylindraceum* Sm. (??), *X. inapertum* Willd. (*annuum* Sut.).— V. potissimum **Agaunum**, **Bagnes**, **Branson**, **Fouly**, **Gemmi**, **Leucenses** thermae, **Octodurum**, **Penninus**, **Niçolai** (vallis D.), **Rosa**, **Sedunum**, **Sidera**, **Sylvius**, **Zermatten** etc.

Vallorbes, magnus pulcherque vicus pagi Vaudensis, in amoenissima fertilique convalle, inter montem dent de Vaulion ad austrum, et montem ditionis gallicae quem Aureum dicunt (Mont-d'or) boream versus, ex occidente ad orientem porrecta, situs. Hanc valleculam altissimus rupium praeruptarum paries a multo altiori Iugensi valle separat. Ex istius muri pede, quasi ex urna, ipsarumve Nympharum domo, Urba placida undas pellucidas crystalloque simillimas super muscorum aquaticorum molli tapete evolvit, ac totam vallem ipsumque vicum inrigat. Tum mox in fauces rupestres coarctata, pulchram efficit cataractam (la chute du Dard). Duae viae montanae ex pago Vallorbes in vallem Iugensem tendunt: altera borealis et monti Aureo subiecta, australi quidem deterior et difficilior est: sed viatoribus expeditis iterque pedibus facientibus omnino eligenda est, quia pulcherrima caverna, quam incolae Fatarum templum (temple des fées) nuncupant ei subdita iacet, ut ab eis qui hanc viam sequuntur commode visitari queat; cum contra ex omnibus ceteris partibus accessus eius difficillimus sit. Cavernae ingressus, ingentis porticus speciem referens, alte patet, ac magnam sublimemque aulam efficit. Penetralia autem longissimis constant cuniculis, quo nonnisi ardentibus taedis armatus naturae scrutator intrare potest. Ex ista spelunca egressus, per clivum valde arduum intra horae quadrantem ad mirabilem Urbae fontem pervenit.

Incolae industriosissimi sunt: omnigena artificia, quorum rotas amnis agit, officinae multae ferrariae,

clavorum fabricae, incudes denique ac mallei Cyclopibus ipsis haud indigni eorum solertiam animumque impigrum undique testantur. Ceterum viatores in hocce recondito montium angulo diversorium mundissimum optimeque instructum exspectat.

Plantae insigniores: *Cacalia alpina* Jacq. (*glabra* Sut.; ad Fatarum cavernam et prope amnis caput), *Erinus alpinus* (in montibus supra Vallorbes), *Lonicera nigra* (ad viam Iugensem borealem), *Neslia paniculata* Dec. (*Myagrum* L.), *Rhamnus alpinus*, *Scrofularia canina β montana* (au Mont-d'or), *Tussilago Petasites* (secus Urbam inter fontes et vicum, affatim), *Veronica montana* (ad amnis fontem).

Valorsine (La), vallis Ursina, altissima Sabaudiae vallecula, cum eiusdem nominis pagulo, inter scopulos nivales ad montem Buet pertinentes dorsumque col de Balme sita, 2—3ve leucas longa, ex austro euro-boream petit. Eam fauces angustissimae et hominibus pene inaccessae inferne cum contigua valle Trientina coniungunt. Sed cum ipso vico Trient per collum Tête-noire dictum communicat, et ita viatoribus procellas magnosve imbres metuentibus, iter longius quidem, sed facilius tutiusque suppeditat quam illa alpestris semita, qua ex Chamouny per montem col de Balme et Trientinam vallem Octodurum itur. Huius editissimae regionis pulchrae rupes primordiales, rara fossilia, stirpesque insigniores ubique naturae amicorum attentionem captant. — In valle Ursina observatae fuerunt: *Geranium lividum* L'Hér., *Linnaea borealis* (infra collum Tête-noire, ad torrentem imumque praecipitis clivi pedem; ultra hancce stationem, ista omnibus scientiae cultoribus gratissima plantula, occasum versus, in Europa australi haud longius progredi videtur), *Myrrhis odorata* Scop. (*Scandix* L.), *Pyrola uniflora*, *Ribes petraeum* Jacq., *Trifolium spadiceum* (genuinum; stirps rara, pro qua *Tr. badium* Schreb. in Alpibus vulgo occurrens, saepius sumitur). — V. Trient.

Valserjoch, mons saltem 7900 p. s. m. elatus, inter valles Rheinwald et Lungnetz exsurgens. Semita alpestris, equis accessa, per hunc montem a vico Hinterrhein ad D. Petri vicum ducit. In eo itinere stirpes multae rariores inveniuntur. Ibi enim ab optimo VILLARSIO observatae fuerunt: *Androsace (Aretia* L.) *helvetica?* N. („biflora, pilis simplicibus" VILL.), *Andr. pennina?* N. („uniflora, pilis ramosis" VILL.), *Hieracium albidum* Vill. *(intybaceum* Sut.), *H. grandiflorum* All., *H. paludosum*, *H. picroides* Vill. (ibi primum ab auctori detectum et determinatum; rarissimum), *H. prenanthoides* Vill. I *(H. spicatum* All.).

Valserthal. V. Ilanz.

Valsorey (La), Alpium Penninarum vallecula excelsa, montibus Combin et Velan subiecta, undique massis glacialibus rigens, in vallem Entremont prope Saint-Pierre aperitur. In praecipuae molis (glacier de la Valsorey, 7728 p. s. m. elatae) vicinia, glaciei rupiumque parietes immensum efficiunt puteum, cuius capacitatem a sero autumno usque ad Iulium Augustumve mensem, aquae pluviales torrentesque indesinenter implent, donec thorace glaciali, quo puteus munitur, tandem diffracto impetuosissime erumpunt, ac subinde per totam Druentiae (la Dranse) vallem et usque ad Rhodanum grassantur. — Plantae rariores: *Achillea nana*, *Artemisia Mutellina* Vill., *Art. spicata* Jacq., *Campanula cenisia*, *Erigeron uniflorus*, *Gentiana glacialis* Abr. Thom., *Gnaphalium Leontopodium* Vill. *(Filago* L.), *Gn. supinum*, *Iuniperus Sabina*, *Phaca alpina* Jacq., *Pinus Cembra.*

Val-Tornanche. V. Tornanche.

Valzeina. V. Marschlins.

Van (Creux du). V. Creux-du Van.

Varaz (La). V. Lavaraz.

Varona, germ. Varen, gall. Varonne, vicus Valesiae superioris, inter Sideram et thermas Leucenses, in collis excelsi arduo clivo, unde longa Rhodani vallis, fluminis cursus et iugi australis montes

lautissime prospiciuntur, situs. Hic locus sub coelo clementissimo iacet, omnisque tractus vicinus rarissimis stirpibus abundat. Ibi enim proveniunt: *Blitum virgatum*, *Calamintha Nepeta* Clairv. (*Melissa* L.), *Centaurea Crupina* (affatim), *Colutea arborescens*, *Coronilla coronata* (*glauca* Sut.; huic stationi propria), *Crepis foetida*, *Eruca sativa* Lam. (*Brassica Eruca* L.), *Erysimum helveticum* Dec. (*Cheiranthus* Jacq., *Ch. Boccone* Sut.), *Euphrasia lutea*, *Euphr. viscosa* (nusquam alibi intra nostros limites visa), *Helianthemum Fumana* Desf. (*Cistus* L.) *Hypochoeris uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq.; supra Inden, ultra Dalae pontem), *Lactuca angustana* All. (*Sideram* versus), *Orobanche coerulea* Vill. (*laevis* Sut.), *Phyteuma Halleri* All. (*ovata* Sut.; supra Inden), *Potentilla caulescens* (ad rupes, ubi via ad thermas ducens excisa est). — Prope Salges: *Euphrasia viscosa*, *Micropus erectus*, *Potentilla caulescens*.

Vatz s. Untervatz, Rhaetiae magnus vicus, infra Curiam ad Rheni ripam sinistram, e regione pagi Zizers situs. — In montium vicinorum pratis (auf den Heubergen) suum *Dianthum plumarium* (mihi ignotum) crescere testatur Cl. Roesch. Ibidem quoque proveniunt: *Anemone alpina* α, et β *sulphurea* (*An. apiifolia* Wulff.), *An. vernalis*, *Draba aizoides*. Prope pagum occurrit *Orobanche ramosa*.

Vaudensis pagus (gall. canton de Vaud, germ. Waadt), in Helvetia austro-occidentali situs, ad meridiem a pago Genevensi, lacu Lemano ei ac Sabaudiae interiecto, Valesiaque, occidentem versus a regno Gallico, ad septentrionem a principata Neocomensi, ad orientem a pagis Friburgensi et Bernensi terminatus est. Ambitus eius ad formam triangularem accedens, sed valde irregularis, 70 milliaria geographica quadrata continere dicitur. Istius trianguli latus meridionale secus Lemanum Rhodanumque, usque ad montem dent de Morcles protensum, leucas 18—20 metitur. Alterum, fere eiusdem longitudinis, ab eodem

ipso puncto, quo prius, procedens, euro-boream petit, prope Ebrodunum lacum Neocomensem adtingit, ripam eius dextram sequitur, atque a territorio Friburgensi saepe varieque interruptum inter hunc Muratensemque lacum, loco ubi Broia ostium habet, desinit. Tertium tandem trianguli latus, 12—13 leucas longum, perinde ad Broiae ostium in lacum Neocomensem incipit, ac totius pagi limitem orientalem statuens, secus campos Friburgenses producitur, donec in Alpes Bernenses et Valesiacas penetrat, et prope montem Cheville paululum ad austro-occidentem conversum, infra scopulum Dent de Morcles Rhodani ripas consequitur.

Praeter lacuum Lemani et Neocomensis magnam portionem, pagus Vaudensis adhuc dimidiam fere Muratensis partem, et utrumque lacum Iugensem complectitur. Tertia lacuna Iurana lac Ter dicta, eaque parvula supra Chexbres et regionem vitiferam la Vaux quasi suspensa, quam incolae lac de Bré nominant, singulae vix dimidiam leucam ambitu metiuntur.

Rhodanus quidem nusquam in pagi territorium penetrat; sed per fere 5 leucas eum a Valesia usque ad Lemanum dividit. Ceteri amnes sunt: 1) Sarina, quae vallem alpinam Castrodunensem percurrit (V. Friburgensis et Bernensis pagi); 2) Broia (la Broie); prope Semsales in agro Friburgensi oritur, unde per longas flexuososque sinus in oppiduli Oron viciniam et Minidunum pervenit. Tunc placidissimo cursu felices campos Paterniacos Aventinosque percurrit, quorum pingui suo limo fertilitatem auget. Inter pagulos Salavaux et Constantine, fere una leuca a vetere Aventico sese cum lacu Muratensi commiscet. Cuius tota longitudine traiecta, prope Sugi eum deserit, ac parvula Friburgensis pagi parte irrigata, tandem in lacum Neocomensem prope viculum la Sauge effunditur; 3) Urba (l'Orbe; V. Urba); 4) Venolia s. Venovia (la Venoge); ex pulchris uberrimisque fontibus ad montis Iurani Montendre radices scaturit;

post longum circuitum denique meridiem versus progreditur, et inter Morgias et Ouchy in Lemanum sese effundit. Propter aquarum copiam multosque rivulos, qui cum Broia facile coniungerentur, pars eius australis utique navigationi interiori inservire posset; sed obstant rupium parietes ac fauces eam subinde coarctantes, ut hocce utilissimum incoeptum, cuius ope Lemanus et lacus Neocomensis inter se communicarent, nonnisi summis impensis ad felicem exitum perduci queat. Interim iam per canalem prope Entreroches incipientem, tres fere leucas longum et infra Urbam cum Thiela commissum, merces cuiusve generis Ebrodunum perveniunt, ac inde semper navigiis in Helvetiam interiorem Basileamque vehuntur. Sed ob nimias difficultates hicce canalis cum Venolia, licet ei proximus, nondum coniungi potuit.

Magnam territorii Vaudensis partem occupant montes. Euro-austrum versus nempe, ipsae Alpes Ormondianam, Aquileiensem et Castrodunensem valles altissimis propugnaculis muniunt, et hinc inde parvas moles glaciales gestant. Excelsissimi eorum iugorum vertices sunt montes Diablerets (9600 p. s. m.), nivali thorace semper obducti, Dent de Morcles (8951 p.), Enzeindaz (7332 p.), tour d'Ay (6815 p.), Croix d'Arpille (5180 p.), Chamossaire (5040 p.), Javernaz (ad 4800) et Bovonnaz (ad 4000 p.).

Iugum Iuranum ditionem Vaudensem occidentem versus a Gallia separat, ac simul cum propinquis Gallicis montibus (le Colombier de Gex 5199 p. s. m., et le Reculet de Thoiry 5289 p. V. Iura), excelsissima totius Iurae cacumina, scilicet le Montendre (5177 p.) et Dolam (5168 p.) complectitur. Praeterea la dent de Vaulion (4572 p.), mons Suchet (4894 p.), ac denique in Neocomensium confinio mons Chasseron (4956 p.), boreae sunt propiores pauloque humiliores.

Tertium pagi Vaudensis iugum, Iorati nomine cognitum, Alpibus Aquileiensibus adnititur et adeo cum eis sese confundit, ut inter geognostas nondum conve-

niat, an mons Jaman (5572 p. s. m.) eiusque pyramidalis scopulus (la Dent) ad eas Alpes aut ad ipsum Ioratum accensendi sint. Hocce iugum inde occidentem petit, inter Viviscum et Lausannam Lemano cominus impendens, etsi iam multo humilius; sed iterum inter Lausannam et Minidunum ad maiorem consurgit elevationem. Ulterius autem magis magisque mitescit, ac denique boream versus, scilicet prope lacus Neocomensis ripas, a collibus littorumque rupibus arenariis vix distingui potest.

Omnes istorum montium vertices elatiores obtinent magna pascua, praecipue in Alpibus fertilissima, quae per menses aestivos ingentem armentorum aliarumque pecorum vim nutriunt, ac multum ad regionis divitias conferunt. Praeterea multae pulchraeque sylvae cum fagineae, tum abietinae istorum iugorum vastos tractus obumbrant. Ad eorum quoque radices querceta, nec non, praesertim in Aquileiensium ditione, castaneta inveniuntur.

Denique pagi Vaudensis haud exigui tractus aut campis fertilissimis, ut inter Minidunum et lacum Muratensem, aut planitie collibus amoenissimis et ad vitis culturam aptissimis intermixta, ut inter Urbam et Ebrodunum usque ad agri Neocomensis limites, ac praesertim iuxta totius Lemani nostras ripas, constant. Quae regiones, absque controversia ad Helvetiae pulcherrimas pertinent partes, et omnium viatorum admirationem laudesque captant. Solum quidem modica dumtaxat fertilitate gaudet, sed nihilominus ad cuiusvis fere generis culturam aptum reperitur. Alti praeruptique colles inter Lausannam et Viviscum siti, vites in Aquileiensibus prope pagum Yvorne ad Alpium basin felicissime provenientes, denique collium mitiorum pulcherrimus longusque tractus, inter Albonam et Promenthusam porrectus, ne quid de ceteris regionibus minus celebribus dicam, vina generosissima, quae vulgo in Helvetiam interiorem exportantur, producunt. Agrorum cultura, olim nimis neglecta, per

hos ultimos triginta annos tantum nacta est incrementum, ut non obstantibus illis ingentibus montium iugis, cerealium ex magna parte omnino impatientibus, annona, quam propria proferunt arva, nunc iam fere omnibus pagi necessitudinibus sufficiat. Prata tum naturalia, tum arte facta, alternis vicibus, vinetis agrisque succedunt, tantamque foeni copiam producunt, ut etiam in ipsa planitie, omnes prope vici per maximam anni partem caseum butyramque in casis ad hunc usum instructis communiter praeparent et inde quaestum haud contemnendum conquirant. Arbores omnigenae domesticae, quaevis propria tempestate, fructus uberrimos suis cultoribus largiuntur. In nonnullis pagi regionibus copiosus satis spiritus e cerasis elici solet. Incolae (si modo paucissimos vicos religioni romano-catholicae addictos, multosque advenas per omnem pagum ac praecipue per urbes dispertitos excipias) fidem evangelicam profitentur, et linguae gallicae dialectum plus minusve corruptam loquuntur. In urbibus tamen ac etiam in templis scholisque puriorem elocutionem pronunciationemque curant, et propius ad rectam librorum hominumque probe institutorum consuetudinem accedere conantur; quapropter iuvenes utriusque sexus ex omnibus Helvetiae germanicae pagis frequentes in plerisque Vaudensibus oppidis ad linguam discendam aliquot annos commorari solent. Ceterum in ambarum gentium nobilissimarum confinio collocati, Vaudenses homines earum indolis participes esse videntur. Animi enim laeta alacritate Gallis quadantenus similes cum Helvetiis stirpis Germanicae morum candore et ingenuitate omnino conveniunt. Patriam libertatemque amant: sed fatendum est plerosque nummos propriumque commodum nimii facere. Plebs etiam sumptui, vestium elegantiae, voluptati vitaeque commoditatibus plus iusto indulget. Incolae ut plurimum agriculturae curis artibusque vulgatioribus ad utilitatem generalem necessariis, potius quam industriae, commercio ipsisque

litteris incumbunt. Attamen pulchrae optimaeque viae communicationem tam interiorem quam exteriorem, omniumque mercium vecturam facillimam reddunt; idcirco commissionis expeditionisve commercium in aliquot urbibus floret. Hucusque nonnisi paucissimae fabricae in pago Vaudensi sese sustinere potuerunt. Quod malum operariorum penuriae tribui solet, ac revera etiam ad terrae culturam ex Galliae Sabaudiaeque provinciis conterminis adiutores frequentes accersendi sunt.

Civitatis summi magistratus iuventutis institutionem diligentissime curant; pagulus quivis vel minimus scholam propriam possidet, ac plerique iuniores cum viri, tum foeminae facile legunt atque scribunt. Verum litterarum studium hucusque minus alte in populi mentes quam apud multarum Helvetiae germanicae regionum incolas descendit. Attamen his ultimis annis in aliquot oppidulis, imoque vicis minoribus, ad civium illiteratorum rusticorumque utilitatem, parvae bibliothecae passim conditae fuerunt, quarum libri praecipue per hiemem adsidue leguntur. Circa academiam aliasque institutiones studiosam ordinum superiorum iuventutem spectantes, videantur quae earum respectu in Lausannae ac ceterarum pagi urbium descriptione monuimus; hic meminisse sufficiat educationis curatores, reipublicae principum iussu, iunctis viribus ad eum finem laborare, ut omnes tantae necessitudinis publicae rami, quantum quidem fieri potest, optandam consequantur perfectionem.

Magnam utique pulchrarum stirpium copiam et varietatem exhibet ager Vaudensis. Plurimas hucusque tum a nobis, tum ab amicis, tum etiam ab ipso Hallero sedulo observatas, propria sua sede enumeravimus.

Nunc restat ut plantarum, quae in ceteris Helvetiae pagis nusquam aut saltem tantum paucissimis locis extra nostros limites inventae fuerunt, lectoribus catalogum offeramus. Huc potissimum pertinere videntur:

Aconitum Anthora, *Aira caespitosa β littoralis*, *Alopecurus fulvus* Sm. (*geniculatus* agr. helv.), *Anagallis tenella*, *Anchusa italica* Retz., *Androsace villosa*, *Anemone hortensis*, *Anthyllis montana*, *Antirrhinum striatum* Lam., *Arenaria fasciculata* Jacq. (*Alsine mucronata* Sut.), *Ar. grandiflora*, *Ar. linifolia*, *Ar. uliginosa* Schleich., *Arundo Calamagrostis*, *Ar. sylvatica* Schrad. (*Agrostis arundinacea* L.), *Asperula tinctoria*, *Briza minor*, *Bryonia dioica* Jacq., *Carex Buxbaumii* Whg., *C. chordorrhiza* L. fil. (olim a Cl. DAVALL inventa; sed locus specialis ignoratur), *C. microstyla* Gay, *C. nitida* Host. (ad Lemani littora), *Castanea vulgaris* Lam. (omnino spontanea: v. gr. circa Bex et in regione vinifera la Côte integras efficit sylvulas), *Cerastium brachypetalum* Desf., *Cirsium Erisithales* Scop. (*Cnicus* L.), *Cornus mascula*, *Cyclamen hederaefolium* (prope Roche, nec alibi lectum), *Cyperus longus*, *Cytisus sessilifolius* (unice prope arcem Chillon), *Digitalis media* Roth, *Diplotaxis muralis* Dec. (*Sisymbrium*), *Eryngium campestre* (ad Lemani littora), *Erysimum ochroleucum* Dec. (*Cheiranthus* Hall. fil.), *Er. virgatum* Roth *β juranum* (au Creux du Van), *Fedia Auricula* M. et K. (*Valerianella* Dec.), *Filago gallica*, *F. germanica β* (*F. pyramidata* L.), *Gaudinia fragilis* Pal. Beauv. (*Avena* L.), *Hypericum Richeri* Vill., *Iberis pinnata*, *Laserpitium prutenicum*, *Laurus nobilis* (prope Montreux), *Linum tenuifolium*, *Lupinus angustifolius*, *Luzula flavescens* N. (*Iuncus* Host; in sylvis editioribus Iuranis), *Medicago apiculata* Dec., *Melampyrum nemorosum* (in agro Viviscensi), *Micropus erectus*, *Morus alba*, *Myrrhis odorata* Scop. (*Scandix* L.), *Narcissus biflorus* Curt., *N. poëticus*, *Nepeta nuda*, *Oenanthe peucedanifolia* Poll., *Onosma echioides* Sm., *On. montanum* Sm., *Orchis hircina* Crantz (*Satyrium* L.), *Orobanche Artemisiae-campestris* Vauch. (*gracilis* Schl.), *Or. Epithymum* Dec., *Or. minor* Sutt., *Peucedanum Chabraei* N. (*Selinum* L.), *Poa megastachys* N. (*Briza Eragrostis* N.),

P. pilosa, *P. rigida*, *Potamogeton obtusus* Ducros (*rufescens* Schrad.), *P. plantagineus* Ducros, *Potentilla alba*, *P. micrantha* Ram., *Prunus caproniana* N. (*Cerasus* Dec.), *Ptychotis heterophylla* Koch (*Seseli saxifragum* L. = *Aethusa Bunius* L.), *Rosa alpina* II *lagenaria*, *R. cinnamomea*, *R. gallica* I *pumila*, *R. stylosa* Ser., *Rumex arifolius* All., *R. conglomeratus* Schreb. (*Nemolapathum* auct.), *R. Hydrolapathum* Ait. (*aquaticus* Sut.), *et β mediterraneus* (prope Bex), *R. pulcher*, *R. sanguineus* I *pictus*, *et* II *viridis* (*R. nemorosus* Schrad.), *Salvia Sclarea*, *S. verticillata*, *Scabiosa alpina*, *Sc. Columbaria ε pachyphylla* (ad ripas graminosas Lemani), *γ* (*Sc. pyrenaica* All.?), *Sc. sylvatica β* (*Sc. longifolia* W. et K.), *Scilla amoena*, *Sc. bifolia* floribus coeruleis, rubris et albis, *Sc. patula* Dec.? (*Hyacinthus* Hall. helv. 1248. *H. non scriptus* Sut.; circa Chillon et in Aquileiensibus), *Scirpus Holoschoenus*, *Sc. supinus* (uterque intra Helvetiae limites dumtaxat ad Lemani ripas occurrens), *Scolochloa Donax* M. et K. (*Arundo* L.), *Selinum nigricans*, *Sideritis hyssopifolia*, *Sisymbrium supinum* (unice in valle Iugensi), *Sium nodiflorum*, *S. repens* L. fil., *Sonchus Plumieris*, *Torbus hybrida*, *Tordylium maximum*, *Tulipa sylvestri*, *Verbascum blattarioides* Lam., *V. mixtum* Ram., *V. pulverulentum* Vill., *Veronica acinifolia*, *Vicia hybrida*, *V. lutea*, *Viola pumila* Chaix *γ* (*V. ericetorum* Schrad.). — Potissimum conferantur Aquilegia, Bex, Ebrodunum, Ioratum, Iura, Lausanna, Nevidunum, Roche, Urba, Viviscum, etc.

Vaulion, vicus montanus pagi Vaudensis, inter Romani monasterium (Romainmotier) et lacus Iugensis Abbatiam (l'Abbaye) situs. Prope hunc locum provenit *Pyrola rotundifolia*.

Vaulion (la dent de), mons pagi Vaudensis, in iugo Iurano inter montes Suchet exstans, omnino praeruptus ac minax vico Iugensi l'Abbaye impendet. Altitudo eius ad pedes 4572 s. m. aestimatur. In summo

scopuli vertice Lemanus, lacus Neocomensis, Muratensis ac Biennensis, et parvi sed amoenissimi Iugenses lacus, simul cum Alpibus et pulchra quam circumdant regione, luculentissimum exhibent spectaculum. Sed eius rupes pascuaque nimis arida Florae amicorum exspectationem omnino frustrantur. Ibi enim inveniuntur tantummodo stirpes montanae vulgatiores, ut: *Dryas octopetala*, *Erinus alpinus*, *Helianthemum canum* Dun. (*Cistus* L. *C. marifolius* Sut.), *Orchis* (*Satyrium* L.) *nigra* Scop., *Orch. viridis* Crantz, *Rosa alpina*, *Veronica urticaefolia* Jacq.

Vausseyon. V. Neocomum.

Vaux (La), germ. das Ryfthal, nobilissima pagi Vaudensis regio vinifera, secus Lemani ripas, inter Lausannam et Viviscum porrigitur. Vineae eius, diligentissime excultae, rupium lorati arduis praeruptisque lateribus alte insident, ac solis ardentibus radiis perpetuo accessae uvas proferunt exquisitas vinumque generosissimum, cuius magna pars extra pagi limites consumitur. Coloni ingentibus impensis, incredibilique constantia muris instar amphitheatri invicem superpositis raram terram substernunt, per anni plerosque menses huic difficillimae culturae incumbentes. Aliquot oppidula, multi pulchrique vici, frequentes villae arcesque antiquissimae a lacus ipsis ripis usque ad summa rupium cacumina inter vineas emicant, viatoribusque spectaculum grate insolitum offerunt. Istius regionis colles aprici, semet ipsos ab infausto boreae flatu satis tutantes, stirpes plusculas climatibus calidioribus proprias generant. Ibi enim inveniuntur: *Antirrhinum Cymbalaria*, *Arbutus Uva-ursi* (in montanis supra Chexbres et Cully), *Artemisia pontica* (prope Villette), *Balsamita maior* Desf. (*Tanacetum Balsamita* L.; ibidem), *Betula viridis* Chaix (in montibus vinetum coronantibus, v. gr. en Chapotane supra Cully), *Carex gynobasis* Vill. (circa Epesse et supra Cully), *Carpesium cernuum* (prope Cully lectum), *Carthamus lanatus* (inter Cully et Lutry), *Chei-*

ranthus Cheiri, *Chenopodium foetidum* Lam. (à Lutry), *Crataegus Amelanchier* Desf. (*Mespilus* L.; circa Epesse), *Cynodon Dactylon* Rich. (*Panicum*), *Ficus Carica* (ad rupes sponte nascens), *Foeniculum officinale* All. (*Anethum Foeniculum* L.; à la tour de Marsens, parce), *Iris germanica* (in vineis), *Lepidium graminifolium* (L. Iberis Sut.; ad muros, frequens), *Lithospermum purpuro-coeruleum*, *Mentha rotundifolia* (secus vias), *Mespilus Cotoneaster*, *M. tomentosa* Ait. (utraque ad rupes supra Cully), *Ophrys apifera* Huds. (prope Epesse), *Sedum Telephium* β (*S. maximum* Sut.), *Silybum marianum* Gaertn. (*Carduus* L.; prope Ryez infrequens), *Sinapis alba* (inter Corsy et Cherin supra Lutry passim colitur), *Stachys arvensis* (prope Lutry), *Trifolium rubens* (inter Epesse et Chexbres), *Viola odorata* β *leucantha* (ad muros).

Veche, mons Ticinensis 5 leucis ab urbe Lugano distans. Ad eius rupes provenit *Cactus Opuntia.*

Venoge (La). V. Vaudensis pagus et St. Sulpi.

Verbanus (il lago Maggiore, le lac Majeur, der Langensee), pulcher celebrisque Italiae superioris lacus ex maxima parte inter regis Sardiniae ditionem et Insubriam Austriacam situs. Tractus eius euro-borealis, vulgo Locarnensis lacus nomine designatus, craterem proprium ad formam ovalem accedentem efficit, et intra Helvetiae limites contentus, ad pagum Ticinensem pertinet. Lacus Verbanus a vico Magadino, prope Ticini ostium, usque ad oppida Palanza et Laveno austro-occidentem petit. Ibi subito dilatatus, occidentem versus amplum emittit sinum, ad cuius ingressum sitae sunt illae Borromaeorum insulae. Infra hunc sinum ad 2 l. longum, lacus in limites paulo arctiores redactus, omnino ad austrum convertitur, ac tandem prope Sextas Calendas (Sesto Calende) desinit. Vix usquam, sinu illo occidentali haud computato, 2 l. latus est; longitudine autem 16 l. metitur. Pars eius australis, ad insulas Borromaeas

incipiens, nobis omnium pulcherrima visa est. Ibi primum in ripa dextra viatorum oculis adparet magnus vicus Belgirate, nitidis villis, quarum praelongos hortos, in amphitheatrum quasi suspensos, Hesperiae arbores nobilissimae obumbrant, ornatus, scenamque amoenissimam ostentans. Tum pulchrum oppidum Arona divique CAROLI BORROMAEI colossus collibus supra urbem exsurgentibus insidens.

Lacus navigatio satis secura esse dicitur; navigiorum laudatur structura, sed velorum forma displicet. Ceterum, Verbanum, ut alios Insubricos lacus, naves vaporis vi actae adsidue sulcant. Pisces quidem permultos, sed ob carnem insipidiorem neglectos, alit.

Littora Verbana scientiae amabilis curiosis pulchram largamque stirpium insigniorum messem pollicentur, neque, ut putamus, eorum divitiae hucusque rite exploratae fuerunt. Interim saltem citantur: *Androsaemum officinale* All. (*Hypericum Androsaemum* L.), *Arabis Halleri* H (*Ar. stolonifera* Hornem.; circa Belgirate), *Campanula spicata* (in vineis), *Carex brizoides* (inter Aronam et Belgirate; circa Luino), *Cirsium spathulatum* N. (*Cnicus* Moretti; unice prope Aronam repertum), *Cotyledon Umbilicus* Lam. (circa Belgirate; huic stationi perinde propria), *Cytisus hirsutus* (supra Aronam, in adscensu ad colossi collem), *Galium vernum* Scop. (*Valantia glabra* L.), *Genista scoparia* Lam. (*Spartium* L.; infra Sesto in ericetis copiosissime), *Lythrum Salicaria* β *angustifolium* (ad littorum rupes, ubique; nitida varietas cis Alpes desideratur), *Nasturtium pyrenaicum* R. Br. (*Sisymbrium* L.) β *maius* (circa Sextas Calendas), *Olea europaea*, *Paronychia verticillata* Lam. (*Illecebrum* L.; Aronae; in Helvetia cisalpina omnino deficit), *Serapias Lingua* (prope Aronam; pulchra stirps, mere Insubrica), *Symphytum tuberosum* (inter Aronam et Belgirate).

Verchier. V. Ollon.

Vercoren, vicus Valesiae mediae, haud procul Seduno distans, et in amoena convalle, pulchris ali-

quot villis ornata, prope vallis Anniviers ingressum situs. In ipso vico nascitur rarissimum *Geranium divaricatum* Ehrh.; in sylva inter hunc locum et Pensec *Blitum virgatum* et *Pyrola uniflora*. Altius in colle a Vercoren sesquileuca distante cruceque coronato frequens legitur *Astragalus exscapus*. Denique circa Vissoie, vallis Anniviers caput, ubique *Rubia tinctoria* reperitur.

Verneya, pagulus Valesiae inferioris, ad Rhodani ripam sinistram, prope locum, ubi torrens Trient ex faucibus rupestribus subito erumpit ac statim cum flumine coniungitur, situs. — Circa Verneya occurrunt: *Bidens cernua*, *Ophrys Monorchis* (etiam prope Courvieux).

Vernier. V. Geneva.

Verreaux (Les), mons alpinus, urbi Vivisco imminens. Ibi citantur: *Hieracium aurantiacum*, *H. cymosum β aurantiacum*, *H. multiflorum* Schl., *Myosotis alpestris* Schmidt *β (M. suaveolens* W. et K.), *Vicia sepium β nana*.

Verrières (Les), magnus vicus submontanus, partim in pago Neocomensi, partim in Gallico dominio, inter les Bayards et arcem Joux situs. In pratis Rolliers dictis, ad utramque ditionem pertinentibus, frequens occurrit *Centaurea nigra*, stirps intra nostros limites rarissima. Etiam locis rupestribus v. gr. in medio rupium pariete ad cuniculi Temple des fées dicti finem, amoena legitur *Androsace lactea*.

Versoix, oppidulum pagi Genevensis, anno 1815 a dominio Gallico separatum, agro Vaudensi conterminum, ac secus Lemani ripas situm. Sub ultimis Ludovici XV annis, regni administratores decreverant ibi magnum ac celebre emporium condere. Iamiam urbis novae circumscriptio, viarumque rectarum lineae concinnae et parallelae, magnum spatium prope veterem pagulum, vix nisi tuguriis deformibus immundisque constantem, occupabant. In hocce vano ambitu statim aliquot pulchrae domus aedificatae sunt;

magnus tandem securissimusque portus, duplici muro munitus, urbis simulacrum insignivit. Sed aulae inconstante aura subito immutata, inceptum subridiculum penitus omissum fuit. Sub Genevensi paterno regimine hic locus magnum iam cepit incrementum. Pulcher quoque ac commodus situs, mercium transitus et nonnullae fabricae multum ad incolarum prosperitatem conferunt. Regionem vicinam elegantissimae villae decorant. — Plantae rariores: *Bromus squarrosus γ humilior* (prope officinas lateritias, secus lacus ripas), *Inula hirta* (rarissima), *Ornithogalum pyrenaicum*, *Rosa gallica* I *pumila*, (in sylvis Ferney versus), *Scirpus Holoschoenus.*

Versovia (La Versoix), pulcher amniculus, cuius aquae limpidissimae delicatas alunt tructas, prope Divonam, in amoenissima regione scaturit. Mox supra Bougis in duos ramos dividitur, quorum maior inter Galliam pagumque Vaudensem per 2 leucarum tractum limitem efficit; tunc agrum subit Genevensem, postque brevem cursum infra sui nominis vicum in Lemanum effunditur. Ramus minor pagum elegantissimum Céligny, ditionis Genevensis, eiusque pulchrum agrum irrigat. V. Divonne, Versoix.

Vervey, pagulus agri Vaudensis, inter Roche et Aquileiam, nec procul a via regia situs. Magnae paludes vicinae earumque fossae stirpibus raris abundant. Ibi potissimum observatae fuerunt: *Arundo montana* N. β (*Ar. pseudo-arundinacea* Schl.; ad lacunam), *Carex hornschuchiana* Hoppe (*fulva* agr. helv.), *C. Pseudo-Cyperus*, *Cirsium rigens* N. (*Carduus* Gmel., *C. tataricus* Sut.), *Cladium Mariscus* R. Br. (*Schoenus Mariscus* L.), *Gentiana Pneumonanthe*, *G. utriculosa*, *Hydrocotyle vulgaris*, *Laserpitium prutenicum*, *Samolus Valerandi*, *Scabiosa Succisa β* floribus albis, *Schoenus albus*, *Sch. ferrugineus*, *Scirpus setaceus*, *Sc. triqueter*, *Serratula tinctoria*, *Spiranthes aestivalis* Rich. (*Ophrys* Balb.), *Trifolium filiforme*, *Tr.*

ochroleucum, *Viola hirta*, *V. montana* III (*V. Ruppii* All., *V. stagnina* Kit.), *V. palustris* (le Furet versus).

Vesena, Vesenum. V. Wesen.

Vétroz, Valesiae mediae pagulus ad viam regiam, qua Octodurum itur, inter Sedunum et Ardon situs. Prope hunc locum inveniuntur: *Adonis autumnalis*, *Ad. vernalis*, *Clematis recta*, *Festuca bromoides*, *Myagrum perfoliatum*, *Neslia paniculata* Dec. (*Myagrum* L.), *Polycnemum arvense*, *Rosa gallica* I *pumila*.

Vettis, vicus Sancto-Gallensis in Sarunetorum regione ad amnem Taminam Calandaeque pedem borealem situs. Ibi provenire dicuntur: *Anchusa angustifolia* (Melimpsch versus), *Coronilla vaginalis* Lam. minima auct.), *Linnaea borealis?* (inter Vettis et Valenz; nuper non visa), *Neslia pariculata* Dec. (*Myagrum* L.).

Vettnerberg, Abbatiscellanorum (?) mons, ubi rarum *Hieracium pilosellaeforme* Hoppe repertum fuit.

Vevey. V. Viviscum.

Via mala, nomen faucium rupestrium angustissimarum, ac fere sesquileucam longarum, quas Rhenus posterior, valle Sexamniensi relicta, in horrendi praecipitii fundo percurrit. Flumen, prope Rongella, ex istis pylis erumpens, pulchram efficit cataractam. In eo asperrimo rupium hiatu per seculum quindecimum, via iumentis carrisque levioribus accessa, difficilis quidem, sed neutiquam adeo mala, ut ex nomine locorumque natura suspicari posses, excisa est, quam omnes viatores mercesque Curia per montem Spelugam aut Bernardinum Italiam petentes, sequuntur. Supra Rhenum quasi suspensa, plus semel ex altera ad alteram transilit ripam; pontes utrumque littus iungentes stupenda altitudine (elatissimus nempe 480 pedes altus esse perhibetur) audacique structura, cum istarum angustiarum horrore sublimi congruunt, omniumque admirationem excitant. In imo abyssi fundo iratas flumen undas volvit, nec nisi earum fragore terrifico, aut subinde vaporum in quos resolvuntur

nubibus, percipitur. Prope secundum pontem, fere sub pedibus viatoris, a rupe subito solutum in ingentem profundamque crateram desilit.

Secus viam aliquot plantae rupestres et subalpinae proveniunt. *Linnaeam borealem*, ut putabatur, ibi falso ab amiciss. Suter indicatam, nuperrime revisit Cl. Coquebert de Montbret. Etiam citari merentur: *Brassica Erucastrum*, *Circaea alpina* (ad rupes madidas laetissime vegetans grataque efficiens pulvina), *Luzula lutea* Dec. (*Iuncus* All.), *L. nivea* Dec. (*Iuncus* L.), *Phyteuma corniculatum* Clairv. I (*Ph. Scheuchzeri* All.), *Potentilla caulescens*, *Pyrola uniflora*.

Via nova. V. Chemin neuf.

Vidy. V. Lausanna.

Villa, pulcher vicus ditionis Pedemontanae, ad viam inter lacum Verbanum et Domo d'Ossola, unde mons Sempronius petitur, situs. Domo versus collis ad dextram exsurgit, in cuius clivo *Montia fontana* observata est.

Villefranche, ital. Borgofranco, oppidum imae vallis Praetoriae, paulo supra Eporediam (Ivrée) situs. Ibi occurrunt *Avena loeflingiana*, *Inula montana*.

Villeneuve. V. Pennilucus.

Villeneuve, vicus in ramo occidentali vallis superioris Praetoriae, inter Courmayeur et Augustam situs. Regio vicina, soli calidissimo subiecta, plantas non paucas australes producit. Inter hunc locum et Augustam a nobis frequentes lectae fuerunt: *Asparagus officinalis*, *Geranium ciconium*, *Gnaphalium luteo-album*, *Lactuca augustana* All. (St. Pierre versus), *Ononis Columnae* All. (*On. minutissima* Sut.), *Plantago arenaria* W. et K. (*Pl. Cynops* Sut.), *Poa Eragrostis*, *Tragus racemosus* Desf. (*Cenchrus* L.), *Tribulus terrestris*. — V. Courmayeur.

Vispa, germ. Visp, Vispach, gall. Viége, oppidum Valesiae superioris, 2 l. infra Brigam, ad Rhodani littus sinistrum et in utraque amnis Vispae

(die Visp) ripa situm; ob amoenos colles, quibus partim insidet, ac templis veteribusque arcibus superbiens, extrorsum, sed nonnisi eminus, iucundissimum ostentat prospectum. Sed ipsae viae, praecipue inferiores, tortuosae, angustae et squalidae displicent; ingentium quoque paludum vicinia, aestate ad autumnum vergente, aërem viciat, et insectorum molestissimorum magnam gignit copiam. Ex transitu mercium, quae per montis Sempronii viam vehuntur, incolae quaestum faciunt. — Plantae rariores: *Chenopodium Botrys*, *Crepis tectorum β integrifolia* (tum species, tum varietas rarissima), *Dictamnus albus* (Turtig versus), *Lactuca virosa*, *Poa distans* (Valesiae mediae propria), *Sonchus palustris*, *Sisymbrium Irio* (ad coemetorii muros; alibi intra nostros limites occurrere, non constat).

Visper-Thal. V. D. Nicolai vallis, Saas, Zermatten.

Vitodurum, Winterthur, egregium oppidum ditionis Tigurinae, ipsoque excepto Turico, totius pagi facile princeps emporium. Fere 4 l. ab urbe, eurum versus, ad viam qua Sancto-Gallum itur, situm est, et parum a vico Ober-Winterthur, veriori, ut perhibent, veterum Vitoduro distat. Hic locus duabus latissimis, quas ad angulos rectos senae aliae minores intercipiunt, viis constans, inter Helvetiae elegantissima oppida utique recenseri meretur. Pulchrum templum, ornatissimam curiam, hospitia in pauperum aegrorumque usum optime instructa, amplam bibliothecam cum locuplete nummorum veterum collectione, scholas publicas ad rectissimam normam institutas, aedesque multas privatorum luculentissimas possidet. Cives totis viribus ac felicissimo successu commercio et industriae incumbunt. Magna celeberrimaque fabrica ingentem acidi nitrici vim multaque alia praeparata ad chemiam spectantia conficit. Denique pictores, sculptores, musici, ut et omnes fere artifices operariique singulis suis artibus excellunt ac nobili aemu-

latione cum ipsis Tigurinis civibus certant. In pulchra Cl. Ziegleri collectione series plerarumque avium in Helvetia degentium optime praeparataram conservatur.

Iam a multis annis Celeberr. de Clairville, peritissimus entomologicae scientiae magister, ac florae helveticae enchiridii aliorumque botanicorum libellorum meritissimus auctor Vitoduri vitam agit.

Regio urbi vicina climate temperato gaudet, ac totius pagi optimum vinum proferre dicitur. Eam villae elegantissimae, horti pulchri amoenissimaque ambulacra decorant. Colles quoque nonnulli, parum a moenibus distantes, ambulatoribus gratissimos offerunt prospectus.

Plantae rariores: *Antirrhinum striatum* Lam., *Cytisus nigricans*, *Erysimum cheiranthoides*, *Gentiana asclepiadea*, *Geranium phaeum*, *Helleborus viridis* (circa arcem Kyburg), *Hemerocallis fulva*, *Leersia oryzoides* Willd. (*Phalaris* L.), *Margarita Bellidiastrum* N. (*Doronicum* L.), *Staphylea pinnata*, *Viola mirabilis*.

Viviscum, Vevey, germ. Vivis, urbs pagi Vaudensis, ad regionis vitiferae la Vaux limitem orientalem, iuxta Lemani ripam sita, post Lausannam principem inter municipia Vaudensia locum obtinet. Magnitudine enim viarum, aedificiorumque elegantia, civium industria opulentiaque, ac omnigenis laudabilibus institutis utilitatem communem promoventibus insigniter commendatur. Platea portui contigua, magnisque mercatibus, quo singulis hebdomadibus ex pago Friburgensi, Valesia Sabaudiaque, omnium vicinorum locorum incolae frequentissimi confluunt, destinata, Helvetiae totius facile maxima pulcherrimaque praedicari potest. Inde, secus lacum porriguntur viae longae, iustae latitudinis, singularis munditiei, multisque bellis aedibus ornatae. In media fere urbe inveniuntur D. Clarae templum, curia urbana, ac pristinorum praefectorum praetorium. St. Martini templum, ubi tantum per menses aestivos sacra celebrantur, magnae

areae antiquis arboribus consitae contiguum alto colli supra urbem exsurgenti insidet. Ibi lacus eiusque amoenissima littora, sublimibus Alpium scopulis subiecta scenam efficiunt pulcherrimam. In ipso templo iacet EDMUNDUS LUDLOW, Anglus, unus e CAROLI I judicibus; huic fidelissima coniux ibi monumentum marmoreum erexit, cum longo encomio seu epitaphio, quo scilicet quatenus invictae virtutis vir et acerrimus arbitrariae potestatis impugnator summis extollitur laudibus.

Scholae, tum primariae, tum superiores optime institutae sunt, ut adolescentes ingenui in veteribus linguis scientiarumque clementis erudiantur, atque porro hinc ad academiam Lausannensem promoveri possint. Aliquot societates utilitati publicae curam adsiduam impendunt, et multum ad meliorem hospitiorum administrationem, pauperumque meliorem conditionem conferunt. Praeter bibliothecam urbanam, litteraria societas et ampliss. de JOFFREY librorum collectiones possident. Cl. LEVADE, M. D., pulchrum et locupletem adparatum ad naturae scientias spectantem adservat.

Vivisci degunt nonnulli pictores aliique artifices. Cl. DORET celebrem habet officinam, ubi, cum italica, tum ea, quae suppeditant Aquileiensium fodinae, marmora poliuntur, et ad varios usus praeparantur. Ceterum cives mercaturae ramos plures excolunt, et magnas inde divitias conquisiverunt. Coeli mitissimi clementia, aëris salubritas, situs pulcher, et incolarum mores amoeni iam a priscis temporibus peregrinis adeo adriserunt, ut ibi vulgo diuque commorari ament, sicque civium prosperitatem insigniter augeant.

Situ quo gaudet Viviscum nil pulchrius: eo respectu, me quidem iudice, ceteras omnes pagi partes longe superat. Ibi lacus crystallinum aequor magnificum efficit craterem, ad austrum eurumque altissimis ac vere stupendis Alpium molibus subiectum.

Prope vicum Sabaudum Meillerie excelsissimi rupium parietes ex ipsarum undarum sinu exsurgere videntur, ac praecipue per aestatis dies serenas ab ultimis solis ignibus illustratis nitore incredibili fulgent, ac simul cum tot tantorumque scopulorum sublimi scena, oculis spectaculum unicum et vere incomparabile offerunt. Littus ipsum Vaudense ad totius Helvetiae regiones amoenissimas pertinet. Sub montium alto tegmine ab infausto aquilonis flatu defensa, tellus felix pulcherrima pollet vegetatione. Vineae, arva, prata fertilibus arboribus consita, colles gratissimi placidaeque valles, arces antiquae, elegantissimae villae, frequentes opulentique pagi adspectus ac formarum iucundissimarum mira varietate ex omnibus partibus spectatorem dulcis admirationis sensu adficiunt.

Agri Viviscensis Flora plantarum, quas gignit, pulchritudine copiaque ceteris Lemanicae planitiei partibus longe praestat, quippe quae non solum australes, sed etiam non paucas alpinas frigidasque stirpes possideat. Eam solicite exploravit amiciss. Reynier, cui adhuc iuveni deliciis fuerat: vergente iam aetate, post longos annos in patriam redux, investigationes pristinas non sine uberrimo fructu renovavit, ac urbis patriae plerasque plantas collegit. Hanc provinciam sibi quoque sumpserunt Cl. Tardent, et Rev. Phil. Bridel iunior, qui mecum stirpium insigniorum in ea regione provenientium nomina speciminaque humanissime communicaverunt. Hic praecipuas indicare sufficiat. 1) Circa urbem passim proveniunt: *Allium angulosum* I *petraeum* (semel visum), *All. carinatum*, *All. oleraceum*, *Amaranthus Blitum*, *Am. sylvestris* Desf., *Anemone ranunculoides*, *Anthemis Cotula* (en Gilamon, inter sata), *Antirrhinum maius*, *Arabis muralis* Bert., *Ar. Turrita*, *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Aspidium fragile* Sw. γ (*Polypodium rhaeticum* Vill.), *Aster Novi-Belgii* (au Rouvenaz, spontaneum), *Astrantia maior* (prope Glérolles), *Atriplex angustifolium* Sm. (*patula* Sut.), *Bras-*

sica Erucastrum (Sisymbrium obtusangulum Schl.), *Briza minor* (a Cl. Tardent ad arvorum aridiorum oram, septentrionem versus inventa; gramen ceterum in Helvetia nec cis Alpes, nec alibi visum!), *Bunias Erucago*, *Camelina sativa* Crantz *(Myagrum* L.), *Campanula persicifolia* (Châtel versus), *C. pusilla* Haenke *(caespitosa* Vill.), *Castanea vulgaris* Lam., *Centaurea Crupina* (en Gilamon, parcissime), *C. solstitialis* (nonnisi valde infrequens), *Cerastium tomentosum* (supra urbem: Cl. Tardent), *Cervaria glauca* N. *(Athamanta Cervaria* L.), *Chaerophyllum aureum*, *Ch. hirsutum* (ad rivum Oyonne), *Cheiranthus Cheiri* (ad urbis muros), *Chenopodium murale*, *Ch. polyspermum*, *Chlora perfoliata*, *Cornus mascula*, *Corrigiola littoralis* (citante Gagnebin; rarissima stirps, nuper nonnisi a Cl. Tardent visa), *Cratàegus Amelanchier* Desf. *(Mespilus* L.), *Cr. torminalis*, *Cyclamen hederaceum* Ait. (teste Cl. Tardent; plantam tamen prope Roche provenientem neque, ut putamus, alibi visam, fortasse in mente habuit), *Cynodon Dactylon* Rich. *(Panicum* L.), *Cyperus longus* (à l'île Heureuse; rarus), *Diplotaxis tenuifolia* Dec. *(Sisymbrium* L.), *Dryas octopetala* (au Devin, proxime urbem!), *Echinospermum Lappula* *)? Lehm. *(Myosotis* L.; nuper non visum), *Epipactis rubra* Sw. *(Serapias* L.), *Erysimum virgatum* Roth (perrarum), *Geranium sanguineum* (à Rivaz et Châtel versus), *G. sylvaticum*, *Helianthemum Fumana* Desf. *(Cistus* L.), *Hemerocallis fulva*, *Hieracium florentinum* All. II *(H. piloselloides* Vill.), *H. rupestre* All. (inventum misit Cl. Tardent), *Holosteum umbellatum*, *Iberis pinnata* (infrequens), *Impatiens Noli-tangere* (au Châlet), *Inula salicina*, *Lathraea Squamaria*, *Lepidium*

---

*) Hancce speciem, circa Octodurum, Agaunum Monthey, Colombey, Vouvry, St. Tryphon, ut inter Aquileiam et Yvorne neutiquam infrequentem, tum Vivisci, tum Lausannae, ubi citata est, frustra quaesivit Cl. Leresche.

graminifolium (L. Iberis Sut.), *L. sativum*, *Levisticum officinale* Koch *(Ligusticum Levisticum* L.; supra Tercier), *Leucoium vernum* (circa Glérolles, in pomariis), *Lithospermum purpuro-coerulum* (prope St.-Saphorin), *Lonicera Caprifolium*, *Lotus siliquosus*, *Lycium afrum* (hinc inde ex hortis elapsum), *Matricaria Chamomilla*, *Melampyrum nemorosum* (stirps rara), *Mentha viridis*, *Mylinum Carvifolia* N. *(Selinum* L.), *Myosotis sylvatica* Ehrh. (frequens), *Oenanthe peucedanifolia* Poll. (prope Buri), *Ophrys anthropophora*, *Ophr. apifera* Huds., *Ophr. arachnites* Hoffm., *Ophr. Monorchis*, *Ophr. myodes* Jacq., *Orchis fusca* Jacq., *Orch. laxiflora* Lam., *Orch. odoratissima*, *Orch. viridis* Crantz *(Satyrium* L.), *Ornithogalum nutans* (olim visum), *Orn. pyrenaicum* (parcissime), *Orobanche minor* Sutt. *γ glaberrima* (ad viam regiam St. Saphorin versus), *Orobus niger* (Châtel versus), *Pinguicula alpina*, *Polygala amara*, *Polytrichum aloides* Hedw., *Potentilla Fragaria* Poir. *(Fragaria sterilis* L.), *Prunus Mahaleb* (circa Buri), *Pulmonaria angustifolia*, *Pyrola minor* (prope Printemeraux), *Ranunculus Philonotis?* Retz (nuper non amplius repertus), *Rosa spinosissima* (?), *Rumex conglomeratus* Schreb. *(Nemolapathum* auct.), *R. pulcher*, *R. sanguineus* I *pictus* (ad quendam rivulum: Cl. Tardent), *Salix repens*, *S. seringiana* N. ♀ *(lanceolata* Ser. non Sm.; rarissima; a Cl. Tardent observata), *S. triandra*, *Salvia glutinosa*, *Saponaria ocymoides*, *Saxifraga aizoides (autumnalis* Sut.; au Devin, proxime urbem!), *Scabiosa arvensis δ integrifolia*, *Senecio viscosus*, *Serratula tinctoria*, *Silene gallica* (au Gilamon; rara), *Silybum marianum* Gaertn. *(Carduus* L.; ad urbis muros), *Sorbus aucuparia*, *Sparganium natans* (ad officinam lateritiam), *Spergula arvensis* (ibidem), *Stachys arvensis*, *Stipa capillata*, *St. pennata* (non amplius occurrere videtur), *Tamarix germanica*, *Thesium linophyllum β (Th. intermedium* Schrad.; au Devin), *Tilia microphylla* Vent., *T. platyphyllos* Vent., *Valeriana tripteris*, *V. rubra* (ad rupes urbis-

que muros : Cl. Tardent), *Verbascum nigrum*, *Veronica agrestis* H. (*V. pulchella* Bast.), *V. scutellata* (ad officinam lateritiam). — 2) Prope les Gonelles, ad lacum, occidentem versus : *Anagallis tenella* (olim ibi, ad rupem uliginosam, orientem versus, visa), *Apium graveolens* (semel inventum), *Artemisia pontica* (stirps rarissima), *Ceterach officinarum* Willd. (*Asplenium Ceterach* L.), *Iris germanica* (ad rupes), *Mentha rotundifolia*. — 3) Circa la Tour de Peylz, ad orientem : *Arenaria fasciculata* Jacq. (*Alsine mucronata* Sut. ; inter la Tour et Montreux), *Gentiana Pneumonanthe* (aux Bassets), *Geranium palustre* (prope la Tour, et la Maladière), *Heliotropium europaeum*, *Oxalis stricta* (à la Doie, parce), *Polygala Chamaebuxus* (au Bassets), *Prunus Mahaleb* (Montreux versus), *Scutellaria galericulata* (aux Bassets), *Senecio viscosus*, *Silene noctiflora* (inter urbem, la Tour et Montreux, loco dicto en Berange, parce), *Tanacetum vulgare*, *Trifolium medium* (à la Maladière), *Ulex europaeus* (inter la Tour et urbem ; praerarus). — 4) Circa Chailly, borea-eurum versus : *Aspidium Thelypteris* Sw. (*Polypodium* L.), *Oenanthe peucedanifolia* Poll., *Spiranthes aestivalis* Rich. (*Ophrys* Balb.), *Taxus baccata* (ad villam Châtelard), *Thalictrum flavum*, *Vinca maior* (Châtelard versus ; rarissima). — 5) Prope Hauteville, supra urbem : *Allium angulosum* β (*All. senescens* L.), *Antirrhinum Cymbalaria*, *Centaurea solstitialis* (parcissime), *Cirsium rigens* N. (*Carduus* Gmel., *C. tataricus* Sut.), *Epipactis ensifolia* Sw. (*Serapias* Sm. ; in sylvula vicina), *Ep. grandiflora* Sw. (*Serapias* L. ; ibidem), *Ervum hirsutum*, *Erv. tetraspermum*, *Hemerocallis fulva*, *Iberis pinnata*, *Malva moschata*, *Oxalis stricta* (infrequens), *Scilla bifolia*, *Sedum Telephium*, *Serratula tinctoria*. — 6) In monte humili, les Pleyades vel Pleyau, supra urbem : *Acer platanoides*, *Cacalia alpina* Jacq. (*glabra* Sut.), *Epilobium palustre*, *Gentiana asclepiadea*, *G. lutea*, *Gnaphalium dioicum*, *Neottia* (*Ophrys* L.) *cordata* Rich. (rara), *N. Nidus-*

avis Rich., *Potentilla aurea (Halleri* Ser.), *Spiranthes aestivalis* Rich., *Sp. autumnalis* Rich. *(Ophrys* Balb., *Ophr. spiralis* L.), *Ranunculus aconitifolius*, *Sedum villosum* (rarum), *Swertia perennis*, *Thalictrum aquilegifolium*, *Tussilago alba*, *Veronica montana*. — 7) Ad speluncas les Toveyres, supra urbem: *Inula Vaillantii* Vill. (rara), *Ophrys anthropophora*, *Ophr. apifera* Huds., *Ophr. arachnites* Hoffm., *Orchis odoratissima*, *Pinguicula alpina*, *Spiranthes aestivalis* Rich., *Teucrium Scorodonia*, *Tofieldia calyculata* Wbg. *(Anthericum* Sut.). — 8) Circa St.-Légier, supra urbem: *Adoxa Moschatellina* (prope la Chiésaz), *Anthemis Cotula* (aux Veyres; rara), *Cardamine impatiens*, *Centaurea Crupina* (aux Veyres; parcissime), *Ceterach officinarum* Willd. *(Asplenium Ceterach* L.), *Cypripedium Calceolus* (supra vicum), *Dipsacus pilosus*, *Geranium phaeum* (ut et prior à la Chiésaz), *Malaxis Loeselii* Sw. *(Ophrys* L. *Ophr. liliifolia* Sut.), *Orobanche ramosa*, *Spiranthes autumnalis* Rich., *Trifolium ochroleucum*. — 9) Circa Blonay, supra St.-Légier, euroboream versus: *Actaea spicata*, *Althaea hirsuta*, *Astragalus glycyphyllos*, *Crataegus Amelanchier* Desf., *Dentaria pinnata* Lam. *(heptaphyllos* Sut.), *Geranium phaeum*, *Gnaphalium Stoechas?* (olim visum), *Iberis pinnata*, *Lathraea Squamaria*, *Lathyrus Cicera*, *Leucoium vernum*, *Mentha gentilis* (rara), *Narcissus poëticus*, *Oxalis stricta*, *Trifolium ochroleucum*. — Ibidem circa speculam signiferam (au Signal): *Ophrys apifera* Huds., *Orchis pyramidalis* (rara), *Polygala Chamaebuxus*, *Spiranthes autumnalis* Rich. — 10) Supra urbem borea-occidentem versus, et quidem a) prope Corsier: *Amaranthus sylvestris* Desf., *Asperula arvensis*, *Galanthus nivalis*, *Malvea Alcea* (aux Monts), *Melampyrum nemorosum*. — b) Ad vicum Chardonne: *Lycopodium clavatum*, *Malaxis Loeselii* Sw. — c) in eiusdem nominis monte: *Circaea intermedia* Ehrh. (rara), *Polygala Chamaebuxus*, *Senecio sylvaticus*. — 11) Prope Jongny supra Corsier: *Asplenium septentrionale* Sw.

(*Acrostichum* L.), *Aspidium Thelypteris* Sw., *Brassica Erucastrum*, *Calamintha officinalis* Moench. (*Melissa Calamintha* L.) var. rara floribus albis, *Carex teretiuscula* Good. (*diandra* Sut.), *Caucalis daucoides*, *Comarum palustre*, *Convallaria verticillata*, *Drosera rotundifolia*, *Eriophorum vaginatum*, *Euphrasia lutea* (rara), *Iberis amara*, *Lycopodium inundatum*, *Melampyrum nemorosum*, *Moehringia muscosa* (ad officinas lateritias), *Molinia coerulea* Koel. (*Melica* L.) γ *flavescens*, *Ribes alpinum* (ad off. lateritias), *Salix repens*, *Scutellaria galericulata*, *Sedum Telephium* β (*S. maximum* Sut.), *Sparganium natans*, *Thysselinum palustre* Hoffm. (*Selinum* L.), *Viola montana* III (*V. Ruppii* All.), *V. pumila* Chaix γ (*V. ericetorum* Schrad.; rara). — 12) A la tourbière du Barussel supra Jongny: *Andromeda polifolia* (copiose), *Comarum palustre*, *Drosera rotundifolia*, *Malaxis Loeselii* Sw., *Potamogeton pusillus*, *Scutellaria galericulata*, *Sparganium natans*, *Typha latifolia*, *Utricularia vulgaris*, *Vaccinium Oxycoccos*, *V. uliginosum*. — 13) Secus torrentem la Veveyse et ad eius glareas: *Brassica Erucastrum*, *Diplotaxis muralis* Dec. (*Sisymbrium* L.; rara), *Epilobium Dodonaei* Vill. (*rosmarinifolium* Haenke), *Hieracium fallax* Willd., *H. glaucum* All. (infra Corsier), *H. sabaudum*, *H. staticefolium* Vill., *Hippophaë rhamnoides*, *Hypericum montanum*, *Margarita Bellidiastrum* N. (*Doronicum* L.), *Mentha viridis*, *Polygala Chamaebuxus*, *Pyrola rotundifolia*, *Tamarix germanica*. — 14) Ad balneum l'Alliaz s. Lalliaz supra Blonay: *Aconitum Lycoctonum*, *Circaea intermedia* Ehrh., *Galium rotundifolium*, *Gentiana asclepiadea*, *Impatiens Noli-tangere*, *Lychnis sylvestris* Hoppe (*dioica* β floribus rubris Sut.), *Ranunculus lanuginosus*, *Scleranthus annuus*, *Stachys alpina*, *Vicia sylvatica*. — 15) In alto monte alpino Naye, supra Viviscum: *Alchemilla alpina*, *Anemone vernalis*, *Arbutus Uva-ursi*, *Arenaria verna*, *Arnica scorpioides*, *Artemisia valesiaca??* All. (in praecipitio M. Bonaudon versus), *Aster*

alpinus, *Astragalus Onobrychis*, *Bupleurum ranunculoides*, *Campanula Allionii?* Vill., *C. barbata*, *C. thyrsoidea*, *Delphinium intermedium* Ait. (*elatum* Sut.) II *alpestre*, *Dryas octopetala*, *Epilobium alpestre* Schrank γ (*Ep. trigonum* Ludw.), *Erigeron alpinus*, *Eryngium alpinum*, *Geum montanum*, *Hedysarum obscurum*, *Helianthemum oelandicum* Dec. (*Cistus* L.), *Hieracium aurantiacum*, *H. cymosum* β *aurantiacum*, *H. montanum* Jacq. (*Hypochoeris pontana* L.), *H. prenanthoides* Vill. III *cydoniaefolium* (*H. molle* Sut.), *Imperatoria Ostruthium*, *Myrrhis odorata* Scop. (*Scandix* L.), *Orchis albida* All. (*Satyrium* L.), *Oxytropis* (*Astragalus* L.) *campestris* Dec., *Ox. montana* Dec., *Pedicularis tuberosa*, *Phaca australis*, *Ph. frigida* Jacq., *Ranunculus Thora* (pone Naye M. Chaude versus), *Rumex arifolius* All., *Saxifraga androsacea*, *Sedum atratum*, *Silene acaulis*. — 16) In ceteris Alpibus urbi imminentibus: *Allium Victorialis*, *Arenaria biflora*, *Androsace* (*Aretia* L.) *alpina* N., *Andr. helvetica* N., *Astrantia minor*, *Atropa Belladonna*, *Bupleurum graminifolium??* Vahl, *Centaurea montana*, *Cervaria glauca* N. (*Athamanta Cervaria* L.), *Convallaria maialis*, *Cypripedium Calceolus*, *Digitalis grandiflora* Lam. (*ambigua* Sut.), *D. lutea*, *Dryas octopetala*, *Eryngium alpinum*, *Genista germanica*, *Gentiana Amarella* (*germanica* auct.), *G. ciliata*, *Goodyera repens* R. Br. (*Satyrium* L.), *Hieracium cymosum* β *aurantiacum*, *H. multiflorum* Schl. (utrumque in M. Verreaux), *H. valde-pilosum* Vill., *Lappa maior* Gaertn., *Lilium Martagon*, *Lithospermum purpuro-coeruleum*, *Malaxis Loeselii* Sw., *Melampyrum pratense*, *Ophrys Monorchis*, *Ophr. myodes* Jacq., *Orobus luteus*, *Paris quadrifolia*, *Pedicularis tuberosa*, *Phaca australis*, *Pimpinella magna* II (*P. rubra* Hoppe), *Rhododendrum ferrugineum* α, et β floribus albis (var. perrara), *Rosa alpina*, *Sambucus racemosa*, *Saxifraga aizoides* (*autumnalis* Sut.), *S. rotundifolia*, *Scabiosa sylvatica*, *Sonchus Plumieri* (aux Angeurs; rarissimus), *Thesium linophyllum* β

(*Th. intermedium* Schrad.), *Tozzia alpina*, *Trollius europaeus*, *Vicia sylvatica*. — V. Jaman, Montreux, Verreaux.

Vogelberg (Der), nomen summi cacuminis montis Iurani Paschwang, in pago Solodurensi siti. Hocce dorsum eurum versus ulterius producitur, atque ibi montes Hauenstein et Schafmatt efficit, per tractum fere 4 leucarum Solodurensem agrum a Basileensi separans. Montis Vogelberg culmen 3720 p. s. m., aut 2940 p. supra Rhenum ad Basileae pontem elevatum est, atque adeo omnes istius Helvetiae borea-occidentalis partis montes altitudine superat. — Plantae rariores: *Androsace lactea*, *Athamanta cretensis*, *Circaea alpina*, *Convallaria verticillata*, *Danthonia decumbens* Dec. (*Festuca* L.), *Erinus alpinus*, *Gentiana asclepiadea*, *G. lutea*, *G. verna*, *Heracleum alpinum*, *Hieracium succisaefolium* All., *Nardus stricta*, *Orchis viridis* Crantz (*Satyrium* L.), *Primula Auricula*, *Silene rupestris*, *Stipa Calamagrostis* Whg. (*Agrostis* L.), *Thlaspi montanum* (in via, quae a sylva Geiten ad vallem M. Vogelberg subiectam ducit), *Valeriana tripteris*.

Voirons (Les), Sabaudiae mons Lemano imminens; cum Arvae vallis occidentem versus a Salaeva dissociat. Rupes eius stratis arenariis cum petra calcarea commixtis constant. Paulo infra culmen 4259 p. s. m. elatum, olim in clivi orientalis tristissima solitudine monachi aliquot benedictini vitam agebant; coenobio autem incendii flammis penitus consumpto, iampridem hanc sedem frigidam deseruerunt. Maximam montis partem ingentes occupant sylvae, ut nonnisi paucissimis locis illa splendida Alpium, totius vicinae regionis pulchrique lacus scena compareat. Quo sane luculentissimo spectaculo, atque adeo pulchriori in proximo Salaeva multo commodius frui poteris. — Praeter multas stirpes cryptogamicas sub ingentium nemorum tegmine laete vigentes in eo monte occurrunt: *Cacalia alpina* Jacq. (*glabra* Sut.), *Chry-*

sosplenium alternifolium, *Linnaea borealis?* (ibi olim a SAUSSUREO visam, serius Vir illustrissimus non amplius reperire potuit), *Malaxis Loeselii* Sw. (*Ophrys* L.; ad montis radices, in Arvae vallis paludibus), *Myrrhis odorata* Scop. (*Scandix* L.), *Neottia cordata* Rich. (*Ophrys* L.), *Thalictrum aquilegifolium*.

Vollége, pagulus imae vallis Bagnes in Valesia inferiori. In eius vicinia ut et prope oppidulum St. Brancher, unde parum distat, citatur rarum *Muscari botryoides* Mill. (*Hyacinthus* L.).

Vorarlberg. V. Rheinthal et Bodamicus lacus.

Vorburg. V. Delémont.

Voutières (Les). V. Ondervilliers.

Vouvry, vicus imae Valesiae, in Rhodani sinistra ripa, ac fere e regione paguli Vaudensis Vervey situs. Prope hunc locum observatae fuerunt: *Acorus Calamus*, *Cactus Opuntia*, *Dentaria pinnata* Lam., *Echinospermum Lappula* Lehm. (*Myosotis* L.), *Gladiolus palustris* N. (Colombey versus), *Laurus nobilis*, *Lunaria rediviva*, *Papaver alpinum* (in Alpibus vicinis), *Tilia platyphyllos* Vent., *Uvularia amplexifolia* (supra vicum).

Vrinthal. V. Ilanz.

Vuarne (Le), rupestris moles Dolae cacumini occidentem versus subiecta. V. Dola.

Vully (Le), regio collina inter Muratensem Neocomensemque lacus contenta, partim ad ditionem Friburgensem, et partim ad Vaudensem pagum pertinens. Cuncta collibus modicae altitudinis constat: quorum amoenissimi clivi lacui Muratensi imminentes, vineis et laetis pomariis undique luxuriantes, ac multis opulentis vicis villisque ornati gratissimum prospectum exhibent. In summo collis Vully vertice legitur *Arbutus alpina*. *Lavandulam Spicam* L. ab HALLERO ibidem, ac speciatim supra vicum Nant citatam, coloni in hortis vulgo colunt, atque Neocomi, Friburgi et

Bernae in mercatibus vendere solent. Spontaneam passim etiam occurrere, mihi confirmatum est.

W.

Wabern, locus agri Bernensis, haud procul ab urbe et supra sylvam Bremgarten situs. Ibi occurrere dicuntur: *Geranium phaeum*, *Lysimachia nemorum*, *Veronica agrestis* H (*V. pulchella* Bast.).

Waldstettarum lacus. V. Lucernensis lacus.

Wallen, perperam pro Kallen, mons ad Florae Basileensis limites in agri Solodurensis confinio inter montes Belchen et minorem Hauenstein situs. Ibi observata est *Valeriana tripteris*, quae in iugi Iurani montibus australibus desideratur.

Wallenburg, oppidulum pagi Basileensis, ad pedem borealem montis maioris Hauenstein, inter Liestall et Solodurensem agrum, in asperrima vallecula situm, et 1290 p. s. Basileam elevatum. Via montana, quae per hocce dorsum Solodurum ducit, incolis nonnihil commodi subministrat. Paulo supra oppidum, ad rupium excelsi parietis pedem mirabilis oritur fons, Neunbrunn dictus, quia per novenas scaturigines aquae ex caverna erumpunt, scenam subalpestrem gratissimumque adspectum praebentes. Plantae insigniores: *Arabis Turrita*, *Archangelica officinalis* Hoffm. (*Angelica Archangelica* L.; rarissima), *Arundo montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Campanula pusilla* Haenke, *Chaerophyllum aureum*, *Cypripedium Calceolus*, *Epilobium tetragonum*, *Globularia cordifolia*, *Hieracium amplexicaule*, *Impatiens Nolitangere* (Ballstall versus), *Laserpitium Siler*, *Melica ciliata*, *Melissa officinalis* (rara), *Polygonum aviculare β saxatile* (ad rupium rimas, arcisque rudera), *Rhamnus pumilus*, *Sedum dasyphyllum*, *S. Telephium*, *Stachys alpina*, *Staphylea pinnata*. — V. Hauenstein.

Wallenstadt, urbs parva pagi Sancto-Gallensis, ad extremitatem orientalem lacus Riparii sita.

Per triginta fere annos crebrae diraeque lacus inundationes eam malis vix tolerabilibus affecerunt, ac nisi mirabilia opera, nobilissimo Eschero Linthiano duce, totius Helvetiae impensis suscepta, tantam denique calamitatem felicissime removissent, miseris civibus pessumdatae domus ocius seriusve deserendae fuissent. Anno 1808 in ipsius oppidi vicis fossae stagnantibus aquis plenae ubique inveniebantur, et ibi ipse plantas multas palustres, quin etiam Acorum observavi. Huic labi nunc efficacissimum levamentum adlatum est. — Rivus die Seez, ad pedem montium Griseorum (die Grauen Hörner) supra Weistannen scaturiens, atque Sarunetorum vallem irrigans, proxime urbem in lacum effunditur; eius alvei cursus tortuosus etiam correctus est, adeo ut ripas amnis haud amplius transiliat. Mercium, quae per Rhaeticas vias ex Helvetia boreali Germaniaque in Italiam transportantur, frequens meatus incolis opulentiae largum benignumque fontem aperit, et oppidi situs ad lacum, ubi merces ex navigiis in plaustra, ac vice versa, transferendae sunt, magnum eis quoque quaestum largitur. Valli vicinae ac ripae lacus boreali iugum impendet subalpestre, cuius montes die sieben Kuhfirsten vel Churfürsten vulgo nuncupantur. In eorum pascuis rupibusque, nec minus in ipsius vallis paludibus et campis multae stirpes rarae proveniunt, quas tum veteres botanici, tum nuper Cl. Wahlenberg sollicite investigaverunt. Citantur nempe: *Acorus Calamus*, *Antirrhinum Cymbalaria*, *Cyclamen europaeum*, *Digitalis lutea*, *Galium uliginosum* (inter urbem et lacum), *Lepidium latifolium*, *Limosella aquatica*, *Potentilla caulescens*, *Ranunculus lingua*. Inter Wallenstadt et Sargans: *Aconitum* quoddum serotinum floribus coeruleis, quorum nonnisi alabastra vidimus, *Salix daphnoides*.

Walperswyl, vicus planitiei Bernensis, ad viam, qua ex urbe Neocomum itur, inter Aarberg et Aneth s. Ins situs. Regio huic loco proxima plantis palu-

stribus abundat; ibi speciatim frequens occurrit elegans *Hottonia palustris.*

Walzenhausen, vicus pagi Abbatiscellani (Ausser-Rhoden), juxta limitem orientalem, Rheguscorum vallem versus, in regione scilicet montana situs, ac potissimum habitationibus sparsis constans. In agris vicinis legitur *Silene gallica.*

Wangen, concinnum planitiei Bernensis oppidulum, ad Arolae ripam dextram infra Solodurum et supra Aarwangen situm. Incolae ex navigatione, mercium expeditione, et industriae artibus questum faciunt. In viciniae paludibus torfaceis observata fuit *Andromeda polifolia.*

Wängenalp, mons quidam, absque dubio Oberlandiae Bernensis (an fortasse idem ac illa Wengern-Alp, valli Lauterbrunnen imminens?), saepius ab Hallero laudatus. Ibi Viro summo teste proveniunt: *Aiuga pyramidalis β (Ai. alpina* Sut.), *Globularia nudicaulis*, *Gnaphalium supinum*, *Hedysarum obscurum*, *Orchis globosa.*

Wasen, vicus pagi Uraniensis ad Gotthardi viam inter Göschenen et Amstäg situs. Ibi aperitur vallis Meyenthal, quam nova via per montis Susten collum in Bernensium valleculam Haselianam Nesselthal tendens, et alpinus amnis Meyenbach, sese in proximam Ursam effundens percurrunt. Huius loci templum 2050 p. s. m. elatum est. Non obstante soli elevatione, incolae ex hortorum cultura aliquem percipiunt fructum; sed eis praecipue perpetuus mercium, quae per utramque viam hucusque carris vehuntur, transitus magno quaestui est. Plantae rariores 1) prope Amstäg: *Buphthalmum salicifolium.* 2) Inter Amstäg et Wasen: *Agaricus* quidam parvulus, pulcherrime miniatus, lamellis flavidis, *Aira flexuosa α* (*A. montana* Sut.), *Lycopodium annotinum*, *L. helveticum*, *Rosa rubrifolia* Vill., *Saxifraga Cotyledon α*, et *β purpurata* (elegantis speciei elegantissima forma!), *S. cuneifolia*, *Sedum saxatile* All., *Sempervivum arachnoi-*

deum. -- 3) Prope Meitschlingen: *Phyteuma betonicaefolium* Vill. — 4) Inter Meitschlingen et Wasen: *Asplenium septentrionale* Sw. (*Acrostichum* L.), *Astrantia minor*, *Campanula pusilla* Haenke, *C. rotundifolia* (in prioris consortio), *Festuca sylvatica* Vill., *Gypsophila repens.* — 5) Inter Wasen et fauces Schöllenen: *Arenaria laricifolia*, *Bupleurum stellatum*, *Carex pulicaris* (rara), *Cerastium arvense* II *strictum*, *Equisetum sylvaticum*, *Festuca varia* Haenke β *flavescens*, *Galium sylvestre* Poll. V *virens* β floribus rubellis (var. rarissima), *Pteris crispa* Sw. (*Osmunda* L.), *Saxifraga aspera* Dec. I *elongata* (*S. aspera* L.), *S. cuneifolia.* — 6) In summo collo M. Susten: *Betula viridis* Chaix (ad clivum Uraniensem), *Pinus cembra* (ad pascua Steinen-Alp).

Wasserfall (die Wasserfalle), mons Iuranus ad pagorum Solodurensis Basileensisque confinium, inter iugum Paschwang et maiorem seu superiorem Hauenstein situs. Eum traiicit via frequentatissima, cuius ope inter utrumque pagum communicatur. Clivus meridionalis parvam vallem Solodurensem Limern dictam, cuius pastores in multis tuguriis optimum caseum praeparant, protegit; borealis autem, ad territorium Basileense pertinens, pulchris fontibus rivulisque abundat: inde monti nomen. Ad speciosam cavernam, quam ignobili nomine (das Schelmenloch) designaverunt vernaculi, elegans cataracta scenam gratissimam efficit. — Mons Wasserfall iam a Bauhinorum seculo inter Botanicos celeberrimus est, quippe qui plantas non paucas insigniores proferat. Ibi potissimum observatae fuerunt: *Agrostis vulgaris* With. γ (*Agr. pumila* L.), *Alchemilla alpina*, *Androsace lactea*, *Anthericum Liliago*, *Arundo halleriana* N., *Ar. montana* N. (*Agrostis arundinacea* Sut.), *Astrantia maior*, *Athamanta cretensis*, *Ath. Libanotis* β *maior*, *Campanula pusilla* Haenke, *C. valdensis* All., *Centaurea montana* β floribus albis, *C. Scabiosa* β floribus albis, *Chaerophyllum hirsutum*, *Circaea alpina*, *Cochlearia saxa-*

tilis Lam. (*Myagrum* L.), *Convallaria verticillata*, *Elymus europaeus*, *Eriophorum vaginatum*, *Gentiana lutea*, *G. verna*, *Geranium robertianum* β floribus albis, *Globularia cordifolia*, *Heracleum alpinum*, *Hieracium blattarioides*, *Lonicera nigra*, *Lunaria rediviva*, *Melampyrum cristatum*, *Ophrys Monorchis*, *Orchis odoratissima*, *Prenanthes purpurea*, *Rhamnus alpinus*, *Ribes alpinum*, *Seseli montanum?* (auctore Cl. LACHENAL), *Stachys alpina*, *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis Calamagrostis* L.), *Thlaspi montanum*, *Tofieldia calyculata*, Wbg. (*Anthericum* Sut.), *Tozzia alpina*, *Triglochin palustre*, *Triticum caninum* Schreb. (*Elymus* L.), *Ulmus ciliata* Ehrh. (*effusa* Sut.), *Valeriana tripteris*.

Weiherfeld. V. Rheinfelden.

Weissbad, balneum pagi Abbatiscellani (Inner-Rhoden), dimidia leuca ab oppido Appenzell distans, et prope Sitterae fontes situm. Aquae eius frigidae sunt et meram calcareae terrae dissolutionem continent. Sed placidae amoenissimaeque convallis aër purus, dulciaque otia haud parum ad aegrorum vires restaurandas conferre possunt. Praeterea sero lacteo felici successu utuntur. Prope balneum indicatur *Dianthus superbus*.

Weissenburg, nobilissimum pagi Bernensis balneum, in Simmiae vallis parte inferiori, supra eiusdem nominis vicum, et ad pedem austro-occidentalem montis Stockhorn situm, 5 leucis ab urbe Thun distat. Thermae colli asperrimo difficilisque accessus insident, ut aegri infirmiores extra domum vix ullum locum ad ambulationem idoneum reperire possint. Per semitam curribus inaccessam, intra dimidiae horae spatium a vico ad balneum, quod incolae etiam Buntschi-Bad nominare solent, pervenitur. Fauces quas ista subit semita montesque vicini, sylvis nigris consiti, scenam austeram, sed vere pictoriam efficiunt. Thermae aquas fervidas, sulphureas, ad pulmonis pectorisque sanandos morbos utilissimas hospitibus huc

frequenter adfluentibus largiuntur. Cuncta regio ac praecipue montes alti circumstantes Florae amicis pulchram quoque plantarum messem suppeditare possunt. In eo enim tractu inventae fuerunt: *Allium Schoenoprasum β alpinum* (in vallecula Kessel montis Waach inter balneum et M. Neunenen), *Arabis hirsuta* Scop. (*Turritis* L.) I *sessilifolia*, *Cardamine impatiens*, *Dentaria digitata* Lam. (*pentaphyllos* Sut.), *Digitalis grandiflora* Lam. (*ambigua* Sut.), *Erinus alpinus β* floribus albis (var. rara), *Iuncus capitatus* Weig. (rarissimus), *Laserpitium latifolium*, *L. Siler*, *Selinum nigricans* N. (*montanum* Schl.), *Senecio alpestris* N. (*saracenicus* Sut.), *Veronica urticaefolia* Jacq. V. Stockhorn, Simmiae vallis.

Weissenstein (Der), mons Iurani iugi, in pago Solodurensi situs, 2682 p. supra urbem, unde per viam curribus accessam intra 3 horarum spatium pervenitur, et 3866 p. s. m. elevatus. In eius summis pascuis reperitur casa pastoria cum vasto atrio, et aliquot aliis conclavibus, ubi viatores omnia, quae ad vitae necessitudines spectant, invenire possunt. Ibi immensa Alpium corona lautissimum magnificumque prospectum ostentat. — Plantae rariores: *Androsace lactea*, *Arbutus Uva-ursi*, *Convallaria verticillata*, *Galium helveticum* Weig. (*saxatile* Sut.; rarissimum), *G. rotundifolium*, *Poa hybrida* N. (praerara), *Primula Auricula*, *Spergula saginoides*.

Weistann. V. Sargans.

Wendi, Wendistock etc. V. Engelberg.

Wengi. Prope hunc pagi Bernensis vicum, inter Aarberg et Oberweil situm, occurrere dicitur *Ribes nigrum*.

Werdenberg, oppidulum Sancto-Gallensis pagi, in magna Rheni valle prope fluvium, atque ad montium Kuhfirsten pedem orientalem situm. Eius muris antiquissimae eiusdem nominis comitum arcis vasta imminent rudera, et temporum hominumque priscorum memoriam in viatoris mentem revocant. Via,

quae e contermina Rhaetia ad lacum Bodamicum ducit et fabricae Abbatiscellanae ac Sangallenses incolarum industriam sustentant, quippe qui in earum usum magnam fili xylini copiam praeparent. Ceterum etiam agriculturae incumbunt, et speciatim in suis magnis paludibus multos educant equos. Vicus Grabs, inter Werdenberg et Gambs situs, montis cognominis (der Grabserberg) radicibus subiectus est. In eo monte longa pulchraque vallis Rhenana, simul cum excelsis Rhaetiae Tyrolisque Alpibus splendidum prospectum largiuntur. Stirpes etiam haud paucas alpinas profert. Plantae rariores circa Werdenberg provenientes: *Acorus calamus* (ad lacunam), *Andropogon Ischaemum*, *Galium boreale*. — Plantae sequentes inter Curiam et Grabs vulgo, ulterius autem per reliquam Rheni vallem nusquam occurrere observavit Cl. Custor: *Anchusa angustifolia*, *Diplotaxis tenuifolia* Dec. (*Sisymbrium* L.), *Echinospermum Lappula* *) Lehm. (*Myosotis* L.), *Geranium cicutarium*, *Hyoscyamus niger*, *Lappa minor* Dec., *Mercurialis annua (!)*, *Nepeta Cataria*. — In monte Grabserberg aliisque vicinis Alpibus leguntur: *Androsace helvetica* N. (*Aretia* L.), *Andr. obtusifolia* All., *Arenaria polygonoides* Wulff., *Cardamine bellidifolia* (in M. Isisitzen), *Carex caespitosa*, *Centaurea Rhapontica*, *Cerastium arvense* II (*C. strictum* auct.), *Chrysanthemum Leucanthemum* II *montanum* var. caule hirsutissimo, *Draba tomentosa* Wbg., *Euphrasia minima* Jacq., *Gaya simplex* N. (*Laserpitium* L.), *Gnaphalium alpinum*, *Gn. Leontopodium* L. (*Filago* L.), *Hieracium alpestre* Jacq., *H. hyoseridifolium* Vill. (perrarum), *Hypochoeris uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq.), *Luzula albida* Dec. (*Juncus* Hoffm.) β *erythranthema* Wallr., *L. nivea* Dec.

---

*) Cf. ad art. Viviscum observationem circa eandem plantam in ima Rhodani valle vulgarem, sed ad Lemani ripas nusquam, nisi prope Genevam, nuper visam.

(Juncus L.) γ *rubescens*, *Phyteuma hemisphaericum*, *Poa annua* II *varia* N. *(P. supina* Schrad.), *Potentilla minima* Hall. fil. (in M. Isisitzen), *Ranunculus aconitifolius* δ *nanus* (ibidem), *Rhamnus pumilus*, *Rheum digynum* Wbg. *(Rumex* L.; in M. Isisitzen), *Saxifraga aspera* Dec. II *(S. bryoides* L.), *S. stenopetala* N. *(aphylla* Sternb.; rarissima, Helvetiae orientali propria), *Sibbaldia procumbens*, *Silene rupestris*, *Trifolium caespitosum* Reyn., *Veronica bellidioides*. — In M. Camperney, supra Grabs: *Carex caespitosa*, *Cineraria aurantiaca* Willd. γ *intermedia*, *Drala tomentosa* Wbg., *Hieracium alpinum* II *pumilum*; *H. angustifolium* Hoppe.

Wesen, lat. Vesenum, Vesenium, Vesena, oppidulum Sancto-Gallense, in regione Gastern (Castra Rhaetica) dicta, ad lacus Riparii extremitatem occidentalem, scilicet paulo infra Linthae novi alvei ostium, atque ad ipsum locum, ubi fluvius lacum deserit, situm. Orientem versus iugum porrigitur montium, quos incolae vulgo die Kuhfirsten nominant, et ad occidentem multo altiores Glaronensium scopuli, ut cuncta regio adspectum subalpestrem gratissimumque prae se ferat. Cives religionem catholicam profitentur; quin etiam in tam exiguo nidulo nonnisi 87 domibus constante tria inveniuntur templa et virginum coenobium. Ceterum incolae iisdem fere fatis ac urbis Wallenstadt cives acti, ac iisdem vitae conditionibus obnoxii, iam largissimum ex Linthae paludumque vicinarum correctione commodum perceperunt.

Vesenii ager, tum campestris, tum montanus, stirpibus pulchris abundat. Hucusque plantarum praesertim palustrium ditissimus fuit; sed probabile videtur haud paucas eiusmodi solum requirentes herbas, post tantarum paludum exsiccationem, brevi interituras esse. — Potissimum citantur: *Acorus Calamus*, *Aira flexuosa* α *(A. montana* Sut.; in Alpibus), *Antirrhinum Cymbalaria*, *Buphthalmum salicifolium*, *Ca-*

lamintha Nepeta Clairv. *Melissa* L.; rara), *Carex filiformis (lasiocarpa* Ehrh.), *Cyclamen europaeum*, *Gentiana Pneumonanthe*, *Geranium palustre*, *Hemerocallis fulva*, *Hieracium praemorsum* (rarum), *Hippophaë rhamnoides* (ad Lintham, prope pontem lateritium), *Lilium bulbiferum* (auf Ammon, in pascuis alpestribus), *Nasturtium sylvestre* R. Br. (*Sisymbrium* L.; rarum), *Nepeta lanceolata* Lam. (*N. Nepetella* Sut.; stirpem rarissimam I. I. Scheuchzerus ibi indicavit), *Primula Auricula* (in Alpibus), *Ranunculus Flammula*, *R. Lingua* (neque desunt varietates inter utramque speciem mediae), *Scirpus mucronatus* (rarissimus nec nisi a I. Scheuchzero ibi visus), *Senecio paludosus*, *Teucrium Scorodonia* (inter W. et Lachen), *Thysselinum palustre* Hoffm. (*Selinum* L., *S. sylvestre* Sut.), *Verbascum Lychnitis? (pulverulentum* Heg.), *V. phlomoides* Heg. (Hegetschw. Reisen p. 161 fig. 19—21. foliis amplexicaulibus vixque decurrentibus. Planta ut videtur *V.* nostro *thapsiformi* simillima, ab honoratissimo auctore in Florae helveticae, quam edidit, tom. II p. 414 sub *V. cuspidato* indicata est; inter oppidum et pontem lateritium copiose provenit), *V. Thapsus*, *Veronica urticaefolia* Jacq. — V. Bilten, Lintha, Riparius lacus, Wallenstadt.

Wetterhorn (Das), scopulus excelsissimus Oberlandiae Bernensis, inter valles Hasli et Grindelwald exsurgens, et viae alpestri Scheideck dictae, qua ex oppido Meyringen ad vicum Grindelwald itur, imminens. Vasta eius cacumina nivibus sempiternis obruta sunt, et omnes valleculae editiores ei subiectae tractibus immensis glacialibus utrinque rigent. Summa montis altitudo ad 11,453 p. s. m. aestimatur. V. Grindelwald, Scheideck, Meyringen.

Widwald, arx cum praedio eiusdem nominis, in pagi Basileensis parte orientali sita. Infra castellum, in dumetis saxosis, ad dextram viae, quae ex villa ad vicum Eptingen ducit, neque alibi in eo pago, elegantissima legitur *Daphne Cneorum* I *canescens*.

Wiesa, die Wiese, Germaniae amnis, cuius fontes in Sylva Nigra scaturiunt, tandem in pagi Basileensis agrum transrhenanum pervenit, cum per duas fere leucas a magno ducatu Badensi separat, et paulo supra Huningam in Rhenum effunditur. Plantae prope eius ripas observatae: *Arenaria rubra*, *Asparagus officinalis*, *Chenopodium polyspermum*, *Corrigiola littoralis* (rarissima nec nisi in eo tractu et Vivisci intra Helvetiae limites occurrens), *Dianthus prolifer*, *Dipsacus pilosus*, *Drosera rotundifolia*, *Epilobium Dodonaei* Vill. (*rosmarinifolium* Haenke), *Erysimum orientale* R. Br. (*Brassica* L.; rarissima stirps ibi in arvis legitur, ceterum nusquam in Helvetia obvervata est), *Festuca arundinacea* Schreb., *Impatiens Noli-tangere*, *Juncus bulbosus*, *J. capitatus* Weig. (perrarus), *J. Tenageia* L. fil. (rarus), *Montia fontana α*, et *β maior* (quae rarior varietas), *Oenothera biennis*, *Ornithogalum pyrenaicum*, *Orn. umbellatum*, *Paris quadrifolia*, *Peplis Portula*, *Poa Eragrostis* (rara), *P. serotina* Ehrh. (*palustris* Sut.), *Polygonum incanum* Schmidt (species dubia, rarissima), *P. strictum* All. (*minus* Ait.), *Prunella laciniata* auct. helv., *Radiola linoides* Gmel. (*Linum Radiola* L.; locis arenosis; nusquam alibi visa), *Reseda Luteola*, *Scleranthus perennis* (rarus), *Scirpus setaceus*, *Scrofularia canina*, *Sideritis scordioides* (olim a C. Bauhino prope Klein—Hüningen, post eum non amplius visa), *Spergula pentandra* (rarissima neque alibi rite observata), *Stellaria nemorum*, *St. uliginosa* Curt., *Tamarix germanica*, *Verbascum crassifolium* Dec. (*montanum* Schrad.), *V. Lychnitis* (*pulverulentum* Hag.).

Wiggis (Der), scopulus ingens, rupibus excelsis horrendisque constans, in pago Glaronensi, prope Suitenses limites, supra Näfels et Nettstall tam minaciter exsurgit, ut procul omnino inaccessus esse videntur. Nihilominus per viam omni periculo expertem, imoque facilem, intra 5—6 horas conscenditur. Dorsum eius optima pascua obtinent; ibi pastores al-

pini caseum et exquisitum butyrum in multis mapalibus conficiunt. Ceterum boves, quae in isto monte pascuntur, minimae staturae et agiliores eligendae sunt, ut praecipitiorum pericula facilius effugiant. In summo cacumine valles Glaronenses, undique montium excelsorum molibus subiectae, pulcherrimam ostendunt scenam. Inde per semitam haud incommodam in valleculam amoenissimam Klönthal Linthae alveo multo altiorem, et elegantissimo lacu decoratam descenditur. Hanc supereminent stupendi montis Glärnisch scopuli, quorum latos vertices et ardua latera, sempiternis nivibus glacieque rigentia, lacus speculum crystallinum mirifice reflectit. Aliquot tuguria, grata pastorum aestivalis sedes, placidam istorum locorum solitudinem interrumpunt. Ibi dulcissimo nostro poëtae monumentum modestum miratores eius condiderunt.

Rupestria montis Wiggis pascua pulchras rarissimasque stirpes proferunt. In ipso medio adscensu, secus viam, nec alibi per cunctam Helvetiam, occurrit elegans *Hypericum Coris*. Ceterum observatae fuerunt: *Achillea atrata*, *Aira flexuosa* α (*A. montana* Sut.), *Anthericum serotinum*, *Artemisia Mutellina* Vill., *Astrantia minor*, *Avena versicolor* Vill., *Azalea procumbens*, *Carex atrata*, *C. brachystachys* (?) Schrank, *C. firma* Host., *C. Scopolii* N. (*ferruginea* Wbg, Sut.), *Cherleria sedoides*, *Chrysanthemum alpinum*, *Daphne Cneorum* H (*D. striata* Tratt.), *Draba fladnizensis* Wulff. α pilis simplicissimis (perrara), *Festuca pumila* Vill., *Gentiana punctata*, *Geum montanum*, *Globularia nudicaulis*, *Helianthemum oelandicum* Dec. (*Cistus* L.) α (*H. alpestre* Dun.), *Hieracium aureum* Vill. (*Leontodon* L.), *Lilium bulbiferum*, *Luzula spadicea* Dec. (*Iuncus* All.), *Orchis* (*Satyrium* L.) *albida* All., *Orch. viridis* Crantz, *Oxytropis montana* Dec. (*Astragalus* Dec.), *Pedicularis foliosa*, *P. recutita*, *P. verticillata*, *Petrocallis pyrenaica* R. Br. (*Draba* L.), *Phleum Michelii* All. (*hirsutum* Sut.), *Pinguicula alpina*,

Primula integrifolia, *Rhamnus pumilus*, *Rhododendrum hirsutum*, *Saxifraga muscoides* Jacq., *S. oppositifolia*, *Stellaria cerastoides* (*Cerastium trigynum* Vill.), *Viola biflora*. — Ad montis radices, supra Nettstall, frequentes proveniunt: *Asperula taurina*, *Erica carnea*, *Physalis Alkekengi*, *Salvia glutinosa*.

Wildkirchlein, Wildkilchli (Das), sacellum notissimum, 1½–2 l. supra balneum alpestre Wyssbad, in pago Abbatiscellano (Inner-Rhoden) situm. Hocce parvum fanum, in medio rupium arduarum pariete, atque 105 pedes supra pascua Bodmen-Alp ei subiecta, exstructum est; huc per longum tramitem, in eodem pariete excisum horrendoque praecipitio impendentem absque omni periculo pervenitur. Vicina pristinorum eremitarum cella nunc a caupone habitatur. Ad sacelli aditum regio, cui imminet, alpina gratissimum ostendit spectaculum. Pone templum in ipsis rupibus aperitur cuniculus 200 pedes longus caliginosusque, cuius ope declivia Alpis Superioris (Oberalp) pascua peti possunt. Ex eius fornice dependent pulchri stalactitae, neque ibi deficit substantia calcarea, quam vulgo lac lunae nuncupant. — Prope sacellum leguntur: *Potentilla canescens*, *Rumex scutatus*, *Valeriana montana*.

Wollishofen. V. Tigurinus pagus.

Wydnau, vicus vallis Rhenanae inferioris, prope Berneck situs. In eius vicinia occurrit *Scirpus triqueter*.

Wyl, locus quidam in Flora Basileensi saepe citatus; ibi enim provenire dicuntur: *Agrostis vulgaris* With. δ Hag. (*Agr. sylvatica* Koel.), *Aira caryophyllea*, *Allium Ampeloprasum* (rarissimum), *All. carinatum*, *All. oleraceum*, *All. Porrum* (in vineis, passim: C. B.), *All. sphaerocephalum*, *Arenaria rubra*, *Avena fatua*, *Bromus inermis*, *Br. squarrosus* (uterque, praesertim prior, rarissimus), *Caucalis infesta* Curt. (*helvetica* Jacq.), *Cervaria alsatica* N. (*Peucedanum* L.) α *luteola* (huic tractui propria), *Crepis globifera* Hall.

fil. (*Dioscoridis* Willd.), *Herniaria hirsuta*, *Iasione montana*, *Iberis amara*, *Lapsana minima* All. (*Hyoseris* L.; rara), *Ornithopus perpusillus* (perrarus; a C. B. citatur), *Physalis Alkekengi*, *Prismatocarpus hybr.-dus* LH'ér. (*Campanula* L.; rarus), *Spergula arvensis*, *Teesdalia Iberis* Dec. (*Iberis nudicaulis* L.: rara), *Triticum Halleri* Viv. (*tenellum* Sut.; Helvetiae occidenti-boreali et Insubricae proprium). *Veronica Buxbaumii* Ten., *V. triphyllos*. — Infra adscensum in agros Wylenses: *Stellaria Holostea* (rarissima). — In ipsis agris, prope sylvam: *Genista pilosa* (in Helvetiae planitie perrara). — In nemore Wylensi: *Avena pratensis*, *Chenopodium polyspermum*, *Danthonia decumbens* Dec. (*Festuca* L.), *Epilobium Dodonaei* Vill. (*rosmarinifolium* Haenke), *Holcus mollis*, *Luzula albida* Dec. (*Iuncus* Hoffm.), *L. Forsteri* Dec. (*Iuncus* Sm.), *Ornithogalum luteum* (*sylvaticum* Pers. et fl. helv.), *Scirpus setaceus*, *Stellaria Holostea*, *Trifolium filiforme* Schreb. β *minimum* (*Tr. filiforme* Sut.; rarum), *Veronica montana*.

Cave ne istud Wyl cum oppido cognomine Sancto-Gallensi, in Thurgoviae confinio, et ad viam, qua Vitodurum itur, sito, confundas. Plantas istius plagae hucusque omnino ignoramus.

Y.

Yverdun. V. Ebrodunum.

Yvonand, vicus pagi Vaudensis ad lacus Neocomensis ripam dextram, 2 l. infra Ebrodunum situs. Ibi proveniunt: *Caucalis grandiflora*, *Galeopsis ochroleuca* Lam. (*latifolia* Sut.), *Hydrocharis Morsus-ranae* (perrara), *Inula Britannica* β *uniflora*, *Isnardia palustris* (rarissima), *Lapsana minima* All. (*Hyoseris* L.; in agris circa Chavannes, Murt et Treytorrens; rara), *Poa nemoralis* I *vulgaris* β *cirrhosa*, *Pulicaria vulgaris* Gaertn. (*Inula pulicaria* L.; rara), *Sagittaria sagittifolia*, *Teucrium Scorodonia*, *Utricularia vulgaris*.

Yvorne, pagi Vaudensis vicus spectabilis, supra viam, qua Rupe Aquileiam tenditur, situs, atque ab eo oppido vix ultra $\frac{1}{2}$ l. distans. Colli modicae altitudinis Alpiumque radicibus subiecto insidens, hic locus sub coelo mitissimo iacet: vineae clivos satis arduos, sed apricos, et ab infausto ventorum habitu defensos obsidentes, generosissimum producunt potum, qui a multis peritis iudicibus omnibus ceteris agri Lemanici vinis longe praeponitur. — Plantae rariores: *Allium carinatum*, *Anthemis Cotula*, *Caucalis grandiflora*, *Helianthemum Fumana* Desf. (*Cistus* L.), *Heliotropium europaeum* β *iasminiodorum*, *Hippophaë rhamnoides* (secus torrentem), *Lathyrus tuberosus*, *Morus alba*, *Myrrhis odorata* Scop. (*Scandix* L.), *Rubia tinctorum*, *Spiranthes aestivalis* Rich. (*Ophrys* Balb.), *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis Calamagrostis* L.), *Vinca maior*.

Z.

Zermatten, Zermatt, zur Matt, olim vulgo Praborgne, vicus Valesiae superioris, in summa D. Nicolai valle Vispensi situs. Hic est elatissimus pagus parochialis istius longae vallis, cuius altissima regio apud incolas das Matterthal nuncupatur. Vico excelsissimus pulcherrimusque Sylvii obeliscus triangularis minaciter impendet. Latera eius granitica adeo ardua sunt, ut, saltem boream versus, nives vix usquam in saxo consistere possint. Ingens iste scopulus, omnium editissimorum alpini iugi montium facile tenuissimus, spectaculum solemni quodam horrore sensus adficiens, unicum ac fere incomparabile exhibet.

Vici Zermatten altitudinem absolutam ad 4580 p. aestimandam esse autumat amiciss. Gay; saltem, bene monente Cl. Ebel, inter totius Helvetiae pagos elatissimos recenseri meretur. Sylvii aliorumque scopulorum glaciei immensae congeries valleculas omnes superiores obruunt, ac etiam per summam aestatem

pluvia plerumque cum nive commixta istas sublimes plagas haud sine magna aëris refrigeratione irrigat. Vicum nihilominus permulta circumdant arva, quotannis avena, hordeo triticoque aestivali consita, ut eorum fructus non solum incolarum necessitudinibus sufficiant, sed etiam inter vicos inferiores late dispertiantur. Quin imo, testante Cl. Gay, in agris ad valleculae Fünelen ingressum sitis, et (quod fere incredibile putares) ad 5400 p. s. m. elevatis *Triticum sativum* colitur, ibique ad perfectam maturitatem vulgo pervenit. — Incolas procul ab urbibus ac peregrinorum commercio degentes, hospitalitas, mores ingenui singularisque candor sane multum commendant; sed superstitionibus obnoxii sunt, nec liberorum educationem satis curant, et vivendi ratione valde agresti utuntur. Ceterum ex terrae cultura, armentis et pecoribus, casei praeparatione atque ex alpestri venatione, cui nonnulli acerrime incumbunt, praecipuum lucrantur victum. Ibi locorum viatores diversorium tolerabile frustra quaerunt; sed apud vici parochum grato amicoque hospitio saepius excipiuntur.

Mattensis vallis et montes proximi magnam rarissimarum stirpium copiam suppeditant. Circa Zermatten, intra quatuor hebdomades, amiciss. Gay plantas 750 collegit riteque recensuit; quarum insigniores hic indicare iuvabit. Potissimum scilicet observari merentur: *Achillea moschata*, *Allium angulosum α petraeum*, *All. oleraceum*, *All. sphaerocephalum*, *All. suaveolens* Jacq. (*strictum* Schrad. non Rchb.; Mattensi valli proprium), *Alopecurus fulvus* Sm. (*geniculatus* agr. helv.), *Androsace obtusifolia* All. β *aretioides* (var. rarissima, scapis unifloris), *Andr. septentrionalis α*, et *β* (*Andr. brevifolia* Vill.; utraque var. valli D. Nicolai propria), *Andr. tomentosa* N. (*Aretia* Schl.), *Anemone Halleri* All. (supra vicum et in M. Flüelen; rarissima), *Anthericum Liliago*, *Anth. serotinum*, *Anthyllis Vulneraria ε flore coccineo*, *Apargia crispa* Willd.

(Leontodon Vill.; rara), *Arabis ciliata* *) R. Br. *(Turritis* Reyn.), *Ar. saxatilis* All., *Arenaria laricifolia*, *Aretia Vitaliana* N. *(Primula* L.), *Arnica Doronicum* Jacq. *(Arn. Clusii* All.), *Artemisia glacialis*, *Art. Mutellina* Vill., *Art. nana* N. *(helvetica* Schleich.), *Arundo montana* N. *(Agrostis arundinacea* Sut.), *Asperugo procumbens*, *Astragalus exscapus* (perrarus), *Astr. leontinus* Jacq., *Biscutella laevigata*, *B. saxatilis* Schl., *Botrychium Lunaria* Sw. *(Osmunda Lunaria* L.), *Bupleurum ranunculoides* (in colle vico proximo), *Campanula rhomboidalis*, *C. spicata*, *Carex approximata* Hoppe *(lagopina* Willd.), *C. bicolor* All., *C. curvula*, *C. hispidula* N. *(fimbriata* Schk.; montibus Mattensibus propria), *C. juncifolia* All., *Centaurea phrygia γ ambigua* (ad pagulum Hermetien), *Cerastium pedunculatum* N. (auf den Schafbergen, ubi omnes valli oves pascuntur), *C. latifolium δ subacaule* Heg. *(C. glaciale* N.; frequens), *Chrysanthemum alpinum*, *Cirsium heterophyllum* Dec. *(Carduus* L.), *Colchicum alpinum* Dec. *(montanum* All.), *C. autumnale*, *Dianthus atro-rubens* All., *Draba confusa* Ehrh. (inter M. Fünelen glacialia et casas pastorias inferiores; etiam in valle Saas parcius, ceterum in Helvetia alibi nondum lecta), *Echinospermum deflexum* Sw. *(Myosotis* Whg.; rarissimum), *Epilobium angustifolium*, *Ep. Dodonaei* Vill. *(rosmarinifolium* Haenke), *Equisetum multiforme* Vauch. *α (Equ. variegatum* Schl.), *Erigeron Villarsii* Willd., *Eriophorum alpinum*, *Eri-*

---

*) Hancce plantam nuper in bot. Zeit. ad annum 1830 cum nostra *Ar. hirsuta* I *sessilifolia* bene coniunxit Cl. Koch. Ad plantam vulgatiorem campestrem eodem modo sese habet quo *Scabiosa lucida* Vill. ad *Sc. Columbariam* vel *Biscutella lucida* Balb. ad *B. laevigatam*. *Ar. alpestris* Schl. in montibus humilioribus proveniens, foliis minus hirsutis transitum evidentem ostendit. Sed *Ar. sagittatam* Dec. ab ea specie vix distinguendam esse putamus.

trichium nanum Schrad. (*Myosotis* Vill.), *Erysimum pumilum* N. (*Cheiranthus* Schl.), *Euphrasia alpina* Dec. (*salisburgensis* Hoppe), *Euphr. lutea*, *Festuca arundinacea* Schreb., *F. pilosa* Hall. fil. (*rhaetica* Sut.), *F. pumila* Vill. γ *flavescens*, *F. valesiaca* N., *F. varia* Haenke β *flavescens*, *Fumaria parviflora* Lam. (*Vaillantii* Rchb.?), *Galium spurium* II *Vaillantii* (*G. infestum* W. et K.), *G. tenerum* Schl., *Gentiana obtusifolia* Schmidt, *G. purpurea*, *Gnaphalium Leontopodium* Vill. (*Filago* L.), *Heracleum Sphondylium* II *stenophyllum*, *Herniaria alpina* Vill., *Hieracium aureum* Vill. (*Leontodon* L.), *H. grandiflorum* All., *H. Pilosella* γ *incanum*, *H. multiflorum* Schl. (♂; rarissimum), *H. prenanthoides* Vill., *Iuncus arcticus* Willd., *Iuncus Jacquini*, *Laserpitium Halleri* All. (*hirsutum* Sut.), *Linnaea borealis* (adscendendo ad Alpem Tufternen, in Cembrae sylva; parcissime), *Lonicera alpigena*, *L. coerulea*, *L. nigra*, *Luzula flavescens* N. (*Iuncus* Host), *Lychnis Flos-Jovis*, *Lycopodium helveticum*, *Melica ciliata*, *Ophrys alpina*, *Oxytropis campestris* Dec. (*Astragalus* L.), *Ox. cyanea* Bieb., *Ox. foetida* Dec. (*Astr. Halleri* All.), *Ox. lapponica* N. (*Phaca* Wbg.), *Ox. uralensis* Dec. (*Astragalus* L.), *Pedicularis incarnata* (parcissime; stirpem rarissimam Cl. Gay reperire nequivit), *P. rostrata*, *P. tuberosa*, *P. verticillata*, *Phaca alpina* Jacq., *Ph. australis*, *Phleum commutatum* N., *Phyteuma betonicaefolium* Vill., *Ph. orbiculare*, *Pinguicula alpina* (ubique), *Pinus Cembra* (sylvas integras efficit), *P. larix*, *Plantago aspera* N., *Pl. bidentata* Mur., *Poa laxa* Haenke, *P. nemoralis* I *vulgaris* β *cirrhosa*, *P. nemoralis* IV *glauca* N. (*P. iuncea* Sut.), *Polygala amara* β *alpina*, *Potentilla ambigua* N. (*geranioides* Mur.), *P. frigida* Vill. (*norvegica* Sut.), *P. multifida*, *P. rupestris*, *Pyrola minor*, *P. rotundifolia*, *P. uniflora*, *Ranunculus glacialis* (in Alpibus), *R. montanus* Willd. δ *Thomasii*, *R. parnassifolius*, *R. pyrenaeus* (in Alpibus), *Rosa cinnamomea*, *R. villosa*, *Rhodiola rosea*, *Saxifraga aspera* Dec. I

elongata (*S. aspera* L.), *S. Cotyledon* (*pyramidalis* Lapeyr.), *S. Seguieri* Spreng. (*sedoides* Mur.), *Scirpus alpinus* Schl. (rarissimus), *Sedum villosum*, *Senecio incanus*, et eius var. foliis indivisis crenatis, *S. uniflorus* All. (rarus), *Sibbaldia procumbens*, *Silene Otites* Pers. (*Cucubalus* L.), *Stellaria cerastoides* (*Cerastium trigynum* Vill.), *Stereocaulon paschale* Ach. (*Lichen* L.), *Stipa Calamagrostis* Wbg. (*Agrostis* L.), *St. capillata*, *St. pennata*, *Tamarix germanica*, *Tanacetum vulgare*, *Thalictrum foetidum* Dec. (frequens), *Thlaspi alpestre* (in Alpibus), *Thrincia hirta* Roth (*Leontodon* L.; rara), *Trichostomum canescens* Timm, *Trifolium alpinum*. — Supra Zermatten, ad viam, qua ad Sylvii collem itur: *Arabis Halleri* (?), *Artemisia glacialis*, *Art. spicata* Jacq., *Carex approximata* Hoppe, *C. capillaris*, *C. hispidula* N., *C. iuncifolia* All., *Iuncus triglumis*, *Luzula lutea* Dec. (*Iuncus* All.), *Phyteuma pauciflorum* (*globulariaefolium* St. et H.), *Potentilla frigida* Vill., *P. nivea*, *Thlaspi alpestre* β *pumilum*, *Thl. sylvium* N. (*alpestre* Sut.; etiam in M. Fünelen), *Trifolium badium* Schreb. (*spadiceum* Sut.), *Tr. saxatile* All. (rarum), *Tr. repens* γ (*Tr. glareosum* Schl.), *Triticum intermedium* Host α *muticum* et γ (*Tr. pungens* Hag.), *Verbascum crassifolium* Dec. (*montanum* Schrad.), *V. incanum* N., *Viola pinnata*, *V. tricolor*. — In pascuis alpinis Flühe, prope eiusdem nominis glacialia: *Anemone Halleri* All., *An. vernalis*, *Arnica Doronicum* Jacq., *Artemisia glacialis*, *Art. Mutellina* Vill., *Cacalia albifrons* L. fil. (*hirsuta* Vill.), *Eritrichium nanum* Schrad., *Gentiana campestris*, *Gnaphalium alpinum* ♀, *Gn. dioicum*, *Herniaria alpina* Vill., *Hieracium angustifolium* Hoppe, *H. Schraderi* Schl., *Iuncus Jacquini*, *Pedicularis rostrata*, *Phaca alpina* Jacq., *Salix myrsinites* α (*S. arbutifolia* Willd.), *Thlaspi sylvium* N. (*alpestre* Sut.; floribus cum albis, tum lilacinis). Haud procul ab eo monte distant pascua Fünelen dicta. (V. Fünelen). — Ad parvos agros pascuis Flüh-Alp subiectos, terraeque hiatibus seu

fissuris interruptos: *Hieracium lanatum* Vill. (*Andryala* L.), *Thrincia hirta* Roth. — In pascuis Gries—Kumme, ad molium glacialium Flühe dextra: *Achillea nana*, *Androsace obtusifolia* All., *Anthericum serotinum*, *Carex iuncifolia* All., *Cirsium spinosissimum* Scop. (*Cnicus* L.), *Eriophorum Scheuchzeri* Hoppe (*capitatum* Hoffm.), *Phyteuma hemisphaericum*, *Ph. pauciflorum* (*globulariaefolium* St. et H.), *Ranunculus glacialis*, *Saxifraga Seguieri* Spreng., *Senecio uniflorus* All., *Trifolium repens γ* (*Tr. glareosum* Schl.). — V. Fünelen, Gallen, Räfel, Randa, Schwarzseeberg, Sylvius, Zmuth, etc.

Ziabley (Le), Valesiae inferioris pagulus, ad ripam dextram Rhodani, haud procul Agauno Octoduroque situs. Prope hunc locum nascuntur: *Astragalus glycyphyllos*, *Mercurialis perennis*, *Oxytropis pilosa* Dec. (*Astragalus* L.), *Trifolium rubens*. — Inter le Ziabley et le Rosé: *Cervaria alsatica* N. (*Peucedanum* L.) *β albiflora* (*Selinum venetum* Spreng.), *Dracocephalum austriacum* (pulchra rarissimaque stirps, alibi nusquam intra nostros fines reperta).

Zizers, Rhaetiae oppidulum, in Rheni dextra ripa, et ad viam regiam inter Curiam et Mayenfeld situm. — In eiusdem nominis pascuis alpestribus (auf der Zizerser—Alp Sattel) occurrunt: *Lycopodium clavatum*, *Rhododendrum ferrugineum β* floribus niveis (var. rarissima). — In colle arido, inter Zizers et pontem superiorem (die obere Zollbrücke) sito: *Anemone Pulsatilla* (affatim; hanc plantam nusquam alibi in Rhaetia vidit amiciss. Roesch), *Dorycnium suffruticosum* Vill. (*monspeliacum* huic regioni proprium). — Prope Igis: *Cardamine Impatiens* (copiose). — V. Marschlins, Zollbrücke.

Zmuth, tractus alpestris summae D. Nicolai vallis, supra vicum Zermatten situs, stirpibus pulchris rarisque ditissimus. Prope pagulum Hermetien, vix ultra leucae quadrantem a Zermatten distantem, iamiam occurrunt: *Androsace tomentosa* N. (*Aretia* Schl.),

Astragalus exscapus. Paulo altius ad parvum vicum Zmuth pervenitur; deinde clivo satis arduo, intra dimidiae horae spatium, superato, collis arenosus adtingitur. Ibi provenire dicuntur: *Apargia crispa* Willd. (*Leontodon* Vill,), aliquot rariores *Arenariae* species, *Bupleurum ranunculoides* α *humile*, et β *elatius*, *Viola pinnata.* — In dorso trans moles porrecto: *Arenariae* nonnullae, *Ophrys alpina*, *Oxytropis foetida* Dec. (*Astragalus Halleri* All.), *Ranunculus rutaefolius*, et aliquot *Saxifragae.* — Haud procul a pagulo Zmuth quoque proveniunt: *Alyssum alpestre* α *minutulum*, *Anthyllis Vulneraria* ε *coccinea*, *Avena subspicata* Clairv. (*Aira* L.), *Cacalia leucophylla* Willd. (*tomentosa* Vill.), *Eritrichium nanum* Schrad. (*Myosotis* All.; pulcherrimos efficiens tapetes), *Herniaria alpina* Vill., *Saxifraga muscoides* Jacq,, *Trifolium saxatile.* — Ibidem denique a Cl. Gay observatae fuerunt: *Achillea macrophylla*, *Agrostis pilosa* Schl. (*Arundo tenella* Schrad.), *Artemisia Absinthium*, *Aspidium Lonchitis* Sw. (*Polypodium* L.), *Astrantia minor*, *Cacalia albifrons* L. fil. (*hirsuta* Vill.), *Campanula barbata*, *Echinospermum deflexum* Sw. (*Myosotis* Whg.), *Luzula sylvatica* N. (*Iuncus* Huds.), *Poa nemoralis* I *vulgaris* β *cirrhosa*, *Pyrola minor*, *Valeriana tripteris* var. alpina.

Zofingen. V. Tobinium.

Zollbrücke (Die obere und die untere). Superior torrentem Landquart in via regia Curiensi, inferior autem, a priore dimidia fere leuca distans et inter Malans ac Ragatz ad eandem viam situs, ipsum Rhenum traiicit. Testante Cl. am Stein prope pontem inferiorem occurrunt: *Aster Amellus*, *Typha angustifolia* (nonne potius *T. minima* Hoppe?).

Zug. V. Tugium.

Zürich. V. Tigurum.

Zürichberg, collis amoenissimus, orientem versus urbi Turico imminens, agris, pomariis vineisque consitus, atque pagis multisque villis ornatus. Hinc

inde partem eius superiorem pulchrae coronant sylvulae. Ibi nobilissima urbs, fertilis Limagi vallis ac lacus ridentes ripae, veluti quidam paradisus, oculos animumque incredibili voluptate oblectant. — Plantae citatae. *Carex ericetorum* Poll. (*globularis* Sut.; in Helvetia campestri rarissima, saepius in summis Valesiae Alpibus occurrens), *C. pilosa* All. (in sylvis; rara), *Gladiolus communis* (olim in agris visus), *Lonicera Caprifolium* (ad sepes), *Polygala Chamaebuxus*, *Schoenus ferrugineus*.

Zwischbergen, (inter montes), vallis alpestris, supra locum Gondo dictum, ad Sempronii viam sese aperiens, inter altissimos montes coarctata per clivum valde arduum adsurgit, longitudine 6 leucas metitur, ac immenso glacialium molium obice, quem semita dificilis, ad vicum Allmengell ducens, traiicit, a contermina valle Saas separatur. Hanc asperrimam regionem amiciss. Gay, anno, ni fallor, 1810, integram percurrit, atque in eo itinere multas stirpes raras observavit. Potissimum citari merentur: *Achillea tanacetifolia β dentifera?* (V. Mur. bot. val. p. 34), *Athamanta Libanotis γ exaltata* (planta pulcherrima istis Alpibus propria), *Cirsium heterophyllum* Dec. (*Carduus* L.), *Colchicum alpinum* Dec. (*montanum* All.), *Cytisus nigricans* (prope Gondo), *Hieracium albidum* Vill. (*intybaceum* All.), *Hypochoeris uniflora* Vill. (*helvetica* Jacq.), *Ligusticum peloponnesiacum* (perrarum), *Phaca alpina* Jacq., *Pleurospermum austriacum* Hoffm. (*Ligusticum* L.; perinde rarissimum). — Ad pedem orientalem congeriei glacialis: *Koeleria hirsuta* N. (*Festuca* Hall. fil.; rarissima), *Saussurea discolor* Dec. (*Serratula* Willd.; pulchra stirps), *Sempervivum globiferum* (editissimis iugi australis Alpibus proprium), *Viola pinnata*. Ad occidentalem clivum supra Allmengell: *Androsace pennina* N. (*Aretia* Mur.), *Eritrichium nanum* Schrad. (*Myosotis* Vill.), *Festuca pilosa* Hall. fil. (*rhaetica* Sut.), *Senecio uniflorus* All. (perrarus).

ADDENDA.

Ad vol. I. p. 216 *Moliniae coeruleae* varietatibus addatur:

δ *foliosa*, culmo 4–5 pedali folioso, spiculis pallide virentibus valde elongatis: flosculis nempe convolutis abortientibus.

Hancce var. ad formam maiorem pertinentem, in alnetis clivi occidentalis rivulo *Boiron* supra viae regiae pontem imminentis inveni. Etiam inter Rev. Ducros plantas curiose collecta sed absque nomine prostat.

Ad vol. I. p. 272; post Obs. II. addatur:

Obs. III. Nuperrime prope balneum Weissenburg a Cl. Guthnick gramen inter *Sesleriam coeruleam* et *S. elongatam* ambigens lectum fuit. Ab *elongata* Host spica cylindrica quidem, sed vix unciali ut et setulis palearum brevibus parumque exsertis recedebat. Radice autem longe repente, racemo subspicato, pallidissimo virente laxo oblongoque, foliis radicalibus parum numerosis, culmeis vero 4—5, alternis, acutioribus: inferioribus culmum saltem aequantibus; supremo 3-4 uncias longo nec vix semunciali, ligula denique brevissima nec vere exserta, magis adhuc a *S. coerulea* discrepare videbatur. Quis non credidisset speciem propriam talibus notis indigitari? Nunc autem Cl. Guthnick certiorem me fecit hancce plantam in horto proprio ex seminibus eductam, ipsissimam *S. coeruleam* retulisse, quo experimento sagacissimi Bertolonii coniectura, *S. elongatam* Host et *S. cylindricam* DC ad *coeruleae* varietates amandandas esse, confirmata fuit. Inde etiam apparet, quanta cura cavendum sit, ne formae ludicrae fallacesque in specierum numerum temere constituantur.

Ad vol. I. p. 317. ex *Bromi arvensis* synonymis expungatur Engl. bot. 13. t. 920 et substituatur Engl. bot. 28. t. 1984. Eo loco Cl. Smith tab. illam 920 ad *Br. pratensem* Ehrh. Calam. 116 merito amandat. Sed iste *pratensis* idem est ac *Br. racemosus*, quem icon citata toto habitu, panicula simpliciuscula culmoque apicem versus breviter pubescente feliciter exprimit.

Ibidem in descriptionem *Br. velutini*, ut et in Agrost. helv. I. p. 301, gravissimus irrepsit error: huic nempe Gramini vaginas „plerumque longis densisque pilis reflexis hirsutas rariusque glabras" perperam adscripsi; nam contra certissime *Br. velutinus* nonnisi perraro vaginas villosas aut etiam breviter pubescentes profert. Eiusmodi specimina tamen mihi Cl. Koch iam ante multos annos Mannhemii, recentius autem Cl. Custor in Rheni valle lecta miserunt. Plantam palatinensem, quam olim ad *Br. commutatum* Schrad. retulerat Kochius, in flora germanica *Br. patuli* nomine descripsit. Eam panicula maior magisque nutans, et setae per maturitatem satis insigniter divergentes a *racemoso* et *Br. velutini* nostri β formis ad *racemosum* accedentibus, ut mihi quidem videtur, nonnisi aegre distinguunt. Suum autem Gramen optimus Custor, cuius nomen mihi semper carum honoratumque manebit, ad *Br. commutatum* genuinum ab illustr. Schradero statutum, et ab ipso Kochio descriptum, referendum esse suspicabatur. „Pro hoc" verba eius refero, „hanc meam plantam lubenter haberem, propter spiculas longiores et angustiores, paniculam magis cernuam et nutantem, vaginas pilosiores, ac praecipue ob flosculos imbricatos, demum per maturationem vix distinctos, nisi *Br. racemosus* adeo variabilis esset."

„An revera *Br. commutatus* a *velutino* glabro diversus est? Wallroth in sched. crit. plantam spiculis hirsutis non separat, cum forma spiculis glabris distincta sub nomine *Br. commutati* coniungens."

„Uti *Festucae rubrae* individua in sepibus provenientia valde elongantur, sic et hisce *Bromi cummutati* speciminibus, quae tibi mitto, accidisse videtur. Omnia enim graciliora longioraque quam in forma vulgari facta sunt. Ea in viae regiae sepibus supra vicum Rorschach legi."

Plantam bodamicam nostram a *Br. patulo* germanico distinguere non possum: neque enim in eius spi-

culis provectis setae multo rectiores deprehenduntur. Vir amicissimus etiam specimina *Br. velutini α* vaginis hirsutis instructa ex agris vallis Rhenanae mecum communicavit.

Verior tamen *Br. commutatus* Schrad., quem fortuito nuper inter mea Gramina reperi, ab utraque planta utique differt. Est nempe *Br. multiflorus* Schleich. rar. cent. 3. n. 17., cuius specimen meum (ni fallor anno 1819) ad Cl. Koch misi, ut eius iudicium circa hancce plantam cognoscerem. Vir eruditissimus eam attente consideravit, eaque sedulo remissa, certiorem me fecit genuinum esse *Br. commutatum* Schrad., non autem Koch et Ziz cat. palat. Sed tunc aliis curis negotiisque distentus, verba eius non intellexi, ac deinde, scilicet cum primo huius operis volumini revisendo incumberem, in Flora germanica, tunc mecum ab illustrissimo auctore benigniter communicata, plantam Schleicherianam, quam *Br. multiflori* nomine possidet Kochius, ad *Br. racemosum* pertinere vidi. Sic in meo errore confirmatus sum, et sine haesitatione *Br. multiflorum* Schl. cent. inter *Br. racemosi* synonyma retuli. Dolendum est Schleicherum eiusmodi erroribus occasionem haud raro praebuisse, quippe qui plantas rarissimas vulgatioresque uno eodemque nomine benevolis temporibus miserit. Nunc autem Gramen eius denuo diligentius examinatum, ut et schedulae kochianae specimini meo adfixae verbis, ac praecipue Florae germanicae optimis descriptionibus rite perpensitatis, nullus amplius dubito quin genuinum *Br. commutatum* habeamus. Addatur itaque in Flor. helv. vol. I. p. 514. ante *Br. racemosum:*

248*. Bromus *commutatus* Schrad. — Br. panicula simpliciuscula laxe patula tremula demum nutante, flosculis imbricatis longisetis, paleolarum vitta obtusangula, vaginis tomentosis. (Gall. *Brome confondu*).

Schrad. Germ. 1. p. 353. M. et K. Dlds Fl. 1. p. 683. Bieb. cauc. n. 179 (sub *Br. secalino*), et suppl.

Br. multiflorus (non Weig.) Roth Germ. 2. part. 1. p. 134. (excl. syn. Quin etiam Kochius ab ipso Rothio *Br. racemosum* pro *multifloro* eius accepit). Dec. et D. bot. gall. 1. p. 515 (excl. syn. Weig. quod ad *Br. arvensem* referendum est. Planta austriaca, quam solam vidit Cl. Duby, a nostra tantum spiculis adpresse pubescentibus differre videtur. Ceterum omnia pulchre conveniunt.)

Br. multiflorus Schl. rar. exs. cent. 3. n. 17 (Non pauca specimina eo nomine a Schleichero missa, ad *Br. racemosum*, quem ego quoque pro *commutato* seorsim a centuriis accepi, pertinent).

Optime monente Cl. Kochio vix ulli plantae alii nomen huic Gramini a Schradero tributum tam egregie convenit, quippe quod etiam a peritissimis botanicis modo cum *Br. racemoso*, modo cum *velutino*, modo cum *arvensi* confusum, et unice ab ipso Schradero rite cognitum fuerit. Neque mirandus est tam communis error: hicce enim *Bromus* facillime cum duobus prioribus commutari potest. Nam propter culmum superne pilis brevissimis scabriusculum, paniculam parum compositam, ac vaginarum foliorumque hirsutiem, utique proximus ad *racemosum* accedit, et fortasse meram eius formam elatiorem vegetioremque efficit. Habitu autem proceriori formae glabrae *Br. velutini* omnino similior est, ut transitum inter utramque speciem praebeat. A plerisque congeneribus vaginis omnibus molliter tomentosis recedit; hirsutie nempe grisea dense pubescunt; inferiores tamen pilis longioribus reflexisque instructae sunt. Panicula fere *racemosi*, pedunculis, plerisque simplicibus, uno alterove bifloris, tenuissimis, ut, si plantam manibus teneas, digitorum motu vel laevissimo tota panicula contremiscat. Spiculae nitidae, flosculis imbricatis, seta sua recta fere brevioribus; paleolae exterioris margo albido-scariosus, angustus, antice porrectus mediumque versus angulum obtusum subrectilineum efficiens. Seta circa li-

neae trientem sub apice leviter emarginato inserta. Tota paleolae superficies pilis brevissimis, nonnisi lentis acrioris ope conspicuis riget. (D. v.)

Ad sepes, inter sata secusque vias agri *Vaudensis* hinc inde. — Fl. Maio et Iunio. ⊙.

Obs. Quis inter *Br. secalinum*, *velutinum*, *patulum*, *commutatum* et *racemosum* limites certos statuet? Natura saltem eas species characteribus parum constantibus satisque ludicris instruxisse videtur.

Ad vol. I. p. 432. ante obsv. inseratur:

VI. Galium *sylvestre* Mollugo. — G. diffusum, fragilissimum, lucidum, laete virens, internodiis basi coriaceis inflato-geniculatis, panicula ampla dichotoma pauciflora.

Haec forma *G. Molluginem* habitu eximie refert, sed foetore huic proprio caret. Caulis foliaque superne laevia, inferne pilis brevissimis scabrisque rigent. Folia margine plus minus revoluta, valido nervo percursa, dorso duplici sulco exarata. Flores parvi, primum fere ochroleucei, adulti candidi. (D. v.)

Hanc formam hisce ultimis annis in presbyterii *Nevidunensis* area inter Gramina observavi. — Fl. Maio. ♃.

Ad vol. II. p. 324. n. 638 locorum natalium indicationi addatur:

In Cl. Ducros herbario multa prostant *Tordylii maximi* specimina, a Viro reverendo inter *Urbam* et *Treycovagnes* ad sepes agrorumque marginem collecta.

Ad vol. II. p. 432. n. 715.

Obs. In Flora Lugdunensi optime monet Cl. Balbis (I. p. 323) *Sii latifolii* folia submersa bi-v. tripinnata esse, pinnulisque imis decussatis acuminatisque gaudere. Testante Smithio in Engl. bot. l. c. Hudsonus etiam folia sub aquis nata saepius laciniata observavit. Specimina sterilia in Rev. Ducros herbario adservata, quae Vir amiciss. *Ebroduni*, *au petit marais*, ubi forma vulgatior quoque reperitur, collegit, folia submersa omnino distincte bi-v. tripinnata ostendunt; eorum pinnulae infimae

elongato-acuminatae, quantum in planta sicca videre est, revera circum petiolum decussata sunt.

Ad vol. II. p. 562 post Obs. inseratur:

826*. Iuncus *stygius* L. — I. capitulo terminali uno alterove 2-3-floro: altero pedicellato, culmis subbifoliis foliisque setaceis gracillimis, capsula oblonga acutissima calycem multo excedente. (Gall. *Jonc stygien.*)

Wahlenb. helv. 65 (ex Bursero). Hegetschw. Beytr. 241. Gaud. fl. helv. 7. p. 138 (sub Einsiedeln).*)

L. sp. pl. 467. Willd. sp. pl. 2. p. 215. Poir. enc. suppl. 3. p. 160. Smith. in L. fl. lapp. n. 115*. Wahlenb. lapp. p. 83. M. et K. Dlds Fl. 2. p. 591. De la Harpe Iunc. monogr. 67. n. 75. Steud. et Hochst. enum. prodr. 51.

Smith icon. ined. 3. t. 55. Svensk. bot. t. 497. f. 1.

Radix fibrosa. Culmus erectus v. adscendens, gracillimus, filiformis, 1-3 folius, trientalis. Folia setacea, subcompressa, superne canaliculata, saepe ferrugineo-rubentia; radicalia culmum non aequantia eoque adhuc graciliora; culmea multo breviora. Capitulum plerumque unicum, parvum; alterum, quando adest, pedicellatum, terminali approximatum v. fere contiguum. Bractea monophylla, e basi lanceolata scariosa in aristam s. foliolum strictum plus minus longum producta, capitulum saepe superans elongationemque culmi mentiens. Flor. grandiusculi; calycis phylla lanceolata, acutiuscula, mutica, tri-

---

*) L. c. parenthesis mendosa sequenti modo legatur: specimina helvetica etiamnum in eius herbario Upsaliae adservantur; iam ibi provenire suspicabatur sagacissimus Wahlenberg; a digno eius cive Wahlberg, ac deinde a Cl. Hegetschweiler, revera rite recognitus fuit, ut nunc stirpibus helveticis adnumerari de-

nervia, dorso viridula, margine lato scarioso cincta, saepe fascia rubella amoena picta; interiora paulo obtusiora. „Stamina calycem fere aequantia, filamentis tenuibus anthera minuta multoties longioribus." KOCH. Capsula magna, flava, acuta, valvulis tenuissimis, calyce fere duplo longior. (D. s.)

In paludibus torfaceis frigidis prope *Einsiedeln*, fere ad 2500 p. s. m. olim a BURSERO, nuper edita iam Flora nostra, a Cl. WAHLBERG et HEGETSCHWEILER, neque alibi inventus. — Fl. Augusto. ♃.

OBS. Plantae descriptionem ad specimina germanica prope Füssen, ubi a Cl. STEUDEL et HOCHSTETTER provenire dicitur, lecta, adumbravi.

Ad vol. II. p. 586. ante n. 845. inseratur:

844*. RUMEX *palustris* Sm. — R. valvulis omnibus graniferis ovato-oblongis superne integris utrinque bidentatis: dentibus (setaceis) valvula brevioribus, verticillis axillaribus subdistantibus, foliis lanceolato-linearibus: (radicalibus plerumque margine undulato-crispulis). M. et K. — (Gall. *Patience des marais.*)

Hag. fl. basil. 1. p. 343. Heg. fl. helv. 2. app. p. 450 (perperam pro *R. sanguinei* II *viridis* N. varietate.)

Smith brit. 394. M. et K. Dlds. Fl. 2. p. 614. Dec. fl. fr. suppl. 368 n. 2228 a. Dec. et D. bot. gall. 1 p. 400. *R. maritimus* A., Poir. enc. 5. p. 61. et suppl. 4. p. 323. *R. limosus* Thuill. fl. paris. 2. p. 182.

Engl. bot. 27. tab. 1932. *R. maritimus* Curt. londin. fasc. 3. tab. 23. — Bocc. mus. tab. 104. Lobel. icon. 286.

Stirps *R. maritimo*, quocum sub β eam coniungebat HUDSONUS, simillima, fortasse nonnisi varietatis lege distingui debuisset. Utut est, racemorum colore per maturitatem ex luteo v. aurantiaco viridi, nec pulchre aureo, verticillis laxioribus magisque remotis, ac praecipue valvularum fructiferarum

dentibus duplo brevioribus limbique longitudinem neutiquam aequantibus, a *R. maritimo* recedit. Foliorum radicalium integerrimorum forma, valvulae calycinae duntaxat infra medium dentatae, ac statio diversissima obstant, quin cum *R. pulchro* confundatur. (D. s.)

Hab. locis paludosis, rarissimus ac hucusque nonnisi *Rheniseldae im Weiherfeld* intra limites nostros observatus. — Fl. Junio et Julio. ♃.

Obs. Hancce plantam quidem l. c. optime descripsit Cl. Hagenbach; sed propter oculorum imbecillitatem, qua, dum istud genus revisebam, summopere affectus eram, eam descriptionem in Viri honoratissimi libro inobservatam praetermisi, et tantum novissime, ultimis meis appendicibus iam prelo commissis, tam gravem omissionem non sine molestia detexi.

Ad vol. III. p. 99. stationi adiungatur:

Fama est hancce pulchram speciem (*Saxifragam umbrosam*) anno 1829 aut 1830 in Alpibus pagi *Friburgensis* observatam fuisse.

Ad vol. III. p. 404. ante n. 1178 inseratur:

Obs. *Potentillae* Hall. helv. 1122. absque omni dubio nomen pristinum linnaeanum (*P. aurea*), ut iam ubique in libro manuali fecimus, restituendum est. Hancce enim pulchram speciem, ut meram Alpium nostrarum civem describit Linnaeus, nec praeter C. Bauhini Hallerique synonyma in sp. pl. ullum auctorem citat. Verum magistri verba in amoen. acad. (4. p. 316) omne tollunt dubium, „differt", inquit, „a simillima *verna* foliolis apice dentibus acutissimis, saepe quinis, et quod carina foliorum et margo hirsutie sericea sint, ut in *Alchemilla alpina*." Ansam errori praebuerunt Smithius aliique regionum borealium botanici, qui suam plantam, *P.* nempe *alpestrem* Hall. fil., quam fortasse Linnaeus a *verna* non distinguebat, temere pro Alpium *P. aurea* habuerunt.

Vol. III. p. 475.

1222. Aquilegia *vulgaris* L. — Aqu. foliis radicalibus biternatis: foliolorum lobulis rotundatis: ne-

ctariis in curvis: labello emarginato staminibus stylos aequantibus breviore. —

I Aqu. *vulgaris* grandiflora, florum diametro $1-1\frac{1}{2}$ unciali, foliolis amplis basi rotundatis praesertim mediis longe petiolulatis. — Flores coerulei, aut saturate violacei, subinde carnei, rarissime albi. —

II. Aqu. *vulgaris* atrata, foliolis cuneatis plerumque parvis ac sessilibus subsessilibusve, staminibus stylos superantibus. — *Aquilegia atrata?* Koch. in bot. Zeit. ad annum 1830 I. p. 118-122? — Forma vulgari ut plurimum multo gracilior, caule minus ramoso, paucifloro, pilis articulatis subviscidis, plus minus copiosis obsito. Folia radicalia biternata (unum alterumve non raro simpliciter ternatum), foliolis fere omnino sessilibus, subinde tamen longius breviusque petiolulatis, prioris plerumque multo minoribus, basi vix unquam rotundatis, sed semper ad formam cuneatam accedentibus, trifidis, divisionibus (praecipue extimis) vulgo usque ad, vel ultra medium limbum productis, lobato-crenatis: lobulis perinde subrotundis. Flores parum numerosi, duplo fere minores, atro-violacei, subpubescentes. Petala lanceolata; calcaria limbo obtusissimo, truncato multo longiora, basin versus insigniter incurva. Staminum fasciculus longius exsertus, nectariorum limbum superans, neque tantum, ut in forma communi, adaequans, quin etiam quandoque ultra petala productus. (D. v.)

Apud nos in *Aqu. vulgaris* I consortio neutiquam infrequens. Nisi fallor, in montium nostrorum pascuis aridioribus sola provenit, ut probabile esset hancce formam a C. B. in prodr. 75. cap. 9. §. 2 descriptam fuisse, nisi auctor suae flores coeruleos tribuisset. — Fl. paulo post priorem, Iunio. ♃.

Obs. Inter formas I et II tot varietates intermedias in nostra regione observavi, ut vix ac ne vix credere possim, hasce formas genuinas efficere species. Secunda *Aqu. viscosae* habitum, qualis in Gouani illustr. tab. 19 et in Usteri delect. 1. tab. 3 exprimitur, satis fideliter refert; sed foliolorum divisiones in planta gouaniana multo minus alte incisae sunt, paucissimosque lobulos

ostendentes, aut omnino integrae. Testante celeberr. Koch, qui eam ex Pyrenaeis habuit, *Aqu. viscosa* flores *atratae* magnitudinis, sed laete coeruleos profert: petalis late ovatis, nectarii labello calcar incurvum aequante, staminum fasciculo nectarium non superante, staminibusque sterilibus obscurius undulatis ab utraque *vulgaris* forma dignoscitur.

Ad vol. IV. p. 559 ante n. 1689 addatur:

Obs. II. Brevis, sed aptissima *Coronillae minimae* descriptio, quam in Amoen. acad. (4. p. 327) dedit Linnaeus, evidentissime comprobat, eam ad gallicae planitiei stirpem, neque ad nostram subalpinam plantam pertinere. Ibi enim isti *minimae* tribuuntur: „folia saepe vix Milio maiora, foliolis imis cauli adstantibus, stipula vaginacea, a tergo emarginata, denticulis duobus. Habitat in Italia, Gallia *australi*." Nostram *vaginalem* sub *C. minima* in prodromo habet summus Candollius; sic et Cl. Duby in enchir. gall. 1. p. 146. Sed in flora gallica 4. p. 608. n. 4049 genuina *C. minima* Linnaei proprio nomine descripta est, licet hoc synon. in prodr. et in bot. gall. ad speciem nostram helveticam (*vaginalem* Lam.) referatur. Nam notae sequentes in ista descriptione *C. minimae* tributae neutiquam cum *vaginali* quadrant: Sa tige est . . . . . rabougrie; ses rameaux sont . . . . disposés en touffe étalée: les deux stipules sont assez petites, réunies en une seule stipule bifurquée; — — — les deux folioles inférieures sont insérées au bas du pétiole, très-près de la tige." Omnia ut Linnaeus.

Ad vol. VI. p. 48: ante sectionem III. Spiculae una etc. inseratur.

II.* Spiculae una plures, pseudoandrogynae: terminalis scilicet mascula, permixtis nempe saepius sine ordine certo flosculis foemineis; laterales foemineae.

Stigmata 2.

2132.* Carex *gaudiniana* Guthn. — C. spiculis confertis: terminali lineari subandrogyna, lateralibus subbinis foemineis brevissimis paucifloris, fructibus oblongis bidentatis gluma ovata longioribus, foliis setaceis canaliculatis, culmis subteretibus laeviusculis. (Gall. *Carex de Guthnick.*)

Guthn. in bot. Zeit. 1832. Apr. n. 16.

Habitus fere *dioicae* v. potius *davallianae.* Radix fibrosa, breviter stolonifera, parum caespitosa. Folia culmis breviora, laete virentia, vix dimidiam lineam lata, subtriquetra, facie canaliculata, nonnisi superne retrorsum scabra. Culmi parum numerosi, trientales, dodrantales, teretes, laeves v. apicem versus scabriusculi, tantum prope basin foliosi. Spiculae sessiles, alternae, sed valde approximatae ac fere contiguae: terminalis semuncialis, linearis, gracillima, modo mere mascula, modo enormiter androgyna, flosculis nempe nonnullis foemineis spiculae quandoque apicem aut medium, saepe etiam basin obsidentibus. Paleae masculae concinne imbricatae, ovato-oblongae, obtusiusculae, dilute spadiceae, margine albo scarioso cinctae. Spiculae foemineae terminali multoties breviores, ovatae, pauciflorae, paleis ovato-oblongis, acutis, margine albo angusto instructis, nervo dorsali validiore, viridi, evanido: ima sterilis in aristam brevem scabram desinens. Fructus erecti (? maturas nondum vidi.), palea longiores, dorso convexi, facie plani, aut modice concavi, glabri, superne marginibus scabri, virides, apicem versus fusci, oblongi, lanceolato-acuminati, rostello dentibus 2 erectis scariosis albidis terminati. (D. s.)

Hab. prope *Thun*: in parva nempe palude torfacea, lacui *Amsoldingensi* vicina infrequentem nuper detexit Cl. Guthnick. — Fl. Iunio — Augusto. ♃.

Obs. Plantam paradoxam ex *C. stellulata* et *davalliana*, cuius spicula androgyna saepe sexu situque flosculorum foemineorum inconstante eiusmodi aberrationes ostendit, propemodum conflatam esse diceres!

Ad vol. VI p. 49. post *Caricis stellulatae* synonyma inseratur:

I Carex *stellulata* pallens, culmo erecto firmulo, paleis dilute fuscis, fructibus pallide virentibus.

Ad hancce formam potissimum spectat descriptio nostra.

β *alpestris*, priori similis, paleis fructibusque saturatius fuscis.

Istius varietatis, in Alpibus paludibusque editioribus iuranis frequentis, fructus rostrum plus minus incurvum quandoque ostendunt.

II Carex *stellulata* grypos, — gracilior, culmo teretiusculo incurvo, foliis planiusculis, fructibus subarcuatis paleisque fuscis.

C. grypos Schkuhr Car. Nachtr. et Handb. 4. p. 160. n. 46. tab. Hhhh. fig. 193. Hoppe Car. in Bot. Zeit. 1826 II suppl. p. 28. n. 28.

Ista planta Schkuhrio probabiliter pro specie propria habita est, quia fructus maturos non vidit; utriculi enim in speciminibus provectioribus a Cl. Hoppe missis, quae coram oculis habeo, stellatim divergunt, et omnibus notis solidioribus cum stirpe vulgata congruunt. Hancce formam in Alpibus *Luganensibus* observavit rev. Verda, qui mihi nonnulla eius exemplaria benevole suppeditavit. (V. s.)

Ad vol. VI. p. 50. ante n. 2134. addatur:

2133*. Carex *Heleonastes* *) Ehrh. — C. foliis planis, culmo trigono, spiculis subternis approximatis, fructibus trigono-compressis ovatis laeviusculis tenuissime muriculatis. (Gall. *Carex Heleonaste*).

Ehrh. Phyt. 28. L. fil. suppl. 414. Willd. sp. pl. 4. p. 228. Pers. syn. 2. p. 537. n. 42. Poir. enc. suppl. p. 252. Wahlenb. act. holm. 1803. p. 146. Hoppe Car. l. c. p. 27. n. 27. Schkuhr Car. et Handb. I. n. 42. Nachtr. 159.

Schkuhr. l. c. tab. Ii fig. 97. Sturm Fl. germ. I fasc. 47. tab. 6.

---

*) Id est *paludum civis*.

Radix fibris elongatis constans. Folia pallide viridia, subglaucescentia, plana, sed acute carinata et ad carinam plicata, superne in longum acumen triquetrum et distincte canaliculatum producta, vix lineam unam lata, tenuiter striata, marginibus scabra, culmo breviora. Fasciculi inferne tunicis stramineis modo aphyllis obtusissimisque, modo in verum folium productis obtecti. Culmus in nostris terris perinde ac in Germania vix erectus, neque, ut in planta boreali, strictus, semipedalis, dodrantalis, tenuis, rigidulus, acute trigonus, striatus, scaber. Spica composita, semuncialis et ultra, spicis partialibus plerumque ternis, sessilibus, subconfertis, ovatis, basi nudis masculisque, ceterum omnino foemineis: terminalis reliquis plerumque fere duplo maior. Glumae dilute spadiceae, margine angusto scarioso cinctae, ovato-oblongae, subacutae, nervo dorsali viridi, apicem attingente instructae, fructu paulo breviores. Fructus ovati, subtrigono-compressi, rostello brevi, ore vix unquam bifido terminati, pallide luteoli, laeves, ad margines parcissime exasperati, superficie autem tenuissime et elegantissime muriculati, qua nota ad *C. atratam* ceterum diversissimam ista species accedere videtur. (D. s.)

Hab. in paludibus torfaceis. Hucusque nusquam, nisi prope vicum *Schwarzenegg* agri Thunensis, intra nostros limites visa, ubi hoc ipso anno 1830 etiam a Cl. Guthnick primum recognita est. — Fl. Iunio? ♃.

Obs. Praeter Sueciae paludes haecce *Carex* nonnisi in Germania-australi usque ad nostros dies inventa fuerat. Suecicam a Cl. Wahlenberg communicatam possideo: culmo stricto firmiorique gaudet, sed omnibus reliquis notis cum nostra egregie convenit. Specimina ab ipso Ehrharto collecta diligenter contulit amiciss. Trachsel eaque etiam omnino conformia esse declaravit.

Ad Vol. VI. p. 117, ante n. 2180 addatur:

2179*. Carex *vaginata* Tausch. — C. spicis distantibus: mascula late elliptica, foemineis subbinis

pedunculatis linearibus, vaginis subinflatis dimidiatis subaequantibusve, fructibus remotis ovatis laevibus ore truncato vaginante paleam vix aequantibus. (Gall. *Carex engaîné.)*

Tausch in Flora s. bot. Zeit. 1821. p. 557. Hoppe Car. germ. l. c. p. 74. n. 82.

Radix, quae repere dicitur, certo stolones protrudit. Culmus trientalis, vix spithameus, nonnisi basi foliosus, crassus, teretiusculus, striatus, laevis. Folia radicem versus congesta, erecta, laete virentia, firma, rigida, striata, lanceolato-acuminata, superne tantum margine scabriuscula: culmea brevia, ad 2 lineas lata; fasciculorum angustiora teneriora, lanceolato-linearia, culmum saepe subaequantia. Spica mascula 4-6 lineas longa, multiflora, obesa, obtusa, paleis late ovatis, obtusissimis, unicoloribus, sc. saturate spadiceis, nervo tenui evanido percursis. Foemineae tum a mascula, tum invicem distantes, pedunculis plus minus exsertis insidentes, lineares, pauciflorae, mascula plerumque multo breviores, paleis remotis, parvis, saturate castaneis, nitidis, ovatis, nervo viridi non evanido, saepe etiam in mucronulum excurrente carinatis. Vaginae subinflatae („fere infundibuliformes" Hoppe), 4-5 lineas longae, irregulariter et valde oblique sese aperientes, ut a brevi foliolo, late lanceolato, quo terminantur, aegre distingui queant. Fructus (non omnino maturos habui) parvi, neutiquam turgidi, paleam vix adaequantes, virides, ovati, subtrigono-compressi, nervosi (?), ore brevissimo, colorato, integro, suboblique truncato. — Specimen unum alterumve spica radicali longissime pedunculata instructum vidi. (D. s.)

Planta rarissima, huc usque duntaxat in Germaniae montibus editissimis et in Suecia observata, nuper a Cl. Guthnick, in *Oberlandiae* Bernensis M. *Schwabhorn* detecta est. — Fl. Iunio. — Aug ♃.

Obs. I. Specimina germanica ex M. Riesenkoppe ab helveticis neutiquam differre testabatur noster summopere lugendus

Trachsel. Eam iuniorem nomine *C. tetanicae* Schkuhr. ex Suecia quoque accepit adgnovitque Cl. Guthnick. Suspicor hancce *C. vaginatam* suecicam eandem esse ac *C. subspathaceam* Wormsk. fl. dan., ad *tetanicam* a Cl. Sprengelio fortasse non bene relatam. (V. Steud. Nomencl. I. p. 161.)

Obs. II. *Carex* Scheuchzeri agrost. 437. tab. 10. fig. 12. mihi eam in eius herbario consideranti ad *C. firmam* Host pertinere visa est. Neque coniecturae in bot. Zeit. 1829. vol. 1. p. 253-254 prolatae, *Caricem* hanc scheuchzerianam ad *vaginatam* referendam esse, adsentiri possum. Nam, ut cetera omittam, testante Scheuchzero, paleae foemineae „dense et imbricatim positae ex atro-fusco et albicante variegatae" sunt. Praeterea suae plantae fructum multo maiorem, „lineas nempe duas communiter longum", tribuit.

Ad vol. VI p. 160. ante G. 560. inseratur:

G. 559* Calla L. gen. 1030. Juss. 24.

Spatha monophylla. Spadix oblongus, undique floribus tectus (in nostra specie hermaphroditus, in *Calla aethiopica* superne masculus, inferne foemineus). Flores densissime aggregati, hexandri heptandrive? Cal. 0. Cor. 0. Antherae filamento longitudine pistilli insidentes, parvae, didymae. Germ. magnum, ovatum; stylus nullus. Stigma parvum, capitatum. Bacca polysperma.

2210*. Calla *palustris* L. — C. foliis cordatis, spatha plana, spadice undique hermaphrodito. L. (Gall. *Calle des marais*).

L. sp. pl. 1373. Willd. sp. pl. 2. p. 290. (in heptandria). Lam. enc. 1. p. 562. Dec. fl. fr. 1816. Dec. et D. bot. gall. 1. p. 481. Hoffm. fl. germ. (1791) 321. L. fl. lapp. p. 258.

Fl. dan. tab. 422. Lam. illustr. tab. 739. fig. 1. Schkuhr Handb. tab. 278. Sturm Germ. I. fasc. 5. tab. 16. (optima).— Lobel. ic. tab. 600. fig. 2. Barr. ic. 574. Fuchs hist. 844. (mala). Dod. pempt. 331. Tab. Kräuterb. 1122. fig. 3. I. B. hist. 2. p. 789. fig. 2. (pessima). Dalech. hist. 1603. fig. 2. (perinde; ex Fuchsio. Veterum icones, quas vidi, omnes plantam fructiferam sistunt, ac radicem male exprimunt).

Stirps habitu et characteribus ad *Arum* vulgare accedens. Radix rhizomate horizontali, crasso, fere semipedali, articulato, ex nodis fibrarum fasciculos emittente ac ibidem pariete transversali interrupto constans, saporis acris, exsiccata tamen, ut aiunt,*) edulis. Folia petiolo fere breviora, ut tota planta glaberrima laevissimaque, tenuia, lata, profunde cordata, in acumen breve subito producta, auriculis magnis, rotundatis, inflexis, nervulis numerosis, tenuissimis, satis acute exstantibus, arcuatis convergentibusque instructa; pro nervo dorsali petioli longi, trigoni, crassi magisque opaci continuatio fere ad medium limbum evanescens. Squamae membranaceae, aphyllae, ovato-lanceolatae, convolutae, petiolorum scaporumqne partem inferiorem obtegentes. Scapi cum spatha fructifera folia fere adaequantes, trientales, vix semipedales, crassi, basi squama una alterave obvoluti, ceterum aphylli, teretes, fistulosi, spatha foliis minore, crassiore magisque opaca, nonnisi basin versus convoluta, ceterum plana, ovata, apice in mucronem longiusculum acuminata, dorso basique virescente, ad faciem superne albida terminati. Spadix per florescentiam spatha fere duplo brevior, pedunculo ex ima spatha exserto, crasso paucasque lineas longo insidens, ovatus, oblongus, undique floriferus. Flores parvi, sessiles, omnino nudi adeoque dense conferti, ut staminum, quae ad singula pistilla pertinent, numerus vix ac ne vix recognosci possit. Filamenta pistillo paulo longiora; antherae parvae, albae, didymae, horizontales, superne demum apertae et patellaeformae. Germina magna, fere in quincuncem disposita, viridia, oblonga, quantum in planta sicca videre est, unilocularia. Stigma sessile, capitatum, albidum, granulis globosis numerosisque constans. Baccas ruber-

---

*) V. L. fl. lapp. l. c. Ex ea Lappones panem pineo longe praestantiorem conficiunt.

rimas, subrotundas, uniloculares (LINN., JUSS.; multiloculares DUBY) non vidi. Semina atro-fusca, elliptica, striisque longitudinalibus instructa sistit STURMIUS. Tum in SCHKUHRII STURMIIque iconibus, tum in planta mea multa stamina absque pistillis spadicis partem summam obtinent, ut ista species polygama esse videatur. (D. v.)

Hab. in paludibus frigidis. Plantam rarissimam necdum in Helvetia visam in M. *Noirmont*, supra vicum gallicum *Bois-d'Amont*, iuxta pagi Vaudensis limitem, anno 1830 invenit pharmacopoeus LIPS, Tigurinus, celeberrimi eiusdem nominis artificis ex fratre nepos. — Fl. Iulio et Augusto. ♃.

OBS. Hac planta, ut videtur, omnino carent Britannia, pleraeque Galliarum provinciae, Italia et reliquae regiones austrum versus porrectae. In Germania *) autem, ut et in terris ceteris septentrionalibus paludes satis frequens incolit. — Utrum radix ex spatiis distantibus fasciculos foliorum scaporumque plures, ut veterum icones perhibent, an singulos caespites ex solo capite, quales in mea planta et in Germanorum iconibus video, protrudat, ignoro.

---

*) Teste b. RÖHLING ad plantas rariores, neque in omnibus Germaniae regionibus provenientes pertinet.

CORRIGENDA.

Pag. 557. l. 21. coniunctissimus Sal. l. coniunctissimus, Sal.
„ 574. l. 10. ab ima s. m.: leg. supra lacum Lemanum